AUREARUM DECISIONUM CAUSARUM SACRI PALATII APOSTOLICI, ...

Paolo Emilio Verallo, Paolo Granucci, ...

13
6 M
41

AVREARVM DECISIONVM CAVSARVM SACRI PALATII APOSTOLICI,

Auctore

R. P. D. PAVLO ÆMYLIO VERALLO ROSSANENSI, PRIMVM ARCHIepiſcopo Caputaquenſ. deinde Epiſcopo;

Libri Tres.

Ordine Alphabetico concinnati. Ita vt locorum communium vice, in materiis præcipuè Canonicis eſſe poſſint.

Nunc in vſum tàm Romanæ, quàm aliarum quarumcunque Curiarum è Venetâ mendosâ interſtinctis allegationibus nitori ſuo reſtituti

A

R. DOM. PAVLO GRANVTIO LVCENSE, I.C. & Prothonotario Apoſtolico.

Cum Epitomis ſummariorum & Indice locupletiſſimo.

FRANCOFVRTI,
Ex Officina Typographica Nicolai Hoffmanni, impenſis Petri Kopffij.
M. DC. VII.

INDEX DECISIONVM.

Narrata

N

O

P

Q

R

S

T

V

DECI-

DECISIONVM ROTÆ ROMANÆ, RECOLLECTARVM IN COMPENDIVM A

R.P.D: PAVLO ÆMILIO VERALLO, ROSSANENSI PRIMVM ARCHIEPISCOPO, CAPVTAQVENSI, deinde Episcopo, Sacri Palatii Rotæ auditore.

PARS I.

ABSOLVTIO.

SVMMARIVM

1 *Absolutio data excommunicato vigore commissionis expeditæ, clausula apposita, videlicet, cum potestate absoluendi ad beneplacitum, valet etiam si facta reperiatur ex falsa caussa.*

2 *Absolutus male a censuris, non potest reintrudi, nisi cum caussæ cognitione.*

3 *Excommunicatus male non potest absolui nisi caussa cognita: intellige tamẽ in excommunicato ab homine, secus si a lege. ibid.*

DECISIO PRIMA.

1 ABsolutio † data excommunicato vigore commissionis expeditæ cum clausula, videlicet, & cũ potestate absoluendi ad beneplacitum, valet & tenet, licet ex falsa caussa facta reperiatur. Ratio est, quia etiam male
2 absolutus † non potest reintrudi, nisi cum caussæ cognitione, sicut excommunicatus
3 † etiam male non potest absolui, nisi caussa cognita, *vt per Rotam decis. 7. de senten. excommunic. in nou. alias.* 395. Quod tamen procedit in excõmunicat. ne lata ab homine, nõ autem a lege, prout eo loci traditur. Ita fuit tentum per dominos in caussa Farfen. Abbatiæ coram domino Guidobono 19. Decemb. 1552. *prout in eius lib. fol.* 522.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio a censuris latis in curia, non datur nisi caussa cognita de stylo Rotæ.*

2 *Absolutio quo pacto detur in diebus festiuis & sanctis?*

DECISIO II.

1 ABsolutio a censuris † latis in curia non datur, nisi caussa cognita de styloRotæ. Sed in diebus † festiuis, & sanctis, datur absolutio vsque ad vltimam festiuitatem natiuitatis D. Nostri Iesu Christi, & Paschæ Resurrectionis inclusiue cum reincidẽtia. Et ita fuit dictum per dominos die 24. Martii 1553. in vna Cordubensi nullitatis, coram domino Accorambono Decano, *prout in eius lib. fol.* 225. 2

ACCEPTATIO.

SVMMARIVM.

1 *Acceptans parochialem vigore exspectatiuæ primæ, non potest aliam acceptare vigore extensionis, & quare?*

2 *Exspectatiuarum gratiæ sunt ambitiosæ, & ideo restringendæ.*

DECISIO III.

ACceptans † vnam parochialem ecclesiam vigore primæ exspectatiuæ, non potest aliam acceptare vigore gratiæ mutationis, & extensionis dictæ exspectatiuæ, quia gratia extensionis non habet locum quoad curata, maxime, quia gratiæ exspectatiuæ † sunt ambitiosæ, & ideo quantum fieri potest restringendæ, *c. quamuis, de præb. in* 6. Et ita fuit tentum die 22. Iunii 1551. corã domino Accorambono Decano in vna Oxonien. parochialis de Spinosa, *vt in eius lib. fol.* 213. 1 2

SVMMARIVM.

1 *Acceptari potest beneficium literis etiam non expeditis, quod limita, vt hic.*

2 *Literarum expeditio de iure communi non est necessaria.*

DECISIO IV.

ACceptari potest † beneficium etiam literis non expeditis, dummodo regula non stet, quia de iure † communi non est 1

A

necessaria literarum expeditio. Ita fuit decisum in vna Bracarensi Monasteriorum, coram Accorambono Decano, die 24. Apr. 1552. *Prout latius videre poteris, infr. in verb. diligentia, & in ver. litera.*

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio prior facta ab altero ex exspectantibus vigore gratiæ exspectatiuæ in qua dabatur mensis ad exspectandum, an faciat priorem diligentiorem?*

2 *Intellect. c. duobus de rescrip.*

3 *Præuenire potest vnus exspectans alterum, & ostendere se diligentiorem, etiam quod adsit mensis: & quid in simplici & nuda acceptatione? ibid.*

4 *Acceptatio facta coram notario, habet vim prouisionis, neque potest hæc appellari minor diligentia altera, quæ fit per præsentationem literarum.*

DECISIO V.

1 Acceptatio prior † facta ab altero ex exspectantibus vigore gratiæ exspectatiuæ, in qua dabatur mensis ad acceptandū, iuxta dispositionem, *cap. duobus, de rescrip. in 6.* facit acceptantem diligentiorem altero habente similem exspectatiuam, qui fuit posterior in acceptando. Et licet *d. cap. duobus*, loquatur de diligentia in præsentatio-
2 ne literarum, tamen a † Doctoribus intelligitur habere locum etiam in acceptatione facta intra mensem, prout concludit Paul. *in clem. 1. § secus, de concess. preben. quem sequitur ibi Lapus, & Ioan. de Lign. nec non Imol super vltim. glos. in vers. deinde finaliter, & ibi Petr. de Anchar. numer. 25. ibi inferius. in versic. incidenter quæro. allegat in contrarium Ioan. Andr.* qui tamen non est contrarius, quia non excludit priorem acceptantem. Et ita etiam tenet Bened. Capr. *in d. §. secus, qui refert opinionem Paul.* Et sic non videtur obstare dictum Cardin. *in d. §. secus, in quæstio. 6.* dum facit differentiam, an adsit in gratia mensis ad acceptandum, necne. Quoniam communis opin. post Paul. ibidem est in contrarium. Et ratio est, quia etiam, quod adsit
3 mensis, potest alter † alterum præuenire, & ostendere se diligentiorem altero. Dictum vero Cardinalis *in præallegato §. secus*, est verum in simplici, & nuda acceptatione facta vna cum prouisione, vel in acceptati-
4 one facta coram notario, quæ † habet vim prouisionis, nec illa debet iudicari minor diligentia altera, quæ fit per præsentationem literarum, *prout in d. c. duobus.* Quodque *c. duobus*, habeat locum in gratia, vbi datus fuit mensis ad acceptandum tenet etiam Cardin. *in d. §. secus in fi. d. q. 9.* Et ita fuit resolutum in caussa Bracaren. Monasteriorum, die 23. Febr. 1554. coram R. D. Iulio Oradino, *prout in eius lib. fol. 32.*

ACCESSVS

SVMMARIVM.

1 *Accessus siue regressus reseruatus ex caussa cessionis iuris, litis, & caussæ, vt dicatur iustificatus, quid requiratur?*

2 *Litis commissio per assertum procuratorem, de cuius mandato non constat, non facit litem exsistere.*

DECISIO VI.

Accessus † siue regressus reseruatus ex caussa cessionis iuris, litis, & caussæ, ad hoc, vt dicatur iustificatus, debet doceri de lite saltem de facto, quando non constat Papam aliter voluisse, videlicet, quod esset realis, *vt dixi infra in vers. regressus reseruatus,* decisum fuisse in caussa Seguntina integræ portionis, sub die 19. Februarii 1552. coram Domino Guidobono, *vt in eius lib fol 55.* Sed quando constat de lite commissa † per assertos procuratores, de quorum mandato non constat, non dicitur litem exsistere, neque de iure, neque de facto, *Rota decis. 2. de rer. permut. in antiq. & Cassad. decisio. 7. de dol. & contu. & decisio 5. vt lit. penden.* Et ita fuit tentum in eadem caussa Seguntina integræ portionis coram D. Guidobono 18. Martii *1552. vt in eius lib. fol. 85.*

SVMMARIVM

1 *Accessus siue regressus est ipso iure nullus, quando non fuit facta mentio, quod ille, ad cuius fauorem reseruabatur, laborabat morbo caduco.*

2 *Surreptio in gratiosis vitiat ipso iure ex communi.*

3 *Collatio facta criminoso non est ipso iure nulla. Intellige quando fuit facta motu proprio, secus si ad instantiam partis, nu. 4.*

5 *Impetrans debet exprimere omnes qualitates, quæ redderent Papam difficiliorem ad concedendum.*

6 *Papa quando creditur difficilior reddi ad concedendum?*

DECISIO VII.

Accessus siue regressus est ipso iure nullus, † quando in eo non est facta mentio, quod ille, cui fuerat reseruatus, laborabat morbo caduco, & ideo concessio fuit subreptitia. Quę subreptio † in gratiosis vitiat ipso iure, prout communiter tenent Doctor. relati per Felin. *in cap. ad audientiam, el. 2. numer. 22. vers. litera beneficiales, de rescrip.* Nec obstat, quod collatio † facta criminoso non est ipso iure nulla, *vt per Felyn. in cap. postulasti. numer. 8. de rescrip.* quia intelligitur, † quando Papa motu proprio id fecit, secus quando ad instantiam partis, quia tunc tenetur

5 netur impetrans † exprimere omnes qualitates, quæ redderet Papam difficiliorem ad concedendum. Et non est dubium,
6 quod si Papæ † esset narratum, quod is, in cuius fauorem accessus, siue regressus reseruabatur, laboraret morbo epileptico, quod non concessisset, vel saltem difficilius concessisset, *cap. postulasti. de rescrip. Felyn. in cap. in nostra, numer. 9. vers. theorica mentionum, de rescrip. argumen. cap. inter canonicos, de elect.* Et ita fuit cōclusum in caussa Tullensi Canonicatus & præbend. coram Vestano 11. Martii *1552. vt in eius lib. fol. 92.*

ACCOLITATVS
SVMMARIVM

1 *Accolitatus est nullus, si in eo non fuit facta mētio illegitimitatis.*
2 *Illegitimus est incapax honorum, & dignitatum.*
3 *Illegitimitatis si Papæ esset facta mentio per impetrantem, nulli dubium, quod non cōcessisset, vel difficilius saltem.*
4 *Accolitatus qui cōfertur in modum priuilegii, exemtionis & honoris, an comprehendatur appellatione omnium ordinum, etiam sacrorum.*
5 *Dispensatus ad vnum, non censetur dispensatus ad alind.*
6 *Dispensationes sunt stricti iuris, & non trahuntur in consequentiam, neq. in eis valet argumētum de maiori ad minus.*

DECISIO VIII.

1 ACcolitatus † est nullus, si in eo non fuit facta mētio de illegitimitate. Ratio est:
2 quia illegitimus † est incapax honoris & di-
3 gnitatis, & si ista qualitas † esset expressa, nulli dubium est, quod Papa vel non concessisset, vel difficilius concessisset, *cap. super literis, cap. postulasti de rescrip.* Nec obstat dispensatio habita ad omnes ordines, etiam sacros, infra quos intelligitur ordo accoli-
4 tatus, quia accolitatus, qui † confertur in modum priuilegii, exemtionis & honoris, non comprehenditur sub illis ordinibus, sed reputatur quasi dignitas, ita vt dispen-
5 satus † ad vnum, non censeatur dispensatus
6 ad aliud, cum dispensationes † sint stricti iuris, & non trahantur in consequentiam. Nec valet argumentum de maiore ad minus in dispensatione, *Rota decisio. 2. de fil. presbyt. in nou. alias 136. incip voluerunt Domini in addit. ibi posita. Felyn. in cap. postulasti colum.* 11. *vers. Regula est quod in dispensatione, de rescrip.* Et ita fuit decisum in caussa Salamantina beneficii S. Thomæ coram Domino Capisucco, die Lunæ, 12. Decembris, *1352. vt in eius lib. fol. 358.* Idem fuit firmatum 19. Decembris eo anno in d. caussa, *ibi folio 340.*

SVMMARIVM

1 *Accolitatus qui datur in priuilegium exemtionis, dignitatis, honoris, vel præeminentiæ, est diuersus ab illo, qui confertur alicubi nomine officii accolitatus, nec cum eo facit incompatibilitatem, nu. 2.*
3 *Accolitatus honoris potest conferri presbytero quia non est ordo.*

DECISIO IX.

ACcolitatus, † qui datur in priuilegium exemtionis, dignitatis, honoris, vel præeminentiæ, est diuersus ab illo, qui confertur alicui nomine officii accolitatus, & 1
cum eo non facit incompatibilitatem, & 2
potest † conferri presbytero, quia nō est ordo. 3
Ita dixerunt Domini in vna Salamantina beneficii S. Thomæ coram Domino Capisucco, Lunæ 12. Decembris 1552. *vt in eius libro folio* 340. Idem fuit firmatum in eadem caussa coram eodem, Lunæ *1552. prout fol. 358.*

SVMMARIVM

1 *Actio non eliditur per donationem quomodocūque sit intentata: & quare?*

DECISIO X.

ACtio † non eliditur per donationem 1
Regis factam Berengario, quomodocunque sit intentata, quia quocunque iure agat Matthæus, dummodo ei debeatur, bene agit. *Iason in §. omnium, numer. 166. Instit. de actio. & in leg 1. colum. pen. ff. de edendo.* Ita fuit tentum die *22.* Maii *1551.* coram Domino Vestano in vna Maioricensi pecuniaria, *vt in eius lib. fol. 165.*

SVMMARIVM

1 *Absoluitur reus actore non probante, etiam si constaret reum nullum ius habere, numer. 2. & quare?*
3 *Reus quoad effectum absolutionis obtinendæ, potest dare obiectus tam in personam, quam in gratiam.*
4 *Reus potest opponere contra actorem venientem ex permutatione, illam non habuisse effectum.*
5 *Effectus non præsumitur, nam est facti.*
6 *Probatio actoris tanquam obscura & non concludens, non releuat.*
7 *Reo quo casu fuit data absolutoria.*

DECISIO XI.

ACtore † non probante reus absoluitur, 1
Rot. decisio. 120. in nou. & 460. in antiquis.
etiam si constaret † reum nullum ius ha- 2
bere, quia solum ius actoris consideratur. *Rota decisio. 160. in nou. Roman. consilio 357. columm. 1. & Felyn. in capit. 1. colum. 3.* 3
vers. quid aut. de exceptio. Et ideo reus †
quo ad effectum absolutionis obtinen-

dæ, poteſt dare obiectus tam in perſonam,
quam in gratiam, *vt dicit Rota d. deciſ.* 160.
& Aym. conſi. 103. *nume.* 18. etiam cum reus
4 † contra actionem venientem ex permu-
tatione replicet, permutationem non ha-
5 buiſſe effectum, qui † non præſumitur, quia
facti eſt, *l. in bello. §. facta, ff. de capti. & poſtli.*
6 *reuerſ.* ſequitur, quod probatio † actoris
tanquam obſcura & non concludens non
releuat. *l. neque natales, C. de probat. Abb. De-
cian. & alii in cap. in præſentia. de proba.* Et ideo
7 tentum fuit, quod reo † detur abſolutoria,
die 26. Iunii 1551. coram Domino Capi-
ſucco in vna Camaracenſi Canonicatus, &
præbend. *vt in eius lib. fol.* 340.

SVMMARIA.

1 *Spolio agens in cauſſa decimarum, an & quomodo debeat docere de titulo, & an requiratur præſcriptio: relatiue.*

2 *Agens poſſeſſorio ad decimas, ſi non probat, niſi in perceptione agnorum, an in aliis decimis ſit reſtituendus?*

DECISIO XII.

1 AGens ſpolio † in cauſſa decimarum, de-
bet docere de titulo: ſed qualis titulus
ſufficiat, & an requiratur præſcriptio tem-
poris immemorabilis, & an Rector habe-
at intentionem fundatam de iure com-
muni, vel de conſuetudine, vide infra in
ver. Titulus coloratus haberi debet. Sed
2 agens † poſſeſſorio ad decimas, ſi non pro-
bat, niſi de perceptione agnorum, non eſt
reſtituendus ad perceptionem aliarum de-
cimarum, quam agnorum. *Innoc. in cap. licet
ex quadam, de teſtib. & Rebuf. in tractat. de decim.
quæſtio.* 14. *numer.* 13. Itaque fuit tentum die
27. Nouembr. 1551. in cauſſa Conchenſi de-
cimarum, coram Domino Veſtano, *vt in
eius lib. fol.* 280.

SVMMARIA.

1 *Actio perſonalis datur pro penſione contra ſucceſſorem in beneficio, & quare?*

2 *Obligatio perſonalis oritur ex quaſi contractu.*

DECISIO XIII

1 ACTio perſonalis † competit pro pen-
ſione contra ſucceſſorem in beneficio,
quia beneficiatus acceptans beneficium
penſione grauatum, videtur quaſi contra-
here & obligare ſe ad onera poſita in illo
beneficio, & obligatio † perſonalis oritur
2 ex quaſi contractu, *§. omnium, Inſtitut. de act.
Guid. Pap quæſtio.* 576. *Gigas quæſtio.* 51. *in tractat.
de penſio. vbi alios refert.* Et ita fuit tentum in
vna Mediolan. penſionis die 10. Februarii,
1552. coram Domino Reomano. *prout in eius
lib. fol.* 43.

SVMMARIVM.

1 *Agere an poſſit ille, qui propoſuit multas exceptiones in genere?*

DECISIO XIV.

AGere non poteſt † ille, qui propoſuit 1
multas exceptiones in genere poſt
ſententiam & rem iudicatam, ſi agens ſci-
ens, per malitiam omiſerit illas proſequi,
quæ coniunctim requiruntur, *l. de rebus, ff.
de arbitr. Bartol. in l. an eandem, §.* 1. *num.* 3. *ff. de
except. rei iudic. Abb. in cap.* 2. *num.* 17. *ext. de li-
bel. obla. Iaſ. in l. licet.* 1. *limit. C. de iudic. Fely. in ca.
pen. colum. fi. de excep.* Et ita tentum fuit in vna
Mediolanenſi penſionis die 9. Martii
1552. coram domino Reomano, *prout in
eius libro fol.* 67. *& vide inf. in verſi. ſcientia.*

ACTOR.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio regulariter non datur actori: & quare?*

2 *Actor debet venire inſtructus.*

3 *Actor quando commiſit cauſſam contra reum ſuper vno iure, & reus producit pendente lite, ius nouum, an dilatio detur?*

DECISIO XV.

ACtori † regulariter non datur dilatio, 1
quia debet † venire inſtructus, tamen 2
quando actor † commiſit cauſſam contra 3
reum ſuper vno iure, & reus producit,
pendente lite, ius nouum, tunc dilatio eſt
danda, & habet locum, quo dicitur per
Caſſador. *in deciſione prima, de dilatio.* Ita fu-
it dictum in vna cauſſa Tullenſi Decana-
tus Lunæ 13. Iunii 1552. coram Domino Di-
daco Dezza, *vt in eius lib. fol.* 208.

ADMINISTRATIO.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtratio competens beneficiatis, & capitulo ſimul, ſi permiſerũt ſolum capitulum per tẽpus immemorabile adminiſtrare, dicitur præſcripta, debuerunt enim reclamare. ibi numer.* 2.

DECISIO XVI.

ADminiſtratio † quæ competebat be- 1
neficiatis, & capitulo ſimul, ſi fuit p ſo-
lum capitulum per tempus immemorabi-
le facta, dicitur præſcripta contra benefi-
ciatos, cum beneficiati nunquam † recla- 2
mauerint, *vt per Lambertin. in tractat. de iure
patron. in* 16. *articul.* 3. *quæſtio. princip. primæ
part. ſecundi libri, a numer.* 7. *vſque ad numer.* 10.
Et ita fuit tentum in cauſſa Barchinonenſi
adminiſtrationis anniuerſariorum coram
D. Veſtano 28. Nouembris 1552. *vt in eius lib.
fol.* 348.

ALIENATIO.

SVMMMARIVM.

1 *Prohibita per teſtatorem alienatione ex verbis
vide-*

videlicet, si rem immobilem alienare tentauerit, cadat ipso iure, an qui imposuit varios census super bonis ceciderit?

2 *Censum imponens super domo, an dicatur alienare?*

DECISIO XVII.

1 Alienatio prohibita † fuit per testatorē heredibus institutis & substitutis sub his verbis, videlicet, quod si quis ex suis heredibus, vel substitutis aliquam rem immobilem alienare tentauerit, cadat ipso facto ab omni iure in huiusmodi re competenti, quod accrescat aliis, qui suæ voluntati paruerint, iuxta gradus prærogatiuam: mortuo autem testatore, vnus ex heredibus vendidit perpetuos annuos census, tam super domo magna testatoris, quam super aliis bonis, diuersis personis, & pro cautione emtorum hypothecauit alia bona. Agebant proximiores heredes contra alienantem super deuolutione, & dicebant, quod prohibita alienatione, censetur prohibita omnis hypotheca & obligatio, *per l fi. C de reb. alien. vel non alien.* Ex qua ratione Domini tenuerunt, quod
2 imponens † censum super domo, & obligans & hypothecans bona pro euictione, quod ceciderit a tota domo, quia imponendo censum totam domum hypothecauit. Et ita fuit resolutum in vna Romana deuolutionis domus, coram Domino Accorambono Decano 16 Nouembris 1551. *vt in eius lib. fol.* 116.

ALIMENTA

SVMMARIVM

1 *Filio litiganti super bonis paternis, alimenta debentur semper, dum litigat & mandatum decretum est relaxandum.*

DECISIO XVIII.

1 Alimenta, † quæ debentur filio litiganti super bonis paternis, prout est dispositum, *per Decis. 2. Bisig. de iudic. Afflict. decis.* 10. *&* 11. *ac Guid. Pap. quæstio.* 561. *Cape. Tholos. quæstio. 77.* semper dum litigat solui debent, & mandatum pro illis decretum debet relaxari. Itaque tentum die 9. Octobris 1551. in vna Romana alimentorum coram Domino Capisucco, *vt in eius libro fol* 39.

SVMMARIA.

1 *Alimenta non dantur illi, qui ex propria confessione fouet malam caussam.*

2 *Alimenta danda non sunt spoliatori pendente lite si de hoc constat, & qui soluit potest repetere.*

DECISIO XIX.

1 Alimenta non † sunt danda Iulio, quia ex sua propria confessione apparuit, quod fouebat malam caussam, vt in simili fuit dictum in alia caussa Bononien. locationis coram Domino Puteo, quod alimenta † danda non sunt spoliatori pendente lite, 2
si constabat illum esse spoliatorem, qui petebat alimenta, imo illi de Peregrinis, qui soluerunt alimenta, egerunt pro repetitione contra Bentiuoglios, *argumento*, §. *hac autem omnia. Instit. de pœn. tem. litig. & l. cum qui temere, ff. de iudic. vbi Bartol. & alii.* Et ita tentum die 23. Octobris 1551. coram Domino Capisucco in vna Romana alimentorũ *vt in eius lib. fol.* 192.

SVMMARIA.

1 *Alimenta debentur sine facto hominis filio exsistenti in quasi possessione filiationis, quādo agit contra heredem institutum a patre de inofficioso.*

2 *Alimenta debentur fratri agenti contra fratrem petitione hereditatis, & quomodo debeantur, nu. 3.*

4 *Alimenta statim, quod petita sunt in iudicio, dicuntur futura, non autem præterita.*

5 *Sententia lata super alimentis a die motæ litis, comprehendit expensas litis petitas in prima commissione.*

6 *Sententia debet esse conformis libello.*

7 *Alimentorum condemnatio licet diuersa ab expensis, continet expensas.*

8 *Expensas litis petitas esse sufficit, vt debeantur.*

DECISIO XX.

Alimenta † quæ debentur filio exsistenti in quasi possessione filiationis, qui agit contra heredem institutum a patre de inofficioso, ex legis obligatione sine hominis facto debentur, *l. si instituta.* §. *de inofficioso, ff. de inoffic. testamen.* vel si frater 1
agat † contra fratrem petitione hereditatis, idē dicendum erit. *Bisignet. decisio. 2. de iudic. Egid. decis. 88. Guido Papæ decis.* 561. *Afflict. decisione* 11. *& in constitutione Regni, comitib. numer. 13.* & debentur † ista alimenta condictione, *ex leg. 1. ff. de condi. ex l.* Vnde statim, 2
† quod petita sunt in iudicio, dicuntur alimenta futura, non autem præterita. Et ex hoc dictum fuit, quod sententia lata per Illustr. & Reueren. D. Cardinalem Verallum super alimentis a die motæ litis citra, valida erat, quoniam post motam litem dicuntur alimenta futura. Et ita fuit tentum in vna Romana status & alimentorum die 24. Februarii 1552. coram Reue. D. Chissanen. Fuit insuper tentum quod in dicta sententia comprehenduntur † expensæ litis petitæ in prima commissione vna cum alimentis, quia sententia † debet esse con- 6

formis libello, & condemnando in alimentis videtur condemnasse in expensis litis,
7 quæ litis expensæ † licet diuersæ ab alimentis, tamen debentur, *cap. olim, de accus. Abb. in cap. ex parte in vltim. colum, de accus. & ibi Felyn. colum. vltim.* Et sufficit, † quod expensæ litis sint petitæ. *Paul. de Castro. in l. diuortio. colum. 4. & ibi Iason. numer. 21. ff. solut. matrim. Alexand. in l. de alimentis, C. de transact. prout in libro Reuerendissimi domini Cissanens. fol 98.*

SVMMARIA.

1 *Alimentorum futurorum solutio, an propter negotii principalis cognitionem retardetur.*

2 *Alimenta futura solui debent illi, qui est in quasi possessione filiationis, etiam per publicam reputationem, vt litem sustinere valeat.*

3 *Alimenta decernenda sunt secundum qualitatem personarum, & quantitatem patrimonii.*

DECISIO XXI.

1 Alimentorum † futurorum solutio non retardatur propter cognitionem ne-
2 gotii principalis, & solui † debent illi, qui est in quasi possessione filiationis legitime, etiam per publicam reputationem, ad hoc vt litem sustinere possit, *l. fi. C. de ordi. cogn. vbi Doctores.* Alimenta insuper decer-
3 nenda † sunt secũdum qualitatẽ personarũ & quãtitatem patrimonii, *l. 2. vbi Bart. Bal. & alii, C. de ali. pup. præst ãd. Ang. cõs. 357. col. 3. Aymo cons. 189. col. fi.* Et ita fuit tentum in vna Romana status coram R. D. Chissanensi die prima Aprilis 1552. pro Comitissa Sarni contra Illustris. D. Paulum Iordanum. Et fuit etiam dictum, quod cõfirmaretur sententia lata per Illustrissimum D. Cardinalem Verallum super alimentis, & addatur condemnatio pro expensis litis, *prout in eius lib. fol. 182.*

SVMMARIA.

1 *Alimentorum futurorum iudicium est suspensiuum negotii principalis.*

2 *Alimenta a die motæ litis dicuntur futura non præterita.*

3 *Alimentorum caussa est priuilegiata tum respectu processus, tum etia m probationum.*

4 *Alimentorum in caussa proceditur summarie omni dilatione reiecta.*

5 *Caussa priuilegiata respectu processus non admittit concursum alterius iudicii, sed illud suspendit.*

6 *Alimenta ideo præstantur, vt quis viuere & litem sustinere possit.*

7 *Alimenta etiam quod sint illiquida, tamen pars debet offerre cautionem de soluendo, vel facere depositum.*

DECISIO XXII.

Alimentorum futurorum † iudicium 1
est suspensiuum negotii principalis, &
alimenta † a die motæ litis dicuntur futu- 2
ra, non præterita: caussa enim † alimento 3
rum est priuilegiata tum respectu processus, tum etiam probationum, quia in ea † 4
proceditur summarie omni dilatione reiecta, *l. si quis a liber. §. si quis vel parens, ff. de libe. agnosc. leg. 2. de feriis.* Et caussa priuilegiata
† respectu processus non admittit concur- 5
sum alterius iudicii, sed illud suspendit. *Abb. in cap. tuam. prima colum. de ordin. cognit.* Et quia si esset in potestate rei, denegando alimenta, procedere in negotio principali, vtique alimentorum præstatio non seruiret caussæ, ob quam præstari debent, quæ
est † vt viuere & litem sustinere possit. 6
Doctor. in l. final. C. de ordin. cognit. Nec obstat præmissis, quod alimenta non essent
liquida. Quia † episcopus Tricaricen. 7
& Illustris. Dominus Paul. Iordanus debebant offerre cautionem de soluendo, vel facere depositum, *Alexand. & Aretin. in leg. 4. §. ait prætor ff. de re iudic.* Et ita fuit tentum in vna Romana alimentorum coram Domino Chissanense, die 9. Maii 1552 *prout in eius lib. fol. 234.*

SVMMARIVM

1 *Alimenta petita a curatore nulliter deputato, qui vti coniunctus illa petere poterat, sunt nulliter petita; & ratio affertur, nu. 2.*

DECISIO XXIII.

Alimenta petita † a curatore nulli- 1
ter deputato, qui tamen vt coniunctus poterat alimenta petere, sunt nulliter petita, *argumento eorum, quæ ponuntur per Roman. consil. 446. colum. 2. versicul. quamobrem, & consil. 496.* vbi ponit illam regulam, quod potui nolui quod volui adimplere nequiui. *Cassad. decis. 7. numer. 5. de appellat. Iason in l. exigendi, colum. 3. versiculo 6 fallit. C. de procurat.*
Licet enim † alimenta possint peti per con- 2
iunctos, cum tamen fuerint petita per coniunctum, non vt coniunctum, sed tamquam curatorem & procuratorem, qui nulliter fuit constitutus, processus est nullus. Ita fuit decisum in caussa Romana status & alimentorum coram Domino Capilucco, Lunæ 12. Decembris 1552. *vt in eius libro fol 349.*

SVMMARIVM.

1 *Alimenta petita dicuntur futura a die motæ litis, & appellatio non datur.*

2 *Alimenta decursa ante litem motam dicuntur præterita, & appellatio conceditur.*

3 *Alimenta an sint præterita, vel futura attenditur*

ditur tempus petitionis, non autem sententiæ.

DECISIO XXIV.

1 ALimenta, † quæ petuntur, dicuntur futura a die motæ litis, & super istis non
2 datur appellatio, sed alimenta, † quæ fuerũt decursa ante motam litem, si petantur, dicuntur præterita: & ita admittunt appella-
3 tionem. Ad cognoscendum autem † an alimenta sint futura, attenditur tempus petitionis, non autem sententiæ. Ita fuit tentũ in caussa Romana status & alimentorũ, Lunæ 17. Octobris 1552. coram domino Capilucco. *vt in eius lib. fol.* 252.

ALLEGATIO LAPI.

SVMMARIA.

1 *Lapi allegationi est locus, quando resignans possedit per triennium, & vltra, beneficium resignatum post resignationem, si resignans mortuus est in possessione: & rationum. seq.*

2 *Præsumtio quod resignaturus retrocesserit beneficium ad fauorem resignantis, quo pacto oriatur.*

3 *Possessio adepta per resignatarium non attenditur, quando passus est resignantem possidere triennio ante mortem.*

DECISIO XXV.

1 ALlegationi † 89. Lapi locus est, quando resignans possedit per triennium & vltra beneficium resignatum post resignationem, & ille, qui impetrauit per obitum, probauit possessionẽ triennalem, & vltra, resignantis post resignationem, & quod resignans decessit in possessione. Ratio est:
2 quia præsumitur, † quod resignatarius retrocesserit in fauorem resignantis beneficium, ideo vacare dicitur. *Lapus d. alle.* 89. *Cassador. decis.* 2. 3. *&* 4. *de caus. possess. & propriet. Sarneus in regul. de triennal. q.* 16. *nu.* 8. Nec obstat instrumentum possessionis adeptæ
3 per resignatarium, † quia post possessionem sic adeptam per eum passus est resignantẽ possidere triennio ante mortem, prout per testes legitime probatum fuit, vnde succedit dispositio d. allegationis Lapi. Et ita tentum die v. Iunii 1551. coram dom. Accorambono Decano, in vna Anconitan. Parochialis, *vt in eius lib. fol.* 44.

SVMMARIA.

1 *Allegatione Lapi potest se iuuare, qui resignauit dum erat pacificus possessor.*

2 *Regula de annali, an exstinguat litem.*

3 *Præsumtio de qua in allegatione Lapi, non admittit probationem in contrarium.*

4 *Allegatio Lapi requirit, quod possessor triennalis obierit in possessione pacifica.*

5 *Regula de triennali requirit, quod tempore motæ litis per triennium pacifice quis possederit.*

DECISIO XXVI.

1 ALlegatione † Lapi potest se iuuare Didacus iunior, quia Didacus senior resignauit, dum erat pacificus possessor. Hæc caussa, quæ tunc vigore commissionis specialis erat commissa, faciebat illum non pacificum possessorem, quia commissio habebat clausulam derogatoriam expeditionis literarum, videlicet, dummodo ante terminum ad articulandum expedirent, quæ non fuerũt expeditæ: & quia inciderat cõmittens caussam in pœnam regulæ de annali, quæ exstinguit † litem, in qua nõ sufficit molestia de facto, nisi fuerit super possessione ad interrumpendã præscriptionẽ regulæ de triennali, & allegationis Lapi. 2
Sarnensis in regula, de annali. q. 40. *num.* 8. Et hanc opinionem seruat Rota. Nec minus
Rota † admittit probationem in contrarium, contra præsumtionem allegationis Lapi: quia requiritur concludentissima probatio, & de stylo Rotæ requiritur in al- 3
legatione Lapi, quod possessor † triennalis obierit in possessione pacifica: sed in regu- 4
la de triennali sufficit, quod tempore † motæ litis, per triennium pacifice possederit. 5
Et ita fuit tentum die 23. Octobris 1551. corã domino Antonio Augustino, in vna Placẽtina parochialis de Valuerde, *vt in eius libro fol.* 183.

SVMMARIA.

1 *Allegationi Lapi 89. non est locus ad fauorem illius, qui non est successor primi resignantis & quare, & num.* 4.

2 *Gratia est nulla ob non expressionem veri valoris.*

3 *Impetrans tenetur gratiam suam verificare, cũ omnia narrata in ea sint pars gratiæ.*

DECISIO XXVII.

ALlegationi † Lapi 89. de qua per Cassador. *decis.* 8. super regu. de triẽnali nõ est 1
locus, si Didacus iunior nõ est successor Didaci senioris, quia si non est successor, ius remansit apud ipsum Didacum seniorem resignantẽ, & quia dicebatur in facto, quod
gratia † Didaci senioris erat nulla ob non 2
expressionem veri valoris, ita etiam gratia Didaci iunioris, qui tenetur † gratiã suam 3
verificare, cum omnia narrata in ea sint pars gratiæ. *Io. Andr. in cap. primo. de lit. contest. lib.* 7. *& omnes in ca. constitutus. de rescript.* ad hoc vt possit dici successor Didaci senioris: & si est successor Didaci senioris licet mediatus, potest se iuuare allegatione Lapi, vt alias fuit tentum in vna Ispalen. Canonicatus & præbend. *prout in libro decis. dom. Ptholomai. de probat. decis. prima.* Et ita fuit tẽtum die 17. Iunii. 1552. coram domino Augustino in vna Placentina parochialis de Valuerde, *vt in eius libro folio* 250.

ANTIQVITAS.

SVMMARIA.

1 *Antiquitas non operatur circa præsumtionem tituli, quando constat de titulo, sed inualido.*
2 *Præsumtio, quæ insurgit ob temporis antiquitatem, procedit in dubio: secus si in claris.*
3 *In claris stare debemus expresso.*
4 *Antiquum facit tempus* 100. *annorum.*

DECISIO XXVIII.

1 ANtiquitas † non operatur quo ad præsumtionem tituli, quando constat de
2 titulo, sed inualido, quia præsumtio, † quæ insurgit ob temporis antiquitatem, procedit in dubio, secus si essemus in claris, quo casu cessant coniecturæ. *l. continuus §. cum ita*
3 *ff. de verbor. obligatio.* & stare † tunc debemus expresso. *Bellamer. consilio* 10. *col.* 10. *in princi. Aym. consi.* 234. *num.* 44. *& in tracta. de antiquit. temp. tertia parte. num.* 27. *cum plu. seq.* & ad hoc, vt quid dicatur antiquum requiritur tempus centum annorum. *Aymo. d. tract. prima par. num.* 2. Et ita fuit tentum in vna Lucana Capellaniæ, corã domino Augustino die 9. Decembris 1552. prout in eius libro fol. 411. sed circa hanc materiam status fuit dictum & resolutum postea in vna Legionen. Canonicatus & beneficiorũ die 2. Decembris 1555. coram me Caputaquense, *vt in libro meo fol.* 579.

APPELLATIO.

SVMMARIA.

1 *Appellationi licet censeatur renuntiatum, quãdo appellans petit, & obtinet prorogationem a iudice a quo, sedente pro tribunali, tamen restringitur in principali petente prorogationẽ; secus in procuratore.*
2 *Procurator non potest domino præiudicare renuntiando appellationi per se interpositæ.*

DECISIO. XXIX.

APpellationi licet † renuntiatum censeatur, quando appellans comparet coram iudice a quo, & petit prorogationem, cum faciat actum iurisdictionalem. *c. gratum. de offi. deleg. Rot. decis.* 475. *in nou. Dominicus in c. si a iudice.* 2. *col. in glo. in verb. teneris. nu.* 5. *de appell. in* 6. *Fely. in d. c. gratum, col.* 2. *ver. sed ego credo.* & prorogationes seu dilationes, a iudice concedantur sedente pro tribunali. *l. a procedente C. de dilatio. Bart. in l. fin. col. fi. de seruitut.* tamen domini dicebant prædicta procedere in principali petente prorogationem, non autem in procuratore, quia procurator † non potest domino præiudicare renuntiando appellationi interpositæ pro se. *Alex. consi.* 22. *nu.* 15. *lib.* 1. *& Felyn. in d. c. gratum in* 7. *limit. de offic. dele.* vbi videtur restringere iam dicta ad ipsum principalem appellantem. Et ita fuit decisum die 27. April. 1551. in vna Lucana Charitatiui subsidii, coram domino Accorambono Decano, *prout in eius lib. fol.* 119.

SVMMARIA.

1 *Appellatio an dicatur deserta si intra biennium fuit pronuntiatum, prout in cedula, quæ post biennium fuit resoluta in interlocutoriam.*

DECISIO XXX.

APpellatio non est deserta † si appellans intra biennium obtinuit per Auditorem pronuntiari, prout in cedula, quæ non fuit subscripta, sed resoluta in interlocutoriam tempore, quo erat iam lapsum biennium datum ad appellationem prosequen- 2
dam, quia iusta caussa fuit motus appellans ad non prorogandum fatalia. Nihilominus fuit captum per dominos temperamentum, quod videretur de bono iure, die 15. Iunii 1551. coram domino Chissanense in vna Britonorien. Castri Polentæ, *vt in eius lib. fol.* 198.

SVMMARIA.

1. *Appellatio dicitur deserta, quando datis reuerentialibus appellans intra* 10. *dies non fecit committi caussam, & eo maxime si fuit in maiori negligentia.*

DECISIO XXXI.

APpellatio est deserta, quia appellans cui 1
dominus dedit reuerentiales in forma, non commisit caussam infra decem dies, & non præsentauit Do. Auditori commissionem infra illud tempus, imo nec post quinque menses, & sic fuit in magna negligentia. Non obstat liber Baccodi distributionum, quia non faciebat mentionem de die, & a die 3. Decembris vsque ad finem sunt viginti octo dies, ita vt potuerit esse post decem dies. Et ita tentum die 18. Octobris 1551. coram D. Reomano in vna Vlixbonen. & Egitanien, *vt in eius lib. fol.* 43.

SVMMARIA.

1 *Appellatio deseritur si datis reuerentialibus caussa non committitur infra* 10. *dies.*
2 *Confessio facta in commissione exsecutoriali potest reuocari, docto de errore.*
3 *Liber Baccodi non facit fidem quo ad diligentias appellantis, licet secus forte esset in libro seu coram Regente.*

DECISIO. XXXII.

ET die 19. Octobr. dicti anni fuit suprascripta decisio confirmata, & dictum quod appellatio erat deserta, & sententia transitum fecerat in rem iudicatiam quia appellans † non fecerat diligentias requisitas. *Cassad. decis.* 4. *de appellat.* Nec obstat quædam confessio facta in commissio-
ne

ne exſecutoriali appellati, quod fuerat præſentata quædam commiſſio appellationis † per appellantem quia erat erronea, & potuit reuocari docto de errore, *vt per Rot. deciſ. 260. in nou.* Et ita tentum, *vt in eo lib. fol.* 100. Et die 14. Decemb. d. anni 1551. ſupra dictę deciſiones fuerunt confirmatæ ea ratione, quia non conſtabat de diligentiis appellantis, niſi per librum Baccodi, cui † non datur fides, licet ſi conſtaret de diligentia coram Regente, cum ſit poſitus pro publico, vtique res eſſet dubia, *vt in lib. eiuſdem folio* 226.

SVMMARIA.

1 *Clauſula (appellatione remota) etiam per Papã poſita, non excludit notorium grauamen.*

2 *Appellari ſemper poteſt, vbi adeſt notorium grauamen, etiam poſt rem iudicatam.*

DECISIO XXXIII.

1 APpellatione † remota, iſta clauſula ita ſimpliciter poſita in reſcripto etiam per Papã facto, non excludit notorium grauamen. *Hoſtien. & Abb. in c. paſtoralis. col. fin. verſi. ad ſecundam. num. 14. & ibi*
2 *Dec. col fi. verſi. ſed Abbas. de appellatio.* Et † cum a princip. eſſet illatum grauamen Canonicis, qui tunc potuerunt appellare, ſi poſt modum illud idem grauamen allegatur: ita etiam Canonici poſſunt appellare po-
3 ſteaquam, vbi adeſt † notorium grauamen, ſemper poteſt appellari. Et ita tentum die 27. Nouembris 1551. coram domino Chiſſanenſ. in vna Corduben. Occonomiæ, *vt in eius lib. fol. 264.*

SVMMARIA.

1 *Appellatio ab interlocutoria non ſuſpendit iudicis iuriſdictionem.*

2 *Sententia lãta poſt appellationem ab interlocutoria non eſt nulla. & quare.*

DECISIO XXXIV.

1 APpellatio † ab interlocutoria non ſuſpẽdit iudicis iuriſdictionem. *c. non ſolũ. de appel. in 6.* Ideo iudicis ſententia † lata poſt iſtã appellationem non dicitur nulla, quia negotium non eſt deuolutum, Et ita tentũ die 4. Decembris 1551. in vna Aſten. ſedis coram domi. Veſtano, *vt in eius lib. fol. 37.*

SVMMARIA.

1 *Appellatio extraiudicialis in præſentia appellati interpoſita an deuoluat in beneficialib. cauſſam ad curiam. & num. 5.*

2 *Appellatio extraiudicialis coram appellato interpoſita, habet vim citationis. cap. 1. de elect. in 6. diſpoſitio. capit. etiam, quorum intereſt. ibidem.*

3 *Appellationem ſufficit deuenire ad notitiam appellati.*

4 *Paul. de Caſtro in l. 1. §. fi. col. 1. nu. 4. ff. de appella. declaratur.*

6 *Appellans nomine alterius, debet intimare ſuũ mandatum legitime appellato, & quomodo.* 2

7 *Scientia appellati ad effectum vt cauſa deuoluatur ad curiam, debet eſſe certa & indubitata, cum omnibus qualitatibus ſuis, alioquin non dicitur probata. num. 10.*

8 *Appellatus non tenetur perquirere mandatum procuratoris, vt illius notitiam habeat, ſed debet ille, qui appellat, mandatum intimare prout in quibuslibet actis extraiudicialibus.*

9 *Intellectus. l. non eſt ferendus. ff. de tranſactio.*

DECISIO. XXXV.

APpellauerat Procurator Solani (qui habebat ſufficiens mandatum) coram capitulo, ad Papam, præſente Gabriele intruſo in ſcholaſtria, cuius poſſeſſionem petebat ſibi tradi a capitulo, ex eo, quia capitulum denegauerat tradere poſſeſſionem dictæ ſcholaſtrię, & ab aliis omnibus grauaminibus illatis, & ab omnibus aliis a quibus ſibi appellare conueniebat, & apoſtolos petiit: cui capitulum, præſente Gabriele aduerſario, reſpondit, quod Gabriel erat in poſſeſ. d. ſcholaſtriæ, & quod non poterat eum ſpoliare, ſed dabant illum eidem Solano in competitorem, & concedebant eidem Solano appellationem, pro eius parte interpoſitam, & quod illã proſequeretur, vt ſibi videbatur conuenire. Dubitabatur, *an dicta appellatio deuolueret cauſſam ad curiam contra Gabrielem, ita vt potuerit procedere per contradictas.* Et domini dicebant, quod appellatio † illa extraiudicialis in præſentia appellati interpoſita, in beneficialib. deuoluit cauſſam ad curiam, & habet vim citationis, † *c. 1. de electi. lib. 6.* cuius diſpoſitio capit non ſolum appellantes, ſed etiam eos quorum intereſt. Superuenit poſtea clem. cauſſam de electiõib. vbi dicitur, quod ſufficit, † quod peruenit ad notitiam ipſius appellati. Et videbatur indubitata notitia, quæ fuit in Gabriele, cum eſſet præſens, quando appellatio interpoſita fuit. Tamen quia D. Decanus Accorambonus dedit reſponſionem *ad c. 1. de elec. in 6. ex mente Boniſ. de Vitalin. ad dictam cle. in cauſſam in prin. nu 37.* domini dubitarunt, nec reſoluerunt iam dictam difficultatem die 15. Maii 1551. corã R. D. Baren. in vna Gien. ſcholaſtriæ, *vt in eius lib. fol. 170.* ſed die 25. Maii eiuſdem anni eadẽ quæſtio fuit propoſita, in qua D. Decanus fecit quandam diſtinctionem, videlicet, quod aut agimus, quoad validitatem 1
appellationis: & tunc quia appellatur corã 2
iudice grauante prout erat capitulum in caſu noſtro, quod noluit tradere poſſeſſionem Solano, capitulum nõ dicitur pars appellata, ſed grauans in fauorem Gabrielis. 3
Et in iſtis † terminis loquitur Pau. de Caſt.

4 in l. 1. §. † *fi. col. 1. nu. 4. ff. de appel. & Imol. in c. cum speciali. de appel. in ver. aduersarii.* Aut agimus quo ad deuolutionem caussæ ad curiam, & tunc aut est deuoluta monitorie, aut arctatorie. Primo casu procedit decis. Rotæ 15. *de dol. & contum. alias* 419. *in nou.* & non arctat nisi seruetur, *cle. caussam, de elec.* Aut arctatorie, & tunc dicebat, quod in casu isto non fuit deuoluta quo ad Gabrielem, quia ei non fuit data copia mandati, sed illud caput domini volebant postea videre, *Fely. in cap. cum contingat. col. pen. de resc. Bar. in l. non solum. §. morte col.* 10, *vers. praeterea. & ibi Ias. col.* 14. *ff. de nou. ope. nuntia.* Quibus tamen non obstantibus fuit tentum pro maiori parte contrarium, videlicet,
5 quod appellatio prædicta deuoluat † caussam ad curiam contra Gabrielem, ex eo, quia fuit interposita præsente Gabriele appellato, *per tex. in d. c. 1. de elec. in 6. iuncta cle. caussam de ele. in prin. vt in lib. R. D. Baren. fol.* 178. Verum quia postmodum fuit dubitatum, an mandatum originale fuerit intimatum Gabrieli taliter, vt sufficeret ad deuolutionem caussæ fuit resolutum die 1. Iunii dicti anni, quod non esset facta legitime
6 intimatio mandati † quo ad deuolutionem caussæ ad curiam, ex eo, quia principalis non appellauerat, sed procurator, qui non intimauerat mandatum legitime ad effectum deuolutionis, cum mandatum appellantis sit pars appellationis, *Egid. decis.* 18. *Fastol. dub.* 35. *Fely. in c. cum contingat. col. pen. de rescri.* & quia sumus in extraiudicialibus, & ad hoc vt appellatio extraiudicialis deuoluat, requiritur mandati porrectio, vel perlectio, sicut dicitur in appellatione, nec nõ porrectio mandati fieri debet sub authentica forma cum dimissione copiæ. *Cardinal. in d. cle. caussam q.* 20. *&* 21. *Imo. num.* 54. *Vita, col.* 3. *Barbat. num* 66. *Rota in nou. decisio.* 168. *vt in lib. Baren. fol.* 186.

Verum, quia procurator Solani interposuit appellationem præsente Gabriele, coram capitulo, & capitulum respondit, quod persequeretur appellationem suam, Dubitatum fuit, *an propterea probaretur talis scientia Gabrielis mandati de quo supra, quæ esset sufficiens ad deuolutionem caussæ?* Dicebatur pro eius parte, quod ipse non habuerat aliquam
7 scientiam † certam mandati, & quo ad effectum deuoluendi scientia debet esse certa, & indubitata, in tantum, quod non sufficit illam habere in genere, imo requiritur, quod habeatur scientia certa cum omnibus qualitatibus, & circumstantiis illius. glo. est quam omnes sequuntur *in d. cle. caussam. in §. intimatio. de elec.* quæ dixit, non sufficere qualẽ qualẽ sententiã. Et ideo Ioã. de Imol. Cardi. & alii ibi dixerunt, tũc scientiam certam dici posse, si fuerit facta intimatio, si appellatus consuluerit Aduocatum, si confessus sit, appellationem fuisse interpositam, quæ quidem cum non interuenerint in casu isto, merito non dari deuolutionem in casu proposito ex defectu
scientiæ. Maxime, quia appellatus † non 8
tenetur perquirere mandatum procuratoris, vt ipsius notitiam habeat, sed debet ille, qui appellat, mandatum intimare, & ita regulariter est in omnibus actibus extraiudicialibus. *Bar. in l. 1. q. 11. & in l. non solum. §. morte. nu. 35. & 37. ff. de nou. ope. nuntiat. Dec. in l. qui in alterius. ver. circa ea, quæ dixit Bar. ff. de reg. iur.* Nec obstat præmissis. *l. non
est ferendus, † & ibi Bar. & Paul. de Castr. ff. de* 9
transact. vbi dicitur, quod ille, qui habuit notitiam de vna parte instrumenti, censetur illam habuisse de toto instrumento, & de omnibus contentis in eo: quia procedit in illo, qui fecerat transactionem super instrumento, quod viderat: secus est in casu isto, quia Gabriel non viderat mandatum. Et ideo domini tenuerunt die 8. Iunii 1551. co-
ram eodem Reueren. Baren. quod non es- 10
set probata talis scientia in casu isto, quę esset sufficiens ad deuolutionem caussæ ad curiam, *vt in eius lib. fol.* 192.

SVMMARIA.

1 *Appellatio valet, licet non contineat nomen appellati.*
2 *Appellationis de substantia non est expressio nominis aduersarii.*
3 *Appellãs incõtinenti, sufficit, quod dicat, appello.*
4 *Appellationis commissio infra decem dies iuuat aduersarium, dato, quod non appellauerit.*
5 *Procurator pars dicitur.*

DECISIO. XXXVI.

Appellatio, † licet non contineat nomen 1
appellati, valet. *l. 3. in prin. de appel.* Nam
expressio † nominis aduersarii non est de 2
substãtia appellationis: quia quãdo quis ap-
pellat † incontinenti, sufficit, quod dicat, 3
appello. *l. 2. ff. eo.* & commissio † appellati-
onis infra decem dies iuuat aduersarium, 4
etiam, quod non appellauerit. *Bellamer. dec. 250. Sarnen. in reg. de annali. q. 65.* Item si loco
partis exprimatur procurator, quia † pro- 5
curator pars dicitur. *Milis. in verb. pars, Cassado. decis. 3. de rescr.* Et ita fuit tentum die 22. Iunii 1552. coram domino Augustino in vna Astoricen. Capellaniæ sanctæ Trinitatis, *prout in eius lib. fol.* 267.

SVMMARIA.

1 *Appellans correus quando vti non possit appellatione alterius.*
2 *Intellectus c. vna sententia. de appell.*
3 *Ius congrui est indiuiduum.*

Decisio

DECISIO XXXVII.

APpellātes omnes condemnati vna sententia, quorū vnus succubuit, quia nō est prosequutus appellationē, & alter prosequutus est: ille, qui succubuit non iuuatur appellatione alterius, qui prosequutus est appellationē, vt a iure suo non ceciderit. Quia quando omnes appellarūt videtur, q̄ noluerint se iuuare ex appellatiōe alterius & sic non procedit. c. † *vna sententia. de appel. nec l. 1. & 2. C. si plur. vnic senten.* quia illa iura procedunt, quando quis vult iuuari appellatione alterius, & ipse non appellauit: secus est si appellauit, quia videtur declarasse nolle pendere ab appellatione litis cōsortis, & tacite renuntiasse beneficio iuris, & voluisse sibi prospicere per suam appellationem. Ita inquit Fely. *in c. cum super nu. 5. in 2. lim. de re iu.* tamē non per hoc sequitur, quod Andreas potuerit exsequi sententiam contra heredes ser Venturæ, attento, quod ius congrui † est indiuiduum & per ius accrescendi deueniret in ipsum Bernardinum, ita, vt esset exspectandus finis litis, quæ est inter Andream & Bernardinum appellantē, & prosequentē litem, & ita fuit tentū in vna Perusina Apotheca corā domino August. die 12. Decē. 1551. *prout in eius lib. fol. 421.*

SVMMARIA.

1 *Appellatio interposita a citatione peremtoria, in qua abbreuiantur dilationes, sine expressione caussæ, an valeat.*

2 *Peremtorium de iure arctari non potest, nisi ex causa expressa in coarctatione.*

3 *Nulla redditur sententia lata post appellationem interpositam a citatione peremtoria, in qua abbreuiātur dilationes, sine expressiōe causa.*

DECISIO XXXVIII.

1 APpellatio † interposita a citatione peremtoria, in qua abbreuiantur dilationes a iure requisitæ, sine expressione caussæ, quare dilationes abbreuiantur, est legitima, quia ex caussa probabili in iure interponitur, cum peremtorium † de iure co-
2 arctari non possit, nisi ex caussa, quæ debet exprimi in coarctatione. *c. 1. de dilatio. vbi Anto. de Butr. num. 3. Angel. in l. ad peremtorium. col. 1. de iudic.* Quare de veritate caussæ expressæ in appellatione apparebit in cognitione caussæ, *vt per Fran. in c. sæpe. col. 11. in glos. in verbo rata. versi. patet ergo, de appellatio.* Et ideo reddit sententiam nullam. † Ita fuit
3 decisum per dominos in caussa Asten. occupationis sedis coram domi. Vestano 15. Februarii. 1552. quicquid aliter dictum fuerit in eadem caussa corā eodem 4. Decembris 1551. & 12. Februarii 1552. vt in eius lib. fol. 47. & vide infra in verbo *sentētia.*

SVMMARIA

1 *Appellatio valet, licet quis pro apostolis non redierit, dūmodo caussā infra terminū iuris comittat.*

DECISIO. XXXVIII.

APpellatio bona † est, & tenet, licet pars non redierit pro Apostolis, infra terminū iuris, dummodo caussam infra illud tempus commiserit. *Rota decis. 54. de app. in antiquis. Egid. decis. 100. adde Crescen. deci. 65.* Et ita fuit decisum in caussa Tusculana siue Romana Casalis coram domino Capisucco die Veneris prima Aprilis 1552. *vt in eius lib. fol. 119.*

SVMMARIA.

1 *Appellatio super alimentis futuris non suspendit licet deuoluat, & quare.*

DECISIO XXXIX.

APpellatio super alimentis † futuris non suspendit, licet deuoluat tantum iudicium ad alium iudicem. Et ratio est, quia super alimentis futuris nō appellatur. *Spec. in ti. de ap. §. in quib. ver. sed nunquid, n. 10.* quia tunc petuntur officio iud. non autem iure actionis. *Bartol. in l. final. in princip. ff. de appellat. recipien. & in l. solen t. columna. vltim. in l. Mela. de aliment. & ciba. legat. Alber. in d. l. final. & in l. si quis a liberis. in princ. vltim. colum. versi. vltimo. Decius in l. de alimentis num. 10. de transactio.* Ita fuit tentum in vna Romana status, & alimentorū coram do. Capisucco, Lunæ 17. Octob. 1552. *vt in eius lib. fol. 252.* 1

SVMMARIA.

1 *Appellatio a mādato de exsequēdo an admittatur, & quid cōparente tertio pro suo interesse, nu. 2.*

DECISIO XL.

APpellatio † non admittitur a mandato de exsequendo inter easdē personas, inter quas fuit lata sententia & datum mandatum, secundū communem opinionem, de qua *Felyn. in c. quo ad consultationem nu. 13. cum seq. de re iudi. & in rub. de re iud. num. 10. & vndec. Capic. decisione prim. num. decimo septimo.* secus, † quando tertius comparet, & opponit de iure suo, super quo est discutiendum. *Alex. in l. a diuo Pio. §. si super rebus. nu. 10. ff. de re iudic.* Et ita fuit tentum die 30. Aprilis 1554. in vna Romana discussionis, de Carbognano, coram domino Oradino, *vt in eius libro folio 112.* 1 2

ARCHIVIVM.

SVMMARIVM.

1 *Archiuium, vt det robur scripturæ, quid requiratur, per totam.*

2 *Scriptura reperta in archiuio, vt probet, debet habere subscriptionem notarii, item requisita publici instrumenti.*

3 *Scriptura priuata reperta in archiuio non probat.*

4 *Scriptura reperta in archiuio, vt probet debet exstare de tempore repetitionis.*

5 *Commentariēsis debet se subscribere, & facere fi-*

dem tempore extractionis scriptura reperta in archiuio.

6 *Probatio quando sumi non possit ex scripturis in archiuio repertis.*

DECISIO XLI.

ARchiuium vt faciat fidem de scripturis in eo repertis requiritur, quod scriptu-
1 ræ habeant † subscriptionem notarii *Barto. in auth. ad hac. de fid. inst. c.* imo debent ha-
2 bere requisita † publici instrumenti. Et si in eo reperiatur scriptura non authentica
3 † siue exemplum, fides non est adhibenda, & auctoritas archiuii nihil suffragatur. *Felyn. in cap. ad audientiam. colum. 1. de præscript. Deci. consil. 451. colum. 1.* & debet † constare
4 de tempore repositionis, cũ potuerint ibi esse dimissæ tempore litis pendentis. *Corne. consi. 142. num. 6. versic. restarent. lib 3.* & quia non est subscripta a commentariensi, vt dicit Felyn. *in d. cap. ad audientiam nu. 3. de præscri.* Tamen sufficit, quod commentariensis tempore extractionis † se subscribat, & fa-
5 ciat fidem. *Goffred. cons. 142. nu. 6. lib. 3.* cuius consilium fuit tentum per Rotam die 20 Maii 1551. coram domino Chissanen. in vna Brittenoriens. Castri Polentæ, *vt in eius lib. fol. 116.* ibi, &, quia posita est in libro, vbi scripti sunt omnes actus Polentorum, & res ipsorum, quãdo Rauennaten. ciuitatẽ occupauerũt, & sic probabiliter initiũ habu-
6 erunt ab habentibus interesse, nõ † videtur ab illis scripturis probationem sumi posse. *Aret. in c. um caussam. col. 3. de probatio. Goffred. consi. 44. colum. 4.* Et ita tentum fuit coram domino Chissa. in vna Brittenor. Castri Polentæ die 11. Maii 1551. *vt in eius lib. fol. 40.*

SVMMARIA.

1 *Archiuium non dat robur nisi scripturis inter subditos & in territorio illius ciuitatis.*

2 *Bal. ubi hic exploditur.*

DECISIO. XLII.

1 ARchiuium † non probat extra territorium, & personas non subditas: nam fuit extracta scriptura vigore compulsorialium generalium per monachos monasterii S. Ioannis Euangelistæ ex archiuio ciuitatis Rauennaten. & auctoritas Archiuii, nõ operatur nisi inter subditos, & in territorio illius ciuitatis. *Alex. in auth. si quis in aliquo vers. 6. fallit. C. de eden. quem sequuntur Ias. & Iac. de S. Georg. & idem Alexan. cons. 138. colu. 2. lib. 1. Felyn. c. ad audientiam. col. 4. vers. 2. conclusio, de præscripti.* Extra enim territorium de iure communi nulla est adhibenda fides.
2 Nec obstat, quod dicit Bal. † *in Rub. C. de fid. instru. col final.* videlicet, quod non procedit in literis confœderatis, & sub eodem Principe, quia Rota non tenet illam, per rationes supra allegatas. Et ita tentum die prima Iunii 1551. coram domino Chissanen. in vna Brittenorien. Castri Polentæ, *vt in eius libro fol. 16. die 9. Octobris 1551.* Coram eodem fuit hæc caussa proposita, & fuit idem tentum, quod Archiuium non probet extra territorium, & illius auctoritas sola non sufficit. *in eius libro folio 8*

SVMMARIA.

1 *Articuli dati ad probandum spoliatorem fructus percepisse & ad illos liquidandum, an sint admittendi in curia.*

2 *Spoliator etiam si fateatur spolium, & illi cesserit, tamen in negotio principali procedi nõ potest, nisi spolio purgato.*

DECISIO. XLIII.

ARticuli † dati ad probandum, spoliatorem fructus percepisse, & ad illos liqui- 1
dandũ, sunt admittendi in curia, etiã quod spoliator cesserit spolio, & deposuerit Iuliũ vnum pro solutione fructuum facta liquidatione, & quod vigore commissionis fuerit præfixus terminus spoliato ad docendũ de spolio, quo elapso & non docto procederetur in negotio principali. Quia etiam si spoliator faceret † spolium, & illi cesserit, 2
tamen in negotio principali procedi non potest nisi prius purgato spolio. *Bal. in c. conquerente. de restit. spol.* Et ita tentum die 19. Iunii 1551. coram dom. Achil. in vna Abulen. beneficii, *vt in eius libro fol. 265.*

SVMMARIA.

1 *Articuli ad probandum Decanum, capitulum & Canonicos fuisse exemtos a iurisdictione episcopi, an sint releuantes.*

2 *Decis. 1. de præscripti, alias 239. in nou. declaratur.*

DECISIO. XLIV.

ARticuli † ad probandum Decanum, capitulum, & Canonicos fuisse exemtos a iurisdictione episcopi, & immediate subiectos Papæ & sedi Apostolicæ, sunt releuantes, non obstante decisione prima † de præscriptione, alias 239, in no. quæ vult, quod articuli non sint admittendi ad probandam exemtionem contra episcopum nisi probare velint de alio Prælato. Nam isti articuli continebant, quod sunt exemti Decanus, & capitulũ ab Ordi. & immediate subiecti sedi Apostolicæ, & superior est sedes Apostolica: & propterea dixerũt, quod sunt releuantes, & super illis concedatur remissoria. Et ita tentum die 20. Nouembris 1552. in vna Galloguritana iuris corrigendi coram domino Romano, *vt in eius lib. fol. 22.*

SVMMARIA.

1 *Articuli ad probandum, quod resignatio facta fuit in manibus ordinarii de beneficio reseruato*

uato sunt releuantes, & quare.
2 *Beneficium reseruatum in manibus ordinarii resignari potest, licet ipse nequeat illud conferre.*
3 *Beneficium reseruatum in manibus ordinarii resignatum, per nouam prouisionem obtentam a Papa confertur.*
4 *Resignans beneficium reseruatum priuatur possessione, & quoad superiorem perdit omnia.*
5 *Beneficii reseruati resignationem, in manibus ordinarii factam, Papa confirmare videtur, nouam prouisionem concedendo.*

DECISIO XLV.

1 ARticuli ad † probandum, quod resignatio † facta fuit in manibus ordinarii de
2 beneficio reseruato, licet de illo prouidere non possit, tamen quia inducit vacationẽ beneficii quoad Papam, releuantes sunt. *Rota decis. prima. de rerum permuta. in nou. Aene. de Falco in trac. reser. tertio effectu.* Cum per nouam prouisionem † postmodum obtentam
3 a Papa, beneficium conferatur *Sarnen. in regul. de subrogan. quæst. 19. in fine.* Nec obstat alia decis. Rotæ *573, in antiquis. & 4. Bisignet. de renuntiat.* Quia potius faciunt pro prima decis. quam contra, cum concludant resi-
4 gnantem † priuari possessione, & quoad superiorem perdidisse omnia. Quia resi-
5 gnationem ratificare † videtur concedendo nouam prouisionem, per quam beneficium acquiritur impetranti, licet ordinarius non posset illam resignationẽ admittere, quia facta ab exemto de beneficio reseruato: quod est verum, antequam Papa illam resignationem admissam per ordinarium approbet, prout videtur facere cum noua prouisione. Et ita fuit tentum die 12. Octob. *1551.* in vna Loadiensi Canonicatus S. Martini, coram Reuer. D. Barensi. *prout in eius lib. fol. 261.*

SVMMARIA.

1 *Articuli non sunt admittendi post sententiam, literas exsecutoriales decretas & exsecutas.*

DECISIO XLVI.

1 ARticuli † non sunt admittendi post sententiam, literas exsecutoriales decretas, & exsecutas: ita tenet Rota, neque seruatur dictum Staphilei *in tract. de liter. gratiæ & iustitiæ fol. 162. vers. sed hoc habet locum.* Et fuit tentum in vna Brachanensi Paroch. de Pedraza, coram D. Accorambono Decano. sub die Lunæ *15.* Febr. *1552. vt in eius lib. fol. 64.*

SVMMARIA.

1 *Articuli passim in curia admittuntur de stylo, cũ clausula, saluis exceptionibus, parte opponente.*

DECISIO XLVII.

1 ARticuli passim in curia admittuntur de stylo, & si pars opponit, dicit, saluis exceptionibus, & ita fuit dictum in vna Romana domus, coram Domino episcopo Vestano 20. Maii *1552. vt in eius lib. fol. 259.*

SVMMARIA.

1 *Articuli an dentur, vel admittantur in negotio principali, quando caussa pendet super alimentis futuris.*
2 *Alimentorum futurorum caussa est suspensiua caussæ negotii principalis.*
3 *Appellatio non datur suspensiua a sententia lata super alimentis futuris, licet deuoluatur caussa.*

DECISIO XLVIII.

ARticuli † non sunt admittẽdi in negotio principali, quando caussa pendet super alimentis futuris, quia caussa alimentorum futurorum est suspensiua † caussæ negotii principalis, & non datur appellatio † suspensiua a sententia lata super eis, licet deuoluatur caussa. Ita fuit decisum in caussa Romana status & alimentorum, coram D. Prospero de S. Cruce episcopo Chissanensi. Lunæ 9. Maii 1552. *vt in eius libro fol. 234.* Et repetita fuit decisio, coram Domino Capisucco in eadem caussa, Veneris *4.* Nouembris *1552. vt in eius lib. fol. 283.* 1 2 3

ATTENTATA.

SVMMARIA.

1 *Attentata an sit exsecutio facta post appellationẽ interpositam a decreto exsecutionis, & quare?*
2 *Iudex appellationem admittens, si & in quantũ, an abdicet a se iurisdictionem?*
3 *Subreptitia quando non dicatur commissio?*
4 *Attentata vtplurimum fiunt post appellationẽ.*
5 *Subreptio vitatur quando rescribens poterat de tacito per supplicantem cogitare.*

DECISIO XLIX.

ATtentata non est † exsecutio facta post appellationem interpositam a decreto exsecutionis, quia ius illi non defert. *l. ab exsecutore. C. quorum appell. non recip.* Nec obstat † responsio iudicis facta appellanti, admittendo appellationem, si & in quantum, quia ex quo ius non deferebat, non abdicauit a se iurisdictionem, *Roman. cons. 501. colu. 2.* Et per commissionem postea subsequutam dicto iudici præsentatam, potest iudex ille procedere. *Rot. decis. 70. & 343. in nou.* Nec est verum, quod commissio sit subreptitia, † quia non facit mentionem de appellatione. Quoniã respondebatur, quod cum in commissione fuerit facta mentio de attentatis, virtualiter & præsumtiue exprimendo attentata, non poterat intelligi nec præsumi, nisi quod fuerat appellatum, cum attentata † vtplurimum fiant post appellationem. *Aymo. consil. 79. num. 8. qui alios allegat.* Et satis est quod rescribens † in commissione potuerit hoc cogitare ad euitãdũ subreptionem, *Corn. consi. 261. num. 14. lib. 2.* 1 2 3 4 5

Et ita fuit tentum die 25. Maii 1551. coram Decano in vna Romana legati, *prout in eius lib. fol.* 329.

SVMMARIA.

1 *Attentare non dicitur Iudex, cui præsentata est commissio, vt deberet compensare fructus vineæ cum credito liquido, si exsecutionem concessit.*
2 *Compensatio non admittitur de illiquido ad liquidum.*
3 *Processus ad vlteriora tacite reiicit appositam exceptionem.*
4 *Alternatiua electio est ad libitum.*
5 *Exsecutiue cum proceditur, potest quis vna via electa, ad aliam redire.*

DECISIO L.

1 ATtentare † non dicitur iudex, cui est præsentata commissio ad instantiam debitoris, continens, vt fructus vineæ cōpensare deberet cum credito liquido Petri, si tali commissione non obstante iudex ad vlteriorem exsecutionem processit. Et ratio est, quia commissio compensationis
2 habebat clausulam, prout de iure, & de iure non fit † compensatio de liquido ad illiquidum *l. fin. C. de compensat. Fely. in ca. ad nostram. num.* 10. *de iureiur. Tyndarus in tractatu de compensat. in 3. & 4. quæstio. princip.* Et propterea, non obstante ista exceptione iudex potuit, & debuit ad vlteriora procedere, ex
3 quo processu † tacite reiecit dictam exceptionem compensationis. *c. ex parte. de appel. vbi omnes. Bart. in l. a procedente. nu. 4. C. de dilat. Rot. decis. 595. in antiquis.* Nec obstat, quod
4 Petrus elegerit viam adiudicationis, quia illud fecit alternatiue † & potest sequi quā maluerit ad sui libitum, *gl. in l. in rem. ff. de rei vind. Ruin. consil. 40. col. 1. volu. 4.* Et quia su-
5 mus in exsecutiuis, in quibus non cogitur † quis vna via electa, persistere. Immo potest illa dimissa, ad aliam recurrere. *Bar. in l. consentaneum. col. 2. versic. quæro secundo. C. quomodo & quando iud. colum. fi. Ias. in l. 1. colum. 6. ff. si quis ius dicen. non obtemp.* Et ita pro non attentatis tentum die 1. Iulii 1551. in vna Romana Vined. corā domino Augustino, *vt in eius lib. fol.* 261.

SVMMARIA.

1 *Attentare non dicitur, qui petit se manuteneri lite pendente.*
2 *Attentare nō dicitur continuans suā possessionē.*

DECISIO LI.

1 ATtentare † non dicitur ille, qui lite pēdente petit se manuteneri in possessione, seu quasi, in qua exsistit, quia qui conti-
2 nuat † suam possessionem, nō dicitur attentare, *vt est in terminis cons. P. Pauli Parisii 172. colum. 4. a num. 8. vsque ad finem vol.* Vbi respōdet ad omnes obiectiones. Et ita fuit tentū, die 5. Iunii 1551. coram domino Chissanēsi in vna Eluensi contrauentionis, *vt in eius lib. fol.* 82.

SVMMARIA.

1 *Attentare non dicitur, qui exsequitur contra appellantem, cui ius commune resistit.*

DECISIO LII.

ATtentare non † dicitur ille, qui facit exsecutionem contra appellantem, cui 1 ius commune resistit. *Rota dec. 234. in nou.* vide infra *in ver. exsecutio sententiæ.*

SVMMARIA.

1 *Attentata per procuratorem quando reuocanda?*
2 *Attentata per procuratorem non habentem speciale mandatum, non veniunt per viam attentati reuocanda, & quare? Intellige vt nu. 4.*
3 *Illicita non veniunt in generali mandato.*
5 *Ratificatio illud idem operatur, quod mandatū.*
6 *Principalis quando debeat statim reuocare facta per suum procuratorem.*

DECISIO LIII.

ATtentata † per procuratorem genera- 1
lem Ferdinandi lite pendente in Rota, quæ fuerunt tacite ratificata per principalem, qui habuit notitiam de attentatis per literas missiuas procuratoris, sunt per viam attentati reuocanda. *Rot. decis. 3. vt lit. penden. in nou.* Nec obstat, quod attentata † 2
per procuratorem non habentem speciale mandatum non veniant per viam atten-
tati reuocanda, cum in generali † manda- 3
to illicita non veniant. *Rot. decis. 7. vt lit pēd. & notatur in c. cum in generali. de off. vica. lib. 6.*
Quia procedit Domino non ratificante, 4
tacite vel expresse. *cap. cum quis, de sent. ex com. in 6. Abb. in cap. 1. num. 15. versic. oppono. vt lit. non contest. & ibi Felyn. num. 23. vers. 2. declaratio.* Et ratificatio † illud idē operatur, quod 5
mandatum. *l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquiren. hered. cap. ratihabitio. de regul. iur.* Et
debuit Ferdinandus statim, † quod sciuit 6
possessionem captam per procuratorem facto reuocare. *Egid. decis. 551.* Et ita fuit tentum in vna Astoricensi. de Buieduzze, coram Reuer. D. Chissanensi. die prima Aprilis 1552. *prout in eius lib. fol.* 194.

SVMMARIA.

1 *Attentata non sunt illa quæ sunt commissa extra rem in iudicio deductam.*
2 *Litigans non tenetur de gestis a tertio.*

DECISIO LIV.

ATtentata non † sunt illa quæ commissa 1
sunt extra rem in iudicio deductam, *glo. magna in c. non solum, de appell. in 6. Rot. dec. 36. de rescr. in nou.* Verum quia Prorex Neap. absque aliqua instantia Abbatis contra Ioan. Baptistam processit ad capturā personæ suæ, & ad sequestrationē certi Castri, super quo nō litigabatur. Et sic de gestis a
tertio † Abb. non tenetur. *glos. in d. c. non* 2
solum

solum, vbi Abb. num. 10. reducendo in princ. sicut nec de spolio. *cap. frequens. §. statuimus. de resti. spo. in 6.* Et ita tentum fuit, die 10. Octobris 1552. coram domino Reomano in vna pen. cum territorii, *prout in eius libro fol. 290.*

SVMMARIA.

1 *Attentata an dicatur cassatio bullæ facta de mãdato expeditorum de regestro.*
2 *Expeditores regestri bullarum in camera sunt iudices competentes, in materia bullarum.*
3 *Attentata non dicitur cassatio bullæ, quando nulla lis erat, neque fuit iudicis consensus.*
4 *Attentatum quando dici non possit?*

DECISIO LV.

1 ATtentata † non dicitur cassatio bullæ facta de mandato expeditorum de libro regestri bullarũ in camera. Quia expe-
2 ditores † sunt iudices competentes. *l. iuste ff. de acq. poss. Abb. in c. consultationibus. col. 2. de iur. pat.* Et nulla lis inter Io. & Bernardum pendebat, quando fuit facta cassatio, neque
3 interuenit consensus iudicis. Ideo non potest dici cassatio attentata. *Rota vt lite pend. decis. 3. num. 4. in nou.* Quinimmo si Auditori competeret iurisdictio super hoc, & pariter ad Dominum Decanum Cameræ spe-
4 ctaret, non potest † dici attentatum. *Innocẽ. quem omnes sequuntur in c. cum inter. de constit. & Felyn. in d. c. colum. penul. & Dec. colum. fin.* Et ita fuit tentum, die 12. Februarii 1552. in vna Barcatensi spolii, coram Domino Augustino, *vt in eius lib. fol. 53.*

SVMMARIA.

1 *Attentata an impediant exsecutionem brachii secularis.*

DECISIO LVI.

1 ATtentata † impediunt exsecutionem brachii secularis, & antequam illa actualiter purgentur cũ refectione damnorũ, expensarum, & interesse, non potest ad vlteriora procedi. *Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 50. & 60 ff. de acq. poss.* Et ita fuit tentum in vna Romana pecuniaria, die 18. Martii 1552. coram domino Augustino, *prout in eius lib. fol. 89.*

SVMMARIA

1 *Attentata possunt ex officio reuocari.*
2 *Attentando quis plus offendit iudicem, quam partem, immo offendit ius ipsum.*
3 *Attentata reuocantur etiam, quod notorie constet de non iure petentis sed iudicis officio.*

DECISIO LVII.

1 ATtentata † ex officio iudicis, etiã quod nõ constet de interesse partis petentis reuocationem attentatorũ, possunt reuocari, *vt est decis. 5. vt lit. penden num. 4. in antiquis, & decis. 4. eo. titu. in nou. & decis. 2. num. 1. vers. secus vero. de restit. spol. in nou. Cassador. decis. 3. in fine de resti. spol.* Et ratio est, quia plus † 2
offenditur iudex (cuius officium contemnitur) quam pars. Immo lex offenditur, quæ prohibet ne lite pendente aliquid innouetur, *vt toto tit. vt lite penden.* Et reuocãtur etiam, † quod constet notorie de nõ iu- 3
re petentis, & de non iure actionis, sed mero iudicis officio, *vt per decisiones allegatas.* Et in hoc casu Rota solet beneficium sequestrare, ne detur vitiosus ingressus. Et ita fuit obseruatum in caussa Salamantina Abbatiæ de Medina. coram R. D. episcopo Vestano 11. Martii 1552. *vt in eius lib. fol. 98.*

SVMMARIA

1 *Attentata sunt gesta nomine meo, lite pendente per assertum procuratorem, si statim habita notitia, non reclamaui.*
2 *Scientia actorum nomine meo factorum inducit tacitam approbationem.*

DECISIO LVIII.

ATtentata dicuntur ea, quæ gesta sunt 1
nomine meo † lite pendente, per assertum procuratorem, vel per alium me sciẽte, & non reclamante statim, quod ad mei notitiam peruenerunt, quia tunc censeor
† approbasse, *ad doctrinam Bar. in l. quo cum §. 1. num. 1. vers. quandoque superuenit scientia. ff. rem rat. hab. per tex. in l. filiusfamil. la. secunda. ff. ad Macedonian. Abb. in cap. cum virum. 3. not. de regul. Ias. in l. quod dotis. num. 90. vers. decimusseptimus & vltimus casus. solu. matrimo. Mathesil. sing. 22. Capol. caut. 24. Egid. decis. 551. Oldra. consil. 199. num. 7.* Et ita decisum fuit in vna Astoricensi Parochialis de Brimeduzze, Veneris prima Aprilis 1552. coram episcopo Chissanensi. *vt in eius lib. fol. 194.* Quæ decisio fuit repetita in hac eadẽ caussa, Mercurii 26. Octobris 1552. coram domino Decano, *vt in eius lib. fol. 234.* 2

SVMMARIA.

1 *Attentare quis non dicitur in diuersis.*

DECISIO LIX.

ATtentatus non dicitur actus responsionis factæ per Communitatem Antonio, super eo, quod colligeret fructus per se ipsum, cum lis non † penderet super hoc in- 1
ter ipsum & Communitatem presbyterorum, sed super solutione quinque librarũ pro seruitio iam præstito, & sic lis erat diuersa. Et ita fuit tentum, die 9. Martii 1554. coram Domino Oradino in vna Gerundiensi Molestationum, *vt in eius libro fol. 61.*

SVMMARIA.

1 *Attentatorum caussa, an retardet, quia sententia cõfirmari possit.*
2 *Nulliter non dicitur procedere iudex, sed grauat partem, quando procedit ad sententiã, omisso ca-*

pite attentatorum parte non opponente.

3 *Iudex procedens ad vlteriora parte non opponẽte, non facit iniustitiam, sed est appellandum.*

4 *Recusatio iudicis denegat potentiam procedendi ante cognitionem recusationis de iure ciuili, sed de iure canonico, tenet processus ab eo factus, nisi appelletur.*

5 *Ordinis peruersio in procedendo non caussat nullitatem, sed grauat partẽ, ideo est appellandum.*

6 *Processus iudicis appellationis super grauamine, de tacito consensu partis super negotio principali valet omisso articulo grauaminis.*

7 *Intellect. ad decis. 4. Cassador. de dilat.*

DECISIO LX.

1 ATtentatorum caussa † non retardat, quin sententia confirmari possit, quando post commissionem caussæ attentatorũ non fuit de attentatis oppositum, & passus est prætendens attentata in negotio prin-
2 cipali procedi, præsertim illis non probatis, nec verificatis, quia iudex non † procedit tunc nulliter, sed grauat partem, *cap. non solum. de appellat. in 6. & ibi Io. And. Franc. in c. dilec. el. tertio. colum. 2. versic. 2. quæritur. de*
3 *appellat.* Et si iudex † tali prætendenti facit iniustitiam, non procedit nulliter, sed est
4 appellandum, prout vidimus in iudice † recusato, cui ius commune denegat potẽtiam procedendi ante recognitionem recusationis, *cap. iudex, de offic. deleg. lib. 6.* Et tamen de iure canonico tenet processus ab eo factus, nisi appelletur. *Innocen. in cap. cum spirituali. de appellat.* Quod autem prius debeant reuocari attentata, est ordo datus vnius caussæ ad aliam, non ad eandem, quo
5 casu peruersio ordinis † nõ reddit sententiam nullam, sed grauat partem, adeo, vt sit necessaria appellatio. *l. 1. vbi Barto. not. 1. de appell. & idem Bart. in l. prolatam. in princ. C. de sententen.* Et quia non fuit appellatum, tenet
6 sentẽtia, prout valet processus † iudicis appellationis super grauamine de tacito cõsensu partis super negotio principali omisso articulo grauaminis. *Egi. decis. 347.* Et se-
7 cundũ prædicta intelligitur dec. † Cassado. *4. de dilat. num. 3.* maxime quia nulla sunt attentata. Et ita fuit tentum, die *24.* Martii 1553. coram Domino Decano in vna Taurinen. Parochialis Publitiarum, *vt in eius lib. fol. 219.*

AVDITOR.

SVMMARIA.

1 *Auditor Rotæ, an possit præsentatum instituere?*

DECISIO LXI.

1 AVditor Rotæ potest † præsentatum instituere, licet super præsentatione expediuerit nouam prouisionem Papæ, super qua literas non expediuerit. Ita dixerunt Domini in vna Fesulana, sancti Iusti. coram Domino Capisucco, Lunæ 5. Decemb. 1552 *vt in eius lib. fol. 335.*

BENEFICIATVS.

SVMMARIA.

1 *Beneficiatus præsumitur de iure habere congruã portionem.*

2 *Ecclesia non ædificatur sine dote.*

3 *Præscriptionem iuris contra se habens tenetur probare.*

4 *Abbas, an & quando teneatur probare, beneficiatos habere congruam portionem?*

DECISIO LXII.

BEneficiati petebant congruam portionem ab Abbate, & Abbas dicebat beneficiatos habere congruam portionem, quã 1
de iure † habere præsumuntur, *per tex. in c. nemo. de consecrat. distin. 1. Decius consil. 573. num. 6. & sequ.* vbi dicitur, quod Ecclesia † non ædi- 2
ficatur sine dote. Quare cum beneficiati sint actores & habeant iuris præsumtionem † contra, incumbit eis onus probandi. *c. ad* 3
decimas. de restit. spoliat. cap. 1. de præscrip. in 6. Tamen quia probatum fuit per testes, quod Abbas percipiebat omnes decimas & primitias, & quod beneficiati sunt pauperes. Ideo Abbati † incumbit onus probandi, 4
quod beneficiati habeant congruam portionem, & propterea illi danda est remissoria, ad id probandum. Et ita fuit tentum, die 27. Nouemb. 1551. coram Domino Augustino in vna Burgen. congruæ portionis, *vt in eius libro fol. 292.*

BENEFICIVM.

SVMMARIA.

1 *Deuoluto beneficio, quæ clausula ponitur, & quid impetrans probet?*

2 *Deuolutio non cadit in beneficio reseruato.*

DECISIO LXIII.

BEneficium si impetratur, vt deuolutum, solet in supplicatione apponi clausula, † 1
& detur deuolutio dispositiue in literis, & tunc in expeditione literarum exprimitur casus deuolutionis, & illa deuolutio est probanda per impetrantem, vt satisfiat clausulæ. *Cassado. decis. 5. de præb.* Nec obstat, quod beneficium esset reseruatum. Et ideo generaliter dici posset deuolutum. Quoniam in beneficio † reseruato non cadit de uolu- 2
tio. *Cassad. decis. 8. num. 3. de præb.* Et ita tentũ fuit in caussa Burgen. patrimonii die 9. Decembris 1551. coram domi. Vestano, *vt in eius lib fol. 130.*

SVMMARIA.

1 *Beneficium dicitur vacare in curia, quando vacat per priuationem, & quomodo.*

2 *Contumax verus habetur pro præsente.*

3 *Priuatus si non fuit vere contumax, vel se nõ defendit per procuratorem, an habeatur pro præsente ad effectum vacationis in curia.*

Decisio

DECISIO LXIIII.

1 BEneficiũ † dicitur vacare in curia si vacat per priuationis sententiam latam in curia, & contra præsentem in curia, citatũ personaliter per se vel procuratorem defendentem, vel contra verum contumacẽ,
2 qui habetur pro † præsente, *prout est decisio. 86. alias 35. de prabend. in antiquis, Franc. in c. præsenti. §. sane. versi. 4. adde. de praben. in 6. Abb. in c. ad petitionem. not. 3. & Fely. ibidem num. 2. de accusa. glo. in ver. mori. in cle. 1. vt lit.*
3 *pend.* Secus est, si ille priuatus† non fuit vere contumax, vel non se defendit per procuratorem, quia tunc non habetur pro præsente, *vt per Sarnen. Reg. de Impetr. benefi. per ob. famil. Cardinal. q. 7. num. 7. & 8. & per Pauinũ in 7. pralud. num. 8. de off. & potest. Capit sed. vacant.* Et ita fuit tentum in caussa Compostellana canonicatus. 19. Decembris 1552. coram dom. Vestano, *vt in eius lib. fol. 465.*

SVMMARIA.

1 *Beneficium valoris 25. ducatorum distributionibus computatis non dicitur sufficiens.*
2 *Beneficium sufficiens de iure dicitur, ex quo beneficiatus iura episcopalia persoluere, & se substentare potest.*
3 *Distributiones quotidianæ non computantur in fructibus.*
4 *Intellectus c. is cui. de praben. in 6.*

DECISIO LXV.

1 BEneficium valoris † 25. ducatorum cõputatis distributionib. quotidianis, nõ dicitur sufficientes redditus habere. Quia
2 illud datur sufficiens † beneficium de iure, ex quo beneficiatus iura episcopalia persoluere, & se substentare possit, *c. de monachis, de præbend. & notatur in c. is cui, de præb. in 6.* Et
3 quia distributiones quotidianæ † non cõputantur in fructibus, *vt est decis. 7. de praben. in nou. alias 134.* Et quia regula ita loquitur secundum glos. *in reg. Cancel. 60.* Ita fuit dictum in caussa Maioricensi Beneficii coram episcopo Montisflasconen. Lunæ 12.
4 Decemb. 1552. Quare, *c. is cui* † *de praben. in 6.* non habet locum in eo, qui habebat beneficium insufficiens & tenue, vt videri potest in lib. Montisflasconen. *fol. 161.*

SVMMARIA

1 *Patrimonialia beneficia comprehenduntur sub indultis Cardinalium.*
2 *Patrimonialia beneficia sunt ad collationem ordinariorum, licet teneantur ordinarii illa conferre filiis patrimonialibus.*
3 *Cardinales habentes indulta, tenentur seruare omnia, quæ ordinarii seruant.*

DECISIO LXVI.

1 BEneficia patrimonialia † comprehenduntur sub indultis Cardinaliũ. Et ratio est, quia illa beneficia sunt ad collationem † ordinariorum, licet teneantur ordi- 2
narii illa conferre filiis patrimonialibus. Et cum Cardinales habeant indulta ad beneficia, quæ sunt ad collationem, prouisionẽ, & quamcunque dispositionem ordinario- 3
rum, teneantur seruare omnia, † quæ ordinarii seruare tenebantur in collatione illorum beneficiorum. Ita fuit alias decisum coram Reueren. Iacobo Putec nunc Cardinale, cum esset Rotæ Auditor, in caussa Burgen. Beneficii de Quintana de Bureba, pro Alphonso de Razzas contra Alphonsũ Buga. Et nouissime in alia Burgen. dimidiæ portionis de Cotio coram episcopo Montisflasconen. 19. Decembris 1552. *vt in eius lib. fol. 178.*

BONA.

SVMMARIA.

1 *Bona non dicuntur applicata fisco ipso iure nisi in 1. capite l. quisquis C. ad l. Iul. Maiestatis.*

DECISIO LXVII.

BOna non dicuntur applicata fisco ipso 1
iure in † terminis. *l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiesta.* nisi in primo capite illius criminis. Et ita tentum fuit in caussa Fauentina dotis coram domino Guidobono, 16. Nou. 1552. *vt in eius lib. fol. 415.* Vide tamen, quæ infra notaui in verbo, *pæna l. quisquis.*

BONÆ FIDEI POSSESSOR.

SVMMARIA.

1 *Bonæ fidei possessor est, qui habet donationem etiam defectiuam, licet error iuris concurrat. nu 2.*
3 *Malæ fidei præsumtio post tempus longissimum non potest allegari.*
4 *Titulus inualidus præstat bonam fidem, etiamsi nõ interuenerit iusta caussa credendi illũ validũ.*

DECISIO LXVIII.

BOnæ fidei possessor est † Mattheus, qui 1
habet donationem etiam defectiuam a Rege, cui prohibitum erat bona donare. *Bald. in l. 1. col. penult. vers. item quæritur C. de fur. quem sequitur Alex. in addit. ad Bar. in l. Celsus. col. 3. in verbo alio. ff. de vsucapio. & ibi Balb. in repeti. in §. expedita. num. 19. versi. sed idem.* Quamuis concurrat † error iuris, *vt per Bal.* 2
in allegata repetit. l. Celsus. §. expedita. in fine. versi. item secundum Bald. Cassane. super consuetud. Burg. in tit. des censes. §. 2. in prin. num. 9. dicens, quod † post tempus longissimum 3
præsumtio malæ fidei non potest allegari. Præterea titulus inualidus † præstat bonam fidem, etiam si non interuenerit iusta caus- 4
sa credendi illum inualidum. *Balbus in d. l. Celsus not. 3.* Et quia religio non allegabat iustam caussam contra Matthæum ad hoc, vt non esset heres. *Paul. de Cast. in l. si debitores num. 2. ff. de petition. heredit.* Et ita fuit tentum die quinto Iunii 1551. in vna Ma-

ioricensi pecuniaria coram dom. Vestano, *prout in eius lib. fol.* 90.

SVMMARIA.

1 *Præsentare ille potest, qui est in quasi possessione præsentādi & cũ bona fide, nec requiritur titulus.*

DECISIO LXIX.

1 BOna fides sufficit † ad hoc, vt quis immitti possit in possessionē præsentandi, ratione quasi possessionis iuris præsentādi, *vt per Bal. cons. 12. de iur. patr. quod consil. sequitur Rota*, & hoc, vt quis dicatur esse in quasi possessione præsentandi, nec requiritur titulus. Et ita fuit tentum in vna congregatione dominorum in æde diui Augustini tempore vacantiarum, in caussa Burgensi iurispatronatus sanctæ Dorotheæ, coram D. Accorambono sub die 21. Aug. 1552. *vt in eius lib. fol.* 330.

BREVE.

SVMMARIA.

1 *Possessio capta vigore breuis etiam lite pendente, quando debeat sequestrari.*

DECISIO LXX.

BReue, in quo dicitur, ꝙ impetrans sine vitio spolii, capere possit possessionem
1 beneficii, si nō habet, etiam lite pendente, & sine vitio attentatorum, si possessio † capta sit lite pendente, nihil operatur, & possessio capta vigore talis breuis lite pendente debet ex officio sequestrari. *Rota decis. 2. in nou. de restit. spoliat.* Et ita fuit tentum in vna Auersana Beneficiorum die 14. Nouēbris 1552. coram domino Augustino, *prout in eius lib. fol.* 351.

SVMMARIA.

1 *Breue habens, quod sine vitio spolii & attentatorum detur possessio, si detur cum effectu, an eiectus agat spolio.*

DECISIO LXXI.

1 BReue habens, † quod sine vitio spolii & attentatorum, detur possessio amoto exinde quouis illicito detētore si exsequatur, non potest eiectus agere spolio contra immissum vigore breuis, propter illam clausulam positam in breui, videlicet sine vitio spolii & attentatorum. Vide infra in verbo *spolium*, quid decisum in caussa Tholetana Parochialis de Alarcon. sub die 19. Decembris 1551. coram domino Reomano.

BVLLA.

SVMMARIA.

1 *Confirmationis bulla vnius concordiæ potest expediri inserto tenore concordiæ, etiā stante clausula, quod tenor haberetur pro expresso.*

2 *Concordia censetur confirmata non solum quo ad ea, quæ ordinaria sunt, sed ea, quæ sunt contra ius & quare.*

3 *Abbreuiatorum relationi interdum statur.*

DECISIO LXXII.

BVlla confirmationis concordiæ potuit 1
expediri cum insertione tenoris totius concordiæ, stante clausula, cuius tenor habeatur pro expresso, *secundũ But. cons. 2. quod consilium passim seruatur in Rota Cassa. deci. 10. & 38. super regul. Sarnen. in præ. reg. q. fi. col. penul. & latissime prosequitur Fely. in c. nonnulli in 7. & 8. col. num. 22. de rescript.* Et concordia
† censetur confirmata nō solum quo ad ea, 2
quæ ordinaria sunt, sed etiam quo ad ea, quæ sunt contra ius, quia cōfirmatio Principis eo casu habet vim dispensationis, *Egi. decis. 365. & 697. Felyn. in c. cum inter col. 1. de exceptio. & in c. si quando col. 4. de rescript. omnes in l. quidam consulebant. ff. de re iud.* Et quia
Abbreuiatores † consulti dicebant, quod 3
bullæ poterant expediri toto tenore inserto, & hoc, nisi esset in concordia aliqua exorbitans symonia. Et ita tentum fuit die 15. Iunii 1551. coram domino Achille in vna Terraconē. Camerariæ, *vt in eius lib. fol.* 249.

SVMMARIA.

1 *Congrui bulla Leonis decimi procedit etiam contra alium ex vicinis vt hic.*

2 *Decretum irritans in bulla appositum annullat contractus aliter factos.*

DECISIO LXXIII.

BVlla Leonis 10. qua cauetur, quod ædifi-
care † volens, si est vicinus, irreuocabili- 1
ter præferatur cuicunque ementi domum vicinam, procedit etiam contra alterum ex vicinis irreuocabilibus, qui non vult vti beneficio bullæ, sed murum eius contiguum domui venditæ illi emtori, qui adhuc non erat vicinus irreuocabilis, ex voluntate, nō ex necessitate vendiderat, quia alter vicinus irreuocabilis poterat vigore bullæ Leonis annullare dictam venditionem, tanquā factam in eius præiudicium, contra dispositionem dictæ bullæ, quæ cũ habeat decre-
tũ irritans, annullat contractus aliter factos 2
Fely. in cap. si constiterit. in fine. de accusat. Sarnē. q. 49. num. 3. in regul. de trien. Et si quod ius fuisset translatum in dominum emtorem, non erat considerabile, quia durare nō poterat. *l. fina. in fin. C. de bon. quæ lib. Angel. in l. voluntas. in fin. C. de fideicommiss. & Roman. in l. plerique. ff. de rit. nupt.* Et ita resolutum in vna Romana domus, die 4. Nouemb. 1551. coram domino Guidobono, *vt in eius libro, fol.* 53.

SVMMARIA.

1 *Bullæ sumtum an, & quando faciat fidem.*

2 *Bullæ Apostolicæ æquiparantur instrumentis.*

3 *Registrum bullarum reputatur prothocollum.*

4 *Originale prothocollum vel aliud simile quandò est cancellatum, non facit fidem aliud originale ab eo extractum.*

Instru-

5 *Instrumenta omnia, quando censeantur cassata.*
6 *Bulla est de falso suspecta, quādo non reperitur in registro bullarum.*
7 *Sumto non est adhibenda fides, quando reperitur cassatum de mandato Expeditorum, & num. 8.*

DECISIO LXXIV.

1 BVllæ sumtum † extractum ex registro
bullarum in Camera, quæ bulla in dicto
registro cassata de mandato Domini Au-
ditoris Cameræ fuit ex eo, quia instrumen-
tum mandati erat falsum, nullam facit fidē,
2 quia bullæ Apostolicæ † æquiparantur in-
strumentis. *Sarnen. in reg. de public. resigna. q. 9.*
3 *num. 8.* & registrum † bullarum reputatur
prothocollum seu originale. *Rota decis. 28. de
probat. in antiquis, & de fid. instrum decis. 10. Egid.
deci 251. Belenzin. de carit subsid. q. 113. num. 6. &
seq. Staphile. de lit. gratia & instit fol. 140. versic.
conceduntur autem, & fol. 143. vers. vitium.* Et
4 quando † prothocollum, seu vnum origina-
le est cancellatum, non facit fidem aliud
originale, quod habet originem ex illa ra-
dice infecta. *Bal. consil. 14 nu. 1. lib. 4. & Sarnen.
in reg. de iure quæsit. nō tollen. q. 20.* Nam omnia
5 instrumēta † censentur cassata. *Fely in c. quo-
niam contra col 8. not. 7. de probat.* Præterea bul-
6 la † est de falso suspecta, si non reperitur re-
gistrata in registro bullarū. *Cassad. super reg.
decis. 5. num. 6.* Et ita fuit tentum coram Re-
7 uer. D. Augustino, quod sumto † non erat
adhibēda fides, quia reperitur cassatum de
mandato expeditorum, & propterea est re-
mittendum ad dominos Clericos Cameræ,
vt bullæ plumbum abscindant, *glo. in l. exem-
pto. §. is quam vina. ff. de act. emt. Fabian. de Monte
in tract de emt & vend q 8. princ. num. 4.* Et pro-
pterea, die 7. Nouembr. 1552. coram Domi-
no Reomano in vna Barchinonen. benefi-
cii S. Michaelis, fuit tentum, quod non pro-
cedatur ad canonizationem literarum, eo
8 quia iam Rota scit, quod registrum † fuit
cassatum, sed bene Rota voluit, quod ex-
spectaretur Bernardus absens ad hoc, vt
posset se defendere circa illam cassaturam,
coram iudice pro suo interesse, & quod in-
terim non confirmentur sententiæ in fauo-
rem Ioannis latæ, *prout in eius lib. fol. 321.* Ad-
de quod ante supradictam decisionem, die
12. Febr 1552 in dicta caussa, coram Domino
Augustino fuit tentum, quod sumto cassa-
to de mandato expeditorum nulla esset dā-
da fides. *per l. Labeo. vbi Ias. ff. de pact. Bald. in l si
præses, num. 6. quomodo & quan ind. Doctores in c.
ex his. de fide instrum. Paris. consil. 28. lib. 2 prout in
eius lib. fol. 53.*

SVMMARIA.

1 *Bulla non corrigitur, quando non discordat a supplicatione.*
2 *Matricis tenor attenditur, & num. 6.*
3 *Coniecturis non est opus in claris.*
4 *Literarum correctio passim conceditur.*
5 *Literarum tenor est verificandus ex tenore supplicationum super quibus expediantur.*

DECISIO LXXV.

BVlla † non est corrigenda, quando non 1
discordat a tenore supplicationis, quia
tenor † matricis attenditur, *argum. cap porro,* 2
de priuileg. Nam in supplicatione dicitur,
quod lis erat nulla, & quod illius nullitas &
infectio potuisset exprimi, indubitatū est,
& in bulla litem nullam potuisse narrari
quia in claris † non est opus cōiecturis, *l. ille,* 3
aut ille, §. cū in verbis. ff. de leg. 3. l. illam, C. de colla.
quamuis correctio † literarum passim con 4
cedatur. *Paris. consil. 95. num. 14. lib. 4.* quia te-
nor earum † est verificandus, *ca. cum olim. de* 5
priuileg. & in cap. fin. de fide instrum. ex tenore
scilicet supplicationum, super quibus expe-
diuntur. *Paris. consi. 77. vol. eod.* & vbi discor-
dant, corrigēdæ sunt iuxta supplicationes,
tanquam matrices scripturas, quibus † vti 6
originalibus magis statur. *Bart. & Alexand.
in l. Sempronius. ff. de leg 2. Felyn. in cap. quoniam
contra not. 7. de prob.* Tamen in casu nostro
non discordabant, & sic non erat locus cor-
rectioni. Et ita fuit tentum in vna Placenti-
na parochialis de Valuerde, coram Domi-
no Augustino, die 11. Ianuarii. 1552. *prout in
eius lib. fol. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Bulla quæ habet clausulam, vocatis vocandis, & sine alicuius præiudicio, licet habeat decretum irritans, non habet effectum, nisi adueniente cōditione.*

DECISIO LXXVI.

BVlla quando habet † clausulam (vocatis 1
vocandis, & sine alicuius præiudicio)
licet habeat decretum irritans, tamen non
habet effectum suum, nisi adueniente illa
conditione, *arg. tex. in clem. vnica. §. quia decre-
tum, de concess. preb.* Ita fuit decisum in caussa
Giennen. beneficiorum, coràm D. Vestano
17. Iunii 1552. *vt in eius lib. fol. 216.*

SVMMARIVM.

1 *Congruius inductum ex bulla Sixtina, suffragatur viciniori, ordine successiuo.*
2 *Agnatis, quando facienda est venditio vigore statuti, intelligi debet, scilicet proximioribus.*
3 *Statuta & noua constitutiones interpretationem recipiunt a iure communi.*

DECISIO LXXVII.

BVlla Sixti 4. sub rubr. *de ædificiis, & nouis operibus construendis ad decorem Ciuitatis,* de qua in volumine statutorum Vrbis, *fol. 29. lib. 6.* non habet locum, quando duo sunt æqualiter vicini. Nam si vnus esset vicinior altero, verum est de iure, quod magis remotus non dicitur vicinus, quia vbi sit mē-

tio de proximis vicinis, & aliis sub nomine
1 collectiuo, intelligitur † ordine successiuo, vt scilicet proximior primo loco, & deinde alii considerandi sint, *Bal. Ang. Saly. & Castr. num.6. in l.fi.C.de verb.sig. argu. etiam eorum quæ dicuntur per Ioannem Fabrum in §. ita tamen. Instit. de hered quæ ab intest. defer. per Petr. de Anch. in consi.371. num.4. per Io. Igneum in l. dudum, nu. 27. C. de contrah. emt. per Bened. in cap. Raynutius, num.606. de testam per Dec. in consi. 619. col. fin. nu.*
2 6. vbi si statuto cauetur, † quod res vendi debeat in agnatione, & vendita fuerit agnato in gradu remotiori, nõ dicitur satisfactum
3 statuto. Et notum est, statutũ † & nouas cõstitutiones interpretationẽ recipere a iure communi. *Salycet. in l. si serui vestri. C. de noxal. nume.2.* Et ita fuit decisum in caussa Romana Domus, coram Domino Guidobono, 26. Octob.1552. *vt in eius lib. fol.334.*

SVMMARIVM.

1 *Congrui ius ex bulla Sixtina considerat, cui magis domus adiaceat, qui magis illa indigeat, & vbi resultet maior ornatus, & decor vrbis.*

DECISIO LXXVIII.

BVlla Sixti Quarti, de ædificiis & nouis operibus construendis ad decorem Ciuitatis, *de qua in vol. statutorum vrbis lib. 6. fol. 29. in illis*, qui pariter sunt vicini, considerat,
1 cui magis † domus adiaceat, qui magis illa indigeat, & vbi resultat maior ornatus & decor vrbis, & ille erit præferendus in emtione domus. *vide decis. Neap. 223. & Ioan. de Amic. de Venafro consil. 1. in 3. dub. vbi declarat dictam decis. Neap. 223.* Et ita illam bullam interpretati sunt Domini de Rota in caussa Romana Domus, coram Domino Guidobono 14. Nouembris, 1552. *vt in eius libro fol.* 390.

SVMMARIVM

1 *Bulla resignationis canonicatus & præbendæ discordans a mandato, an debeat mitti ad corrigendum ad cameram, vel ad cancellariam.*
2 *Expeditorum consilium interdum Rota petit.*

DECISIO LXXIX.

1 BVlla resignationis † canonicatus & præbendæ, quæ non concordat cum mandato, debet ad corrigendum remitti, an autem debeat remitti ad Parcum Abbreuiatorum, vel ad Cameram dubitabatur? Nam pro vna parte dicebatur, quod consensus erat præstitus in Cancellaria, & in Cancellaria solet extendi, & inde bulla cum consensu extenso remittitur ad Cameram pro vlteriori illius expeditione facienda: & tũc distinguebatur: aut literæ discordabant respectu consensus, & debent ad Cancellariã remitti: aut discordabant ratione vlterioris expeditionis factæ per Cameram, & tũc essent remittendæ ad camerales expeditores. Pro altera parte dicebatur, quod bulla fuit expedita p̃ summistã, quo casu cũ non detegatur error, Parcus non potest se intromittere. Præsertim, quia hic non dubitatur, an consensus sit bene vel male extensus: nam consensus concordat cum mandato, sed solum est dissens. inter mandatum & supplicationem: ideo Domini *19.* Iunii *1553.* resoluerunt, bullam omnino esse remittendam ad corrigendum, quia non cõcordabat, sed mandarunt Domino Ponenti, vt quærat † consilium a duobus Expedi- 2
toribus, cui sit remittenda bulla ad corrigendum an ad Cameram, vel ad Parcum. Et ita fuit factum in vna Lucana Canonicatus, & præbendæ, coram Domino Accorãbono Decano, *vt in eius lib. fol. 434.*

SVMMARIVM.

1 *Correctio bullarum prouisionis, discordantium clare a supplicatione, quando facienda, ante, vel post exsecutionem.*

DECISIO LXXX.

BVllarum prouisionis † correctio, si bul- 1
læ clare discordant a supplicatione, facienda est, priusquam exsecutio & brachiũ seculare relaxetur. Si autem non constat clare, aut est dubium, & tunc est prius procedendum ad exsecutionem, quam bullæ remittantur ad corrigendum, *Gigas tract. de pensio. q.100. num.9. & 21. Bartol. in l. prima, § & parui refert, ff. quod vi aut clam. Antonius de Canar. de exsecut. instru q. decima* Et ita fuit tentũ die *19.* Nouembris *1554.* corã Domino Oradino in vna Paduan. Pension. *vt in eius libro folio* 431.

SVMMARIVM

1 *Bulla reseruationis pensionis an sit remittẽda ad corrigendum.*
2 *Credi an magis debeat scedulæ Cardinalis, quam notulæ Vicecancellarii.*
3 *Papæ assertioni statur.*
4 *Relatum est in referente.*
5 *Possessionis datio per illum facta qui habet potestatem conferendi, operatur collationem.*

DECISIO LXXXI.

BVlla reseruationis pensionis non est † re- 1
mittenda ad corrigendum, quia articulus ille, an magis † credatur scedulæ Car di- 2
nalis, quam notulæ Vicecãcellarii, requirit altiorem indaginem. Sed in casu nostro Domini pro maiori parte dixerunt, quod sumus in claro, quia stãdum est † assertioni 3
Papæ, *clem. 1. de probatio.* Et gratia est motu proprio facta, & licet referat se ad scedulã, cum autem constet de scedula, relatum † est 4
in referente, *l. asse toto. & l. in testamentis. ff. de condi. & demon.* Accedat etiam quod scedula consistorialis est proposita, & subscripta per Papam, & sic prouenit ab eo, qui eccle-

siam, & episcopatum conferre poterat. *Rota in simili in nou. decis. 16. de concess. praeben.* vbi
5 inductio † in possessionem facta ab eo, qui habet potestatem conferēdi, operatur collationem, & maxime, quia in motu proprio Papa narrat tenorem scedulæ relatæ. Nec notula Vicecancellarii illam facultatem transferendi excludit, cum dicat, &c. Ita vt possit dici plus dictum, & minus scriptum, & omnes Domini fuerunt in hoc, quod cū hæc quæstio requirat altiorem indaginem, & simus in casu valde dubio, quod prius discutiatur super re iudicata, & exsecutione, quam super discordantia. Et ita fuit tentum die 14. Decembr. 1554. coram Domino Oradino in vna Paduana Pensionen. *vt in eius libro folio 506.*

CAMBIARE.

SVMMARIA.

1 *Arbitrium liberum cambiandi, important verba videlicet, remittas pecuniam cum meliori lucro.*

2 *Arbitriū habenti omnis culpa remissa censetur.*

3 *Decoctio superueniens cui spectet.*

4 *Accidentia ex improuiso fato imputari debent, non noxæ.*

5 *Facienti bona mente non imputatur, si aliquid mali accidat.*

6 *Bona fide factum dicitur rectè factū, nec pœnam aliquam meretur.*

DECISIO LXXXII.

CAmbiauerat Bartholomæus Panciaticus Florentiæ scuta 400. cum N. de Floren. & direxit literas cambii cuidam Oliuerio de Roma, vt solueret Paulo Grimaldo mercatori Romano, dicta scuta 400. cui Paulo alias literas scripsit, quod procuraret acceptationem literarum cambii ab Oliuerio, & deinde illarum exactionem, & quod postea cum meliori lucro Florētiam per aliud cambium remitteret dicta scuta 400. Paul. ante exactionem fecit cambium de propriis pecuniis cum Signorinis in pecunia numerata, die 9. Decembris 1542. & pecuniæ erant exigendæ die 12. dicti mensis. Euenit casus, quod Signorini decoxerunt die 16 eiusdem mensis, adeo, vt pecuniæ deperditæ fuerint. Bartholomæus petebat a Paulo dicta scuta 400. Paulus replicabat, quod pecuniæ cambiatæ cedebant
1 periculo Bartholomæi: nam illa † verba, quod remitteret cum meliori lucro, important liberum arbitrium cambiandi. *Bartol. in l. creditor, §. Lucius, ff. mandati Ias. in l. si sic legatum num. 19 ff. de l. 1.* Ita vt absit dolus ab
2 ipso Paulo, & propterea omnis † culpa ei remissa censetur. *Bart. in l. 1. versic. tamen vnum vota. de solutio. Alexand in l. si constante, § si maritus, ff. sol. matri.* Et propterea, quod dānum † decoctionis superueniens spectat ad Bartholomæum. 3
Paul. de Castr. in l. negotium, C. de negot. gest. cum ea, quæ ex † improuiso casu 4
accidant, fato imputari debeāt, non noxæ. *l. 1. C. de sica.* Ideo Domini dixerunt, quod Paul. non commisit aliquam fraudem neq; dolum, sed quod fecit meliorem conditionem Bartholomæi, & satisfecit commissioni datæ secundum consuetudinem mercatorum, & quod fecit bona mēte, propterea
† si quid mali ei accidit, non debet facienti 5
imputari, *cap. de occiden. 23. q. 5.* Et Bald. *in consil.*
414. lib. 1. dicit, quod bona † fide factū, dici- 6
tur recte factum, nec pœnā meretur, Et ita tentum die 11. Maii 1557. in vna Florentina Cambii coram Renerend. domi. Baren. *vt in eius lib. fol. 158.* vide corā me in ista caussa per plures positiones facto melius intellecto de annis 1556. & 1557.

CANONICVS.

SVMMARIVM

1 *Operaria in titulum obtineri non potest, nisi obtinens Canonicus regularis exsistat.*

2 *Alimentorum gratia id, quod datur regularibus, non recipit reiterationem, etiam quod recipiens fungatur vice duplicis personæ.*

3 *Clausulæ positæ in parte exsecutiua gratiæ, nō augent dispositionem.*

DECISIO LXXXIII.

CAnonici Regulares Sancti Augustini in ciuitate Cæsar Augustan. habent quoddam monasterium seu ecclesiam Canonicorum regularium, qui Canonici consueuerunt habere diuersa officia secundum necessitatem ecclesiæ. Nam vnus est Camerarius, alter est operarius, alter thesaurarius, Cantor, & similia habent officia: qui etiam emittunt professionem, & promittunt tria vota, & nihil proprii habent, nisi quatenus ipsis permittitur a Priore, & conuentu. Euenit, quod operaria præfata a certo tempore citra fuit data in commendam; & vltimo quidam Michael illam in commendam obtinuit, & portionē assignatam dictæ operariæ recipiebat, qui postmodum in titulum sibi conferri pariter obtinuit, & se effici Canonicum regularem, quia operaria † in titulum non potest obtineri, nisi obtinēs Canonicus regularis exsistat, propterea prætendebat Michael velle duplicem portionem, vnam tāquam operarius, alteram tanquam Canonicus regularis: fuit dubitatum an ex eo, quod sibi operaria in titulum collata fuit, debeat habere portionem Canonicalem, quam operarii titulares non solent habere. Respondebatur negatiue, quod non, q̄a illi omnes, qui habebant officia prædicta, dicuntur Canonici, & solum inter eos fit distinctio, in-



dicantur habere aliquam dignitatē, & præeminentiam plusquam alii Canonici sui ordinis. *Abb post alios in c. de mulcta, de prabend. Ioan. Andr. Archid. Dominic. & Perus in ca. 1. de consuet. lib. 6. Io. de Sylua in tractat. de benef. parte 1. 2. q. nume. 36. & 38. cum seq.* Ex quo sequitur, quod Michael vigore gratiæ suæ non potest habere operariam in titulum, & Canonicatum, cum emissione professionis, quia non potest habere portionem suam distinctam, quam talis operaria nō erat solita habere, & quia sumus in monasterio regulari, in quo omnes fratres appellantur Canonici regulares, nec habent portiones, & præbēdas separatas, sed solum vnusquisque accipit, quantum secundum indigentiam & exigentiam monasterii ;eis ministratur a

2 Priore, & quicquid † præstatur, est pro alimentis, quæ non recipiunt reiterationem, etiam, quod recipiens fungatur vice duplicis personæ, *l. alimenta § Basilica, ff. de aliment. leg. c. fælicis, de censibus lib. 6. & in c. ex literis, col.*

3 *penul. de probat.* Nec obstant clausulæ † positæ in parte exsecutiua gratiæ Michaelis, quia non augent dispositionem, *clem. prima, in fin. de præben. Abb. in c. cum nostris, col fi. de concessio. prabend. & Cardi. consil. 25 in fin.* Et ita fuit tentum quarta Nouemb. 1551. in vna Cesarau gustan. subreptionis literatum, coram Reuerend. Dom. Beren. *vt in eius lib. fol.* 269.

SVMMARIVM

1 *Canonici in cathedrali ecclesia, an veniant dignitatis appellatione.*

2 *Canonici soli sine portionariis, possunt disponere de bonis mensa capitularis, non obstante statuto, de quo hic.*

3 *Capitulum repræsentatur per canonicos.*

4 *Consuetudo debet probari, vt obsit.*

5 *Canonici possunt disponere de bonis communibus sine interuentu portionariorum.*

DECISIO LXXXIV.

1 CAnonicus † in cathedrali ecclesia sub nomine dignitatis sub larga interpretatione, de iure venit, *vt dixi infra, in verbo digni*

2 *tas.* Et Canonici † sine portionariis possunt disponere de bonis mēsæ capitularis, non obstante statuto & concordia, videlicet: Statutum erat in ecclesia Corduben. ad Obinan. ne mandata fierent a priuatis sine scientia, & consensu Decani, & capituli, quodque mandata facta non valerent, nisi prius deliberata essent inter omnes de capitulo. Verum, quia portionarii dictæ Ecclesiæ erant soliti interuenire in capitulo pro certis negotiis, ideo se opponebant canonicis, quod non possent disponere de bonis mensæ capitularis sine illis. Quare Domini dubitarunt, an Canonici soli sine portionariis (stante concordia, vel statuto) possint disponere de bonis mensæ capitularis. Et die 16. Maii 1552. coram Reuerend. D. Chissanen. in vna Corduben. mandatorum, fuit resolutum, quod Canonici soli sine portionariis possint disponere de bonis mensæ capitularis, non obstante dicto statuto, quia capitulum repręsentatur † per ca- 3
nonicos, & non per alios. *Abb. in c. nouit. 1. not. de his, qua fiunt a prælatis & idem in cap. 1. in 6 q. & in cap. scriptum, in 6 not. de electio.* nec pariter concordia obstat prædictis, quia est relatiua ad consuetudinem, † de qua non cō- 4
stat, *prout in eius lib fol. 256.* Et die 23. Maii 1552. coram eodem Domino Chissanen. pariter tentum fuit, quod Canonici † possent dispo- 5
nere de bonis communib. absque interuētu Portionariorum, *prout in eius lib. fol. 282.*

SVMMARIVM

1 *Canonico regulari potest prouideri de beneficio curato seculari, ex communi requiritur saltem episcopi dispensatio.*

DECISIO LXXXV.

CAnonico † regulari potest prouideri de 1
beneficio curato seculari, iuxta cōmunem opinionem relatam per Abbatem, *in c. quod Dei timorem num 7. de statu monach. & per Ioan. de Sylu. in tractat. benefic. 3. par. q. 70. num. 1.* vbi id de monacho dicit: hoc, quāto magis in canonico regulari, quicquid in contrarium dixerit, Rota *decis. 262. alias 5. de iur. patro. in nou.* contra quam alias per Dominos fuit tentum. Sed bene verum est, quod requiritur dispensatio saltem episcopi. Et ita fuit tentum in caussa Meten. Parochialis coram Domino Guidobono 16. Nouemb. 1552. *vt in eius lib fol. 407.*

SVMMARIVM

1 *Collatio episcopi ad menses ordinariorum concessa per Papam, non extenditur ad beneficium vacās tempore vacationis sedis.*

2 *Data tempus attenditur in concessione facta per Papam conferendi.*

3 *Ordinarii sede vacante habent omnes menses.*

4 *Intentionis Papa non videtur esse, vt in eius concessione habeat oculum ad sedem vacantem.*

DECISIO LXXXVI.

CReatio in Canonicum, quæ est restricta ad collationem talis episcopi, & ad mēses ordinariorum concessa, per Papam, non capit † præbendā postea sede vacante ipsius 1
Papæ concedentis, vacantem in mense Ianuarii, quia ille mensis non erat ordinarius, sed reseruatus Papæ per regulas Cācellariæ, quæ tunc vigebant. Et tempus datæ † inspi- 2
citur, *Felyn. in c. cum te, num. 18. de rescript.* Nec obstat, quod sede vacante † omnes menses 3
dicantur ordinariorum, quia (vt dixi) tempore datæ, cum Papa esset viuus, non est verisimile, quod intellexerit de mense Ianuarii,

rii, qui per Regulas erat reseruatus, nec fuit eius intentionis, vt haberet respectum ad vacationem sedis. Et ita decisum fuit in caussa Aretina Canonicatus. & præbendæ, coram Domino Guidobono 21. Nouembr. *1552 vt in eius lib fol.* 424.

CAPELLA,

SVMMARIVM

1 *Ecclesia qualibet debet in plures partes diuidi.*

2 *Ecclesia diuidi debet per cancellum.*

3 *Ecclesia in vna possunt esse dua congregationes.*

4 *Clericus secularis ab episcopo deputatus, debet curam animarum populo ministrare.*

5 *Monachi curam animarum ministrare non possunt.*

DECISIO LXXXVII.

Capella in qua exsistit Capellania de Maiera, dicta fuit ab antiquo Capella crucis, sita, & inclusa intra ecclesiam monasterii beatæ Mariæ de Naiera, vt testes omnes probant, nec sunt duæ ecclesiæ, vna scilicet clericorum secularium, altera monachorũ, sed vna tantum, quia ita dicunt testes. Et, quia in prima parte ecclesiæ est cancellus, intra quem debẽt stare monachi, in reliquo corpore ecclesiæ, quod appellatur nauis, stare debent clerici seculares, cum de iure
1 sit expressum, quod quælibet † ecclesia debeat in plures partes diuidi, *c.1 de vit. & honesta. cleric. & ibi Abb. num.*3. tanto magis pro honestate monachorum. Nec est vera consequentia dicentis duas esse ecclesias, ex quo diuisa est ecclesia per cancellum, nam
2 est diuisa, quia ita † fieri debet de iure. Præ-
3 terea in eadem ecclesia possunt esse † duæ congregationes, prout est in ecclesia sancti Ambrosii Mediolani, *vt in terminis dicit Bonifac. de Vital. in clem.* 1. *nu.* 6. *de electio.* prout dici non possunt duæ ecclesiæ, quia in vna parte celebrãt monachi, in alia clerici seculares, quoniam vna est ecclesia constructa, & ædificata a monasterio, in qua vnus clericus
4 secularis † ab episcopo deputatus debet curam animarum populo ministrare, *c.1.d.cap.*
5 *monachi* cum curam animarum monachi † ministrare non possunt, *d.ca.1.* Et ita tentum die *3.* Martii *1553.* in vna Calagurritana de Naiera, coram Domino Accorambono Decano, *vt in eius lib. fol. 128.*

CAPITVLORVM INTELLECTVS

SVMMARIVM.

1 *C. is cui. de præbend. in 6. an habeat locum in duobus beneficiis simplicib. sub eodem tecto.*

DECISIO LXXXVIII.

1 Capitulum, *is cui* † *de præbend. in 6.* sicut habet locum in curatis, ita etiam habet locum in duobus beneficiis simplicibus similibus sub eodem tecto secundum Lap. Abb. *in d.c. is cui.* Ita tenuerunt Domini in caussa Maioricen. beneficii Veneris 2. Decembr. *1552.* coram episcopo Mõtisflasconen. *vt in eius lib. fol. 131.*

SVMMARIVM.

1 *C. is cui. de præbend. in 6. an habeat locum in eo qui prius habebat beneficium insufficiens, & tenue.*

DECISIO LXXXIX.

Cap. is cui, † de præbend. in 6. non habet 1
locum in eo, qui prius habeat beneficium insufficiens, & tenue, *per notata ab Abb. in c. exstirpanda, §. quia vero, in repetit. de praben. gloss. in ver. intitulatum, in fine in cap. dudum, de electio. & ibi notat Abb. Franc. in d.c. is cui. num. 3* Et ita tenuerunt Domini in caussa Maioricen. beneficii coram Episcopo Montisflasconen. Lunæ *12.* Decembris *1552.* *vt in eius lib. fol. 161.*

SVMMARIVM.

1 *Capitulum primum, de rescript. in 6. an habeat locum in rescripto impetrato, & præsentato auditori Rota.*

2 *Auditores Rota habent ordinariam iurisdictionem in cognoscendo, & delegatam in sententiando.*

DECISIO XC.

Capitulum primum, *de rescript. in 6.* quo cauetur, quod rescriptum sit ipso iure nullum si ab excommunicato fuerit impetratum, non habet † locum in rescripto im- 1
petrato, & præsentato auditori Rotæ. Ratio est, quia auditores Rotæ
† habent ordinariam iurisdictionem in co- 2
gnoscendo, licet delegatam in sententiando, secundum Rotam, *decis. 594. in antiquis & decis. 362. alias 13. de offic. delegat. in nou. Milis. in repertor. in ver. excommunicatus licet non possit. Franc. in d.c. 1. colum. 6. ver. 10. quæritur, Felyn. in rubri. de rescript. colum. 2. vers. hos quinque casus.* Et ita fuit resolutum in caussa Farfen. Abbatiæ, coram Domino Guidobono *9.* Decembr. *1551. vt in eius lib. fol. 493.*

CAPITVLVM.

SVMMARIVM.

1 *Portionarii ecclesia Corduben. habent ius votandi cum Canonicis, & an possint singuli votare.*

2 *Canonicus statim creatus habet ius eligẽdi, idem in portionario.*

3 *Portionarius habet ius votandi annexum.*

4 *Cleri quilibet admittitur ad agendum in concernentibus interesse ecclesia.*

5 *Clausula (omni meliori modo) facit actum valere eo modo quo potest.*

6 *Commissio regulatur iuxta mandatum productum.*

DECISIO XCI.

Capitulum Portionariorũ, ecclesiæ Cordubẽ. † quod habet ius votãdi cũ Cano-

nicis, omnes & singuli de per se possunt agere super eodem iure votan. contra posses-
3 sores, quia sicut quilibet Canonicus † statim, quod est effectus Canonicus, dicitur habere ius eligendi. Idem dicendum est in
4 portionario, qui habet ius † votandi annexum. *Innoc. in c. bona, & 2. ver sed hoc, de postulat. prælat. Abb. in cap. ex literis, col. 2. Felyn. colum. 3. & Decius, colum. 4. de probat.* Immo quilibet † de clero admittitur ad agendum in concernen. interesse ecclesiæ, *ex Felyn. in cap. cũ olim. col. 3. versic. quamuis de testam. & idem in ca. dilecti col. 4. versi. quilibet de clero, de maior. & obedien.* præsertim quando faciũt mandatum cũ clausula, omni meliori modo, q̃ clausula, facit † actũ valere, eo modo quo valere pot.
5 *Bald. & Imol. in l. cum pater, §. filiis matrem. ff. de leg. 2.* Et quia in commissione per Portionarios obtenta, erant in genere portionarii nominati, & sic quasi capitulatiter fuit responsum, quod commissio † regulatur se-
6 cundum mandatum productum. Et ita tentum die 18. Decembris 1551. coram Domino Capisucco in vna Burgen. iuris votan. *vt in eius lib. fol. 252.*

CAPITVLA CONCLAVIS
Leonis decimi, & Clemen septimi.

Capitulum Leonis decimi.

Item bona Cardinalium, & religiosorum aliorumque prælatorum, nec non omnium curialium, & cortesanorum in curia decedẽtium, nullo modo occupabit, vel occupari faciet, quauis occasione, vel caussa, sed permittet iuxta iuru dispositionem, vel consuetudinem, & concessam facultatem vel priuilegia, ac voluntatem decedentium, vt iidem de bonis ad ipsos quoquomodo pertinentibus, prout eis placuerit, disponere, liceatque eis absque alia licentia obtenta condere testamentum libere, & expedite, non obstante bulla alias super hoc in fauorem cruciatorum edita, & quibuscunq; aliis literis apostolicis, & pro fabrica sancti Petri editis, etiam de tertia, & alia portione Cameræ Apostolicæ applicanda loquentibus: aliis religiosis vel Cardinalibus, qui propriam voluntatem a se abdicarunt, tantummodo exceptis, quorum bona deuolui permittent ad proximiores, vel ad eos, ad quem vel ad quos pertinet de iure, consuetudine vel priuilegio. Nec de prouentibus, & iuribus capelli Cardinalium decedentium aliquid occupabit, vel occupare faciet, aut permittet: immo velit, quod sit liberum eisdem Cardinalibus, & religiosis de eisdẽ prouentibus, & iuribus testari, & disponere, ac facere, prout & quemadmodum eis videbitur. Et si eos intestatos decedere contingat, permittet, quod iura, & prouentus huiusmodi exsisten. deceden. debitum transeat ad heredes eorundem, vel ad quos de iure, & consuetudine spectent, sublatis subsidiis contrariisq; quibuscunq;.

CAPITVLVM CLEMEN. VII.

Item promitto, iuro, & voueo, quod bona Cardinalium interessentium præsenti electioni seu creationi Pontificis, nec non legatorum de latere extra Rom. Cur. missorum, mobilia, & immobilia, iura, redditus, & prouentus in Romana curia, vel extra eam decedentium, vbicunq; exsistẽtium, non capiam, vel occupabo, neque illis me quoquomodo intromittam per me, vel alium seu alios, tacite vel expresse, quauis occasione, vel caussa. Bona vero mobilia, & immobilia, iura, actiones, redditus, & prouẽtus prælatorum curialium quorumcunque in Rom. Cur. vel extra, intra vnam dietam decedentium, infra duas dietas ab vrbe exsistentia, nullo modo occupabo, neque in illis me intromittam, per me vel alium seu alios tacite vel expresse quauis occasione, vel caussa, sed promittam iuxta facultates, & priuilegia eis, & eorum alteri quomodolibet in genere, vel in specie a prædecessoribus nostris, videlicet a Paulo secundo, & citra cõcessa, seu alias iuxta dispositionem iuris libere testari, seu quomodolibet disponere. Liceatque eis eisdem absque alia licentia obtinenda condere testamentum, non obstante bulla alias Cruciatæ edita, & quibusuis aliis literis apostolicis, etiam pro fabrica Basilicæ sancti Petri concessis, & conceden. etiam de tertia, vel alia portione Cameræ Apostolicæ applican. loquentib. nec de prouentibus, & iuribus capelli Cardinalium decedentium aliquid occupabo, vel occupari faciam, vel permittam: immo volo, quod sit liberum eisdem Cardinalibus etiam religiosis de eisdem prouẽtibus, vel iuribus testari, & disponere ac facere, prout eis videbitur, et si eos intestatos decedere contingat, promittam, quod iura, & prouentus huiusmodi, eisdem decedentibus debite transeant ad heredes eorundẽ, ad quos de iure spectant, sublatis abusibus quibuscunque contrariis.

SVMMARIVM.

1 *Capitula Leonis & Clementis de quibus supra, an dent successionem ab intestato heredibus Cardinalis mortui super spoliis.*
2 *Capelli Cardinalis prouentus dantur propter residentiam, & absentes de illis non participant, & assimilantur distributionibus quotidianis.*
3 *Distributiones quotidianæ facilius conceduntur ex testamento, quam fructus beneficiorum.*
4 *Dispositio si aliquid voluisset dicere, vtiq; dixisset: non dixit, ergo noluit dicere.*
5 *Clausula in fine posita, refertur ad omnia præcedentia. Intell nisi militet diuersa ratio, ibid.*
6 *Intellect. l. conficiuntur, de iure codicil.*
7 *Venientes ab intestato tunc veniunt, quando ex necessitate debent venire.*
8 *Experientia facti notorii interdum allegatur in decisione caussæ.*

DECISIO XCII.

1 CApitula, † de quibus supra, non dant successionem ab intestato heredibus Cardinalis mortui in spoliis, quia capitula iam dicta vsque ad vers. *Imo* volunt præseruare tantummodo facultatem testandi, si quam habeant Cardinales, non autem dare eam de nouo. Et ratio est, quare magis præseruent facultatem testandi, quam dēt successionem ab intestato, quia quando disponunt ex testamento, potest Cardinalis etiam relinquere seruitoribus, & ad pias caussas, quod non est in successione ab intestato, quia tunc non relinquit aliquo modo ad pias caussas, & sic diuersa ratio est inter casum, & casum. Et in ver. *& si eos*, loquuntur capitula de successionib. ab intestato respectu iurium, & prouentus capituli, cū vere in ipsis iurib. militet diuersa ratio, quia dicuntur quodammodo distributiones quotidianæ, ex eo, quia dantur
2 propter † residentiam, & absentes de illis
3 non participant, & propterea maior † debet facultas concedi, disponendi de eis, quam de fructib. beneficiorum, *cap. statuimus. §. 1. de cleric. non resid. Decius post alios in consilio 180. colum 1.* Præterea apparet, quod in princ. capitulorum vsque ad vers. *Imo*, nunquam loquuntur capitula de successione ab intestato, tanquam digna speciali
4 nota, quia si in princ. de † ea voluisset loqui, vtique dixisset, sicut dixit in fine capitulorum. Nec obstat, quod clausula in fine po
5 sita † soleat referri ad omnia præcedentia, *cap. inquisitioni in fi. de appell. Felyn. in cap. cumq., colum. 3. versiculo clausula refertur, de rescriptis.* Quia hoc procederet, si non militaret diuersa ratio, prout est in casu nostro, per prę dicta. Minus obstat, quod priuilegium alias remaneret inutile, quia hoc est falsum, cum non remaneat inutile quoad iura ca-
6 pituli. Nec obstat, † *l. conficiuntur, ff. de iure codicillorum*, vbi satis dicitur, disposuisse in
7 eis, si non ademit. Quia venientes † ab intestato, tunc veniunt, quando ex necessitate debēt venire, & videtur, quod testator voluerit se conformare cum dispositione iuris communis. *Alexand. consilio 14. volum. 4.* Et si alias diceretur, sequeretur, quod omnes curiales habuissent successionem ab intestato, & tamen apparet de contrario
8 ex experientia facti † notarii, & de consuetudine curiæ de tempore Leonis 10 & Clementis 7. Et ita fuit decisum in caussa Florentina pecuniaria coram domi. Guidobo. 4. Nouembr. *1552. vt in eius lib. fol. 362.*

CARDINALIS

SVMMARIA

1 *Cardinalis quomodo possit abesse a curia.*
2 *Cardinali legato an credatur.*
3 *Legato Cardinali creditur, quando asserit aliquid contra se.*
4 *Confessio cedentis, nocet cessionario, si est facta ante cessionem.*

DECISIO XCIII.

CArdinalis † quomodo possit abesse a curia, & qualis licentia requiratur, vt possit beneficia vigore indulti conferre? Vide infra, *in ver. indultum.* Cardinali † legato asserenti sibi aliquid de reseruatis Papæ cōpetere ex potestate sibi demandata, regulariter non est credendum, secundum Felyn *in cap. cum in iure colum. 1. numer. 11. versic. in spectantibus, de offic. delegat.* Tamen fallit, quando asserit aliquid, quod est contra † ipsum, quia confessio sua probat contra se ipsum, *l. cum te C. de transact. l. cum precum. C. de libe. cau.* Et ideo fuit tentum in caussa Salamantina beneficii sancti Thomæ coram Domino Capisucco Lunæ 24. Octobris *1552.* quod esset credendum Cardinali Saluia legato vrbis, quod ipse haberet potestatem a Papa creandi Prothonotarios, licet de ea non constaret, quia beneficium vacauit per obitum prothonotarii creati ab eo, qui tamen alias erat suus familiaris, & impetrans a Papa volebat probare reseruationem per Bullam Prothonotariatus factā a dicto Cardinale legato, qui contulerat alteri dictum beneficium tamquam vacans per obitum illiusmet sui familiaris. Et ratio est, (vt dixi,) quia creditur assertioni suæ in eius præiudicium: quæ cōfessio etiam præiudicat prouiso ab eo, cum confessio cedentis † noceat cessionario, quando est facta ante cessionem. *Bartol. & omnes in l. facta, § si liberis ad Trebellianum.* Vide Capisuc. *in li. fol. 273. de anno 1552.*

1
2
3
4

SVMMARIA.

1 *Cardinali an currant sex menses a die commendæ ad resignandum beneficium familiaris.*
2 *Annata non soluitur, nec literæ expediuntur in resignatione Cardinalis de beneficio sui familiaris.*

DECISIO XCIV.

CArdinali currunt † sex menses a die commēdæ, infra quos ipse tenetur resignare beneficium sui familiaris ei commendatum, nisi fuerit derogatum Concil. Lateranen. Et ratio est, quia Cardinalis non potest pro se retinere, vnde sequitur, quod nihil ei obstat, quominus possit illud dimittere a die commendæ, quia non requiritur † quo ad resignationem expeditio literarum, & solutio annatæ, quę si requireretur vtique a die adeptæ possessionis, tūc currerent sex menses, & non a die collatio- 1 2

nis. Et ita alias tentum fuit in vna nullitate, sanctæ Sophiæ coram Anton. August & coram Reuerendissimo Puteo in vna Abulen. sancti Vann. prout Domini tenuerunt hodie 29. Aprilis 1552. in vna Perusina sanctæ Crucis, & confirmarunt eandem die 3. Iunii 1552. coram eodem Reomano, *vt in eius lib fol 143. & 222.*

SVMMARIVM.

1 *Cardinali asserenti aliquid in præsentia Papæ, est credendum.*

DECISIO XCV.

1 CArdinali asserenti aliquid in præsentia Papæ † est credendum, *secundum Innoc. & latius Felyn. in c. quod super his, de fide instrumen. Cardinal. Alexand. in cap nobilissimus, 97. distinct. Barbat. in tractat. de præst. Cardinal in prima quæstione secundæ partis. Put. deci. 3. lib. 1.* amplians etiã quod tractetur de præiudicio tertii.

CASVS FORTVITVS.

SVMMARIVM.

1 *Casus fortuitus non videtur fuisse in cogitatione, & quomodo probetur.*

2 *Casus fortuitus dicitur ille, qui communi opinione numquam fuit visus.*

3 *Corn. consil. 23. col. penult. lib. 2. & Bar. in l. Seio. §. medico. de annuis legatis procedunt, gratia exempli.*

DECISIO XCVI.

CAsu a fortuito & insolito communitas Amatricis excusatur, quia de tali
1 casu non † videtur cogitatum, prout in conductore ponit Bald. *consilio. 119. lib. 1.* Et sufficit quod probetur per testes, quod similis casus numquam fuit visus a recordatu ipsorum, *vt per Alexand consilio 28. numero septimo, lib. 1.* vbi dicit, quod casus fortui-
2 tus dicitur ille, qui † communi opinione numquam visus fuit. Ad contraria Cor-
3 nei † *consilio 23. colum. penult. lib. 2. & ad Bartol. in l. Seio. §. medico, de annuis legatis.* responderunt, quod ibi illud dicitur gratia exempli. *Alexand. consil. 107. numero decimonono, libr. 3. & Iason. in leg. 3. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis cautio.* Et ita fuit tentum coram Domino Guidobono die 10. Aprilis 1551. in vna Nursina confinium, *prout in eius lib. fol. 17.*

CAVSSA.

SVMMARIA.

1 *Lis quando nulla dicatur.*

2 *Sarnen. reg. de annali. quæstio. 45. numer. 12. declaratur.*

3 *Nullitas ex defectu iurisdictionis potest quandocunque dari, etiam post rem iudicatam.*

4 *Iurisdictionem dare non possunt priuati.*

5 *Citatio, quando sanetur comparitione.*

DECISIO XCVII.

CAussa quando est commissa, literis non confectis, licet reus citatus compa- 1
ruerit, tamen non † inducitur lis ex ea cõparitione, si literæ non reperiuntur expeditæ. Ratio est, quia lis erat nulla propter regulam, *vt per Cassador. super reg. decisione 5. numer. 2.* Nec obstat † dictum Sarnen. *in reg. de annali. quæstio 45. numer 12.* Quia habet 2
locum, quando esset lis nulla ex defectu citationis, non autem, quando lis est nulla ex defectu iurisdictionis, & regula de commissionibus caussarum, literis non confectis, tollit iurisdictionem, & de ea potest
† quandocunque dari, etiam post rem iudi- 3
catam, cum priuati † iurisdictionem dare 4
non possint. Sed data iurisdictione, tunc
defectus citationis † per comparitionem 5
sanatur. Et ita loquitur Roman. *consilio 400. numer. 2. versicul. 2. quod quamuis curatum sit, & versicul. 3 quia, sub numer. 4.* Et ita fuit dictum alias de anno 1546. de mense Nouembris coram Domino Prospero sancta Cruce fuisse decisum in vna Maioticensi de Incha, & fuit confirmata die 7. Nouembris 339 Idem decisum fuit in caussa Tholetana Præstimonii coram Domino Vestano 14. Nouembris 1552 in vna Segobien. de villa Castia coram eodem Domino Vestano, *vt in eius li. fol. 349.* Et vide infra *in verb regula de triennal.*

SVMMARIVM.

1 *Alimentorum caussa quando sit appellabilis? distingue vt hic.*

DECISIO XCVIII.

CAussa alimentorum, quando † scilicet 1
alimenta petuntur iure actionis, vt puta legati, &c. tunc est appellabilis: secus vero, quando alimenta petuntur officio iudicis. *Bartol. in l. final. in princip. ff de appellat. recipien.* Et ita fuit tentum in caussa Romana alimentorum coram Domino Guidobono 15 Februarii 1552. videlicet quod illa caussa alimentorum esset appellabilis, quia iure actionis vigore legati alimenta petebantur, *vt in eius lib. fol. 43.*

SVMMARIVM.

1 *Profana caussæ in Rota, quæ dicantur, & quæ beneficiales, num. 2.*

DECISIO XCIX.

CAussæ omnes † in Rota reputantur profa- 1
næ, et quæ sunt spirituales. Et illæ solæ
sunt beneficiales, † quæ super titulo benefi- 2
cii commissę sunt. Ita fuit dictum die Lunæ 7. Nouembris 1552, in vna Oueten. Abbatis-

satus

satus coram episcopo Montisflaconen. *vt in eius lib. fol. 91.*

SVMMARIA.

1 *Deuoluta legitime ad curiam, quando dicatur caussa?*

2 *Certus, amplius certiorari non debet.*

DECISIO C.

1 CAussa est legitime † deuoluta ad hanc curiam, & potest contra absentem non comparentem procedi per contradictas, quando fuit litigatum in partib, & lata sententia, & appellatio interposita fuit partib. præsentib. vel procuratorib. præsentib. licet amplius non fiat intimatio, quia certus

2 † amplius certificari non debet, *cap. eum, de regu. iur. in 6. glo. in verb interposita, vbi per Cardinal. in colum. 3. numer. 7. versi. 14. quaro, in clem. caussam, de elect.* Et ita decisum fuit in vna Calaguritana portionis Veneris 28. Martii 1552 coram R. P. Do. Didaco Dezza, *vt in eius lib fol.* 198.

SVMMARIVM.

1 *Instructa, quando dicatur caussa.*

DECISIO CI.

1 CAussa dicitur instructa † quando pro altera partium potest pronuntiari, & pro illa sunt probationes factæ. Ita fuit dictum in vna Auinionē. spolii officii coram Domino Capilucco Veneris 19. Febr. 1552. *vt in eius lib. fol* 57.

SVMMARIVM.

1 *Recusatio iudicis delegati vel notarii an fieri possit sine allegatione, vel probatione caussæ, cum iuramento.*

DECISIO CII.

1 CAussa, quæ allegatur in recusationem iudicis delegati, vel notarii, licet non sit ꝓbata, nihilominus impedit processum ad vlteriora. Quia sufficit, quod si probata esset reputaretur legitima, *vt per omnes in ca. postremo. de appell.* Et ratio est, quia potest probari iuramento, *vt est glos in §. & quid. in authen. de trien. & semis. in verbo artificiis, & per Bal in cap super quæstionem, colum. 1. vers. pone. quod notarius, de offic. delegat.* Et ita decisum fuit in vna Burgen. iuris votandi Lunæ 21. Nouembris. 1552. coram Domino Dezza, *vt in eius lib fol.* 269. & in vna Meleuitana iurisdictionis coram Domino Accorambono Decano 7. Nouembr. 1552. *vt in eius lib. fol.* 381.

CENSVS.

SVMMARIVM

1 *Census currit vsq. ad restitutionem sortis principalis etiam quod sors fuerit sequestrata a tertio in manibus debentis soluere.*

DECISIO CIII.

1 CEnsus currit † vsque ad restitutionem sortis principalis, nec prius dicitur extinctus, licet sors principalis fuerit per tertium sequestrata in manib. debentis illam soluere. Ita fuit dictum in vna Tholetana census coram Domino Accorambono Decano tam sub die 9. Martii 1552. quam sub die 26. Octobris 1551. *vt in eius lib. fol. 81. & fol.* 354.

CESSIO.

SVMMARIVM

1 *Cessio facta per negotiorum gestorem, quando bona dicatur? & an tradere debeat instrumenta.*

DECISIO CIV.

CEssio facta per Vincen. mandatarium & negotiorum gestorem Dominorum de Piperariis, non fuit † sufficienter facta, 1
quia non dedit instrumenta, & alias scripturas, *l. cum seruus, in fine ff. de condict. & demonstr.* vbi habetur, quod libertas legata seruo sub conditione, si rationes reddiderit, non debetur, nisi cautiones, instrumentaque omnia actus sui exhibuerit, & reliqua soluerit, & cum non dederit tenetur de culpa sua, prout teneretur etiam de culpa deputatorum ab eo quos imprudenter elegerit, *l. nam, & Seruius, ff. de neg gest.* Et ita fuit tentum in vna Mantuana Tuccarorum die 15. Ianuarii coram Domi. Reomano, *prout in eius libro fol. 21. de anno* 1552. Et fuit supradicta decisio confirmata per text. *d. l. cum seruus, ff. de conditi. & demonstrat.* die 27. Ianuarii 1552. *pront in eius lib. fol. 32.* & die 27. Maii dicti anni, coram eodem fuit tentum, quod Vincentio non sufficiat cedere actiones contra Paulum de Romero suum commissum Piperariis, sed teneatur tradere instrumenta prout facta fuerunt, & prout sunt, etiam si non in tempore, *per text. in l. cum seruus fine, & in l. quæ sub conditione, ff. de condit. & demonst. & per l. nam & Seruius, prout in eius lib. fol.* 214.

SVMMARIVM

1 *Cessio facta in fiscum per carceratum an dicatur valida?*

2 *Intell l prima, & secunda, C. ne liceat potentio. & nu. 5. vbi limitatur.*

3 *Potentiori dicitur quis cedere, vt puniatur. quando impetrando patrocinium, vel cedendo actiones, dolo facit: secus si cedit, vt liberet se a carceribus.*

4 *Dolum excusat qualibet minima caussa.*

5 *Cedens si est in carceribus pro caussa criminali, non patitur pœnas cedendo potentiori.*

6 *Æquitas & non merus rigor aliquando per Rotam est amplexa.*

DECISIO CV.

CEssio facta † in fiscum ab aliquo existēte in carceribus, non dicitur inualida, 1
nec per eam cedens amittit ius suum, licet fiscus dicatur potentior ratione officii &

priuilegii, *secundum Doctores in leg. 1. C. ne fisc. vel respu. procurat. alien. patroc. causs. in lit. præst. vbi Azzo. in summa.* Et ratio est
2 quia *l. prima, & secunda,* † *C. ne liceat potent.* habet locum, quando quis vel impetrando patrocinium, vel cedendo acti-
3 ones, id dolose fecerit, quia tunc † punitur iactura caussæ, & crediti amissione, propter dolum suum: sed in caussa cessionis carcerati secus, cum dici possit quod cesserit vt liberaret se a carceribus, & ideo cessat ratio doli, prout in illis iuribus consideratur, cum qualibet
4 caussa etiam minima † excuset a dolo. *l. igitur, § potest ff. de liber. caus. l. sed si lege, §. scire, ff. de petit. heredit. Felin. in capit. 1. versicul. limitatur, 3. de iure iuran.* Et per hæc fuerunt limitatæ illæ leges, in vna Fauentina pecuniaria coram Domino Guidobono 9. Decembris 1552. Præterea fuit dictum, quod si cedens esset in carceri-
5 bus ex caussa † criminali, quod tunc sine aliquo dubio non haberet locum dispositio, *leg. 1. & 2. C. ne liceat potent. vt per Iason. in d. leg. 1. numero quinto, versicul. 4. limit.* Sed in casu nostro licet cedens non esset carceratus ex caussa criminali. Tamen Domini iuribus supra allegatis volue-
6 runt sequi † hanc æquitatem, & non merum rigorem. Vide per Guidobonum *in caussa, vbi supra in eius libr. anni 1552. folio 489.*

SVMMARIVM.

1 *Transactio super re immobili ecclesia, debet habere solemnitates requisitas in alienatione: & ratio num. 2.*
3 *Prælatus non potest cedere liti, & caussa, sine solemnitatibus, quando actio competit ad rem immobilem.*
4 *Prælatus solus sine consensu capituli, non potest præiudicare ecclesia.*

Decisio CVI.

Cessio iuris, litis, & caussæ, seu transactio super re immobili ecclesiæ non
1 est † de iure valida, si in ea non interuenerunt solemnitates requisitæ de iure in alienationibus rerum ecclesiæ, vt est decretum iudicis, & consensus capituli in ecclesia cathedrali siue collegiata. Et ra-
2 tio est, quia transactio, † seu cessio est quodam modo alienatio, quæ fieri non potest sine solemnitatibus, de quibus *in cap. sine exceptione 12. quæstione 2. & per Abbat. in cap. contingit. numero tertio, versicul. concluderem, de transactio.* Quod adeo verum est, quod etsi prælatus cederet liti, & caussæ, quando actio † competebat ad rem im- 3
mobilem ecclesiæ, non valeret cessio nisi interuenisset debita solemnitas, *vt per Abbat. in capit. primo, numero octauo, versicul. & nota bene hoc dictum de deposito. Idem tenet Apostil. ad Alb. in cap. verum numero tertio, de rescript.* Nam solus prælatus † tam in ac- 4
quirendis, quam in acquisitis non potest præiudicare ecclesiæ sine consensu capituli, ex communi opinione, de qua attestatur *Alexand. in l. legatum numer. 2. &c. de legat. primo.* Et ita fuit resolutum in caussa Aquilana legati seu bonorum, coram Domino Capisucco Veneris 12. Februarij 1552. *vt in eius libro folio 43.*

CITATIO.

SVMMARIVM

1 *Citatio exsecuta contra A. & B. vti heredes, C. non præiudicat hospitali, cuius A & B. erant administratores.*
2 *Citatus in vna caussa non patitur processum in alia, etiamsi compareat.*
3 *Citatio operatur deuolutionem.*
4 *Contradicta non habent locum si quis personaliter non fuit citatus.*

Decisio CVII.

Citatio exsecuta † contra Didacum & 1
Ariam vti heredes & exsecutores testamentarios, Cardinalis Tholetani, non præiudicat hospitali sancti Ioannis, licet esset etiam heres dicti Cardinalis, & prædicti citati essent administratores dicti Hospitalis, nec reddidit illos contumaces, respectu hospitalis, nec minus caussa fuit deuoluta quo ad hospitalem. Ratio: quia caussa hereditatis non est hospitalis, & e contra sicut in simili videmus, quod citatus † in 2
vna caussa, non potest contra eum procedi in alia caussa, etiam si compareat. *Innocen. in cap. licet, vers. exspirauit. de offic. deleg. Bald. in l. si accusatoribus, numer. 13. C. de accusatio.* Cum autem citatio † operetur deuolutio 3
nem, Rot. *decisione 381. in antiquis.* & hospitale non fuit in commissione nominatum, nec aliquo modo citatum, sequitur, quod caussa respectu ipsius non fuit deuoluta, & sic si fuit processum contra illos vti administratores hospitalis, fuit processum sine iurisdictione, & nulliter, pariterque si fuit processum per contradictas antequam citarent † personaliter. 4
Rota decisione 648. in antiquis. Et ita fuit tentum in vna Tholetana decimarum coram Domino Decano die 27.
Apr.

Aprilis 1551. & repetita latius die decima. 1551 *prout in eius lib. fo. 124 & 211.*

SVMMARIA

1 *Citatio facta ad videndum inducere, & iurare testes infra sex dies est vaga.*

2 *Citant practici Aduocati vt pars ex aduerso assistat ad videndum iurare testes singulis diebus, & horis.*

DECISIO CVIII.

1 Citatio facta ad videndum inducere, & iurare testes † infra sex dies proximos, nimis vaga est, & non valet, atque citatus comparere non tenetur nisi vltima die termini. *Bartol in l item illa, numer. 5. vers & hoc est valde notabile, ff. de constitut. pecun. Doctores omnes post Bartol. in l. qui ante calend. ff de verb. obligat. Bald. in l. prima, quæstio. 3. vers. secundo casu, colum. 3. ff si quis cautio.* qui videtur in terminis. Et ratio est, quia citatio erat ad videndum inducere, & iurare testes, quare poterat inducere testes infra sex dies, & ad videndum iurare testes requirebatur noua citatio, cum citatus non fuerit contumax, nisi testes iurassent in vltima die termini.
2 Et practica † Aduocatorum est, vt pars citetur, vt assistat ad videndum iurare testes singulis diebus, & horis, *vt dicit Bald. in d. l. prima, quæstio. 3. ff. si quis cautio. & in l. si quando. C. de testibus colum. 2. versiculo iuxta hoc quæro. Rom. in rubri. ff. de arbitrar. colum. 3. in decima quæstione.* Et quod ista citatio sit necessaria pro singulis diebus, & horis dixit Bald. *in l. si ita relictum, §. Pegasus, ff. de leg. secundo.* Et ita tentum die 4 Decembris 1551. coram Domino Vestano in vna Thollet ana de Galapaga, *vt in eius libro fol. 79.*

SVMMARIVM

1 *Citatio nulliter exsecuta, non interrūpit cursum triennalis possessionis.*

2 *Citatio dicitur nulliter exsecuta, quando non fuit relicta copia citationis post affixionem.*

DECISIO CIX.

1 Citatio nulliter † exsecuta non interrumpit cursum triennalis possessionis. *Bartol. in l accusatur, ff. de adulter. Felin. in cap. ex tenore, 3 colum. numer. 8. de rescript. Sarnen. de annali possess. quæstio. 45. numer. 8. vers. breuiter, cum*
2 *sequen.* Quæ citatio dicitur etiam, nulla † quando non fuit bene exsecuta, *vt ibi per eum*: puta, quia non fuit relicta copia citationis post affixionem. *Rot. decisione 223. in nou. & Tholomæus decisione 17.* Et ita tentum die 9. Decembris 1551. coram domino Chissanensi in vna Beneuen. sancti festi, *prout in eius lib. fol. 118.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio non legitime exsecuta, quando deuoluat caussam.*

DECISIO CX.

Citatio non legitime exsecuta, si peruenit ad notitiam citati, & mittat procuratorem ad prosecutionem caussæ, deuoluit, † caussam ad Romanam curiam, *Roma. cons. 410. vers. 2. Egid. decis. 364.* vide infra *in ver. deuolutio.*

SVMMARIVM

1 *Citatio non dicitur bene exsecuta, quando non est seruata forma citationis.*

2 *Citandi commissio data cum his verbis, videlicet, cum potestate dictum. I. ad valuas dictæ præceptoriæ citandi facta prius ibidem diligentia de ipsum reperiendo, facit vt si peruertatur ordo, citatio sit nulla, & nu 7.*

3 *Ablatiui absoluti in commissione important conditionem.*

4 *Forma rescripti est seruanda.*

5 *Prius, dictio importat formam præcisam.*

6 *Ibidem dictio, importat formam præcisam, & exponitur, id est, in eodem loco.*

7 *Ordo rescripti non est reseruandus, quando peruertit ordinem iuris dantis formam.*

9 *Citandi forma de iure cōmuni est ad faciem, vel ad domum.*

10 *Iuramentum in reproductione citationis, quod non potuerit personaliter reperire principalem, vel procuratorem, an requiratur.*

DECISIO CXI.

Citatio non bene exsecuta dicitur, quādo est decreta vigore commissionis, quæ habet formam † citandi prout in casu 1
isto, & forma illa non fuit reseruata, vt puta dicebatur in commissione, cum potestate dictum Iulium ad valuas dictæ præceptoriæ domus sanctæ Mariæ, facta prius ibidem diligentia de ipsum reperiendo, citandi, &c. Nam per dicta verba rescripti data fuit forma † citandi, cum commissio loquatur 2
per ablatiuos absolutos videlicet, facta prius diligentia, qui † ablatiui absoluti impor- 3
tant conditionem, *l. a testatore, ff. de condit. & demonstr.* Quæ forma rescripti † seruanda 4
est. *Rota in nou. decisione 8. de dol & contu.* Quod fortius in hoc casu est dicendum, cum commissio contineat verba, quæ denotant formam † præcisam, vt sunt prius, 5
† & ibidem, quod exponitur in eodem lo- 6
co. glos. *in l. 1. in princ. ff. de vi, & vi armat. cap. Romana. §. contrahentes, de foro compe. lib. 6.* Cum igitur nuntius † non seruauerit for- 7
mam rescripti, per quam videtur recessum a iure communi, cum citatio secundum illam sit exorbitans a iure communi, & Papa mandauerit citationem fieri, vt in rescripto suo, forma illa est diligēter seruanda, *dicta decisione 8. de dol. & cont. in nou.* Nec obstat dicere, quod quando ius dat for-

mam, ordo rescripti non est seruandus,
8 quando peruerteret † ordinem iuris. *Calderi. consil. 2. de rescript.* Quoniam respondetur, quod de iure non datur forma citandi, nisi secundum text. *in l. scire oportet. §. qui autem ff. de excusatio. tutorum ibi citandus*
9 *est reus, vel ad faciem † vel ad domum.* Nec obstat decisio Ægid. 309. quia illa requirit iuramentum † in reproductione citationis, videlicet, quod non potuerit apprehendere personaliter principalem, vel procuratorem, quod non fuit factum in casu nostro. Et ita per duas positiones pro nullitate exsecutionis citationis, Domini tenuerunt sub diebus 1552. in caussa Casalē. præceptoriæ coram domi. Reomano, *vt in eius lib. fol. 55. & 71.*

SVMMARIVM

1 *Citatio nulliter exsecuta validatur per comparitionem citati, & ratio.*

DECISIO CXII.

1 Citatio nulliter exsecuta validatur per comparitionem † citati, quia comparendo satis certus est de eo, de quo erat citandus. *Bald. in l. final. C. de procurat. & in l. prima de feriis. Ægid. decisione* 364. & iudicium validatur ex comparitione. *Roman. consilio* 410. *Marsil. in rubri. de probati. numer. 371. Sarnen. in reg. de annali. quæstio. 55. numer. 12. versic. vbi tamen citatus.* Ita tentum in caussa Meleuitana, iurisdictionis, coram Domino Accorambono Decano 12. Decembr. 1552. *vt in eius lib. fol. 466.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio contra aliquem, si sua putauerit interesse, pro tali die iuridica hora solita caussarum, & deinde singulis diebus, & horis ad videndum iurare testes, est bona.*
2 *Citatio contra interesse putantes, an dicatur arctatoria, vel monitoria.*
3 *Citatio dicitur arctatoria, quādo in citatorio aliquis est expresse nominatus.*

DECISIO CXIII.

1 Citatio contra aliquem † si sua putauerit interesse, pro tali die iuridica hora solita caussarum, & deinde singulis diebus, & horis ad videndum iurare testes, est bona, *vt per Bald. in l. prima, numer. 5. ff. si quis cautio. & in l. si quando, versic. iuxta hæc quæro. C. de dilatio.* Nec obstat, quod citatio † contra
2 interesse putantes non dicatur arctatoria, sed monitoria, *vt per Rot. decisio. 419. alias 18. de sequestr. possess. & fructi. in nou. versic. præterea si mandetur citari. numer. 3.* Quia arcta-
3 toria † dicitur, quando in citatorio aliquis est expresse nominatus, licet citetur, si sua putauerit interesse. *Ita dicit Rota in d. decisio. 419. alias 18. de sequestr. possess. & fructi. quasi in fine, versic. nisi fuerit.* Et ita decisum fuit in caussa Triuentina Abbatiæ coram Reueren. Domino episcopo Vestano 14. Martii *1552. vt in eius lib. fol. 104.*

SVMMARIA.

1 *Citatio personalis requiritur, quando agitur de priuatione alicuius, nec coniecturæ sufficiunt, alias priuatio est nulla.*
2 *Citādus, quod non sit ille, cui non competit aliqua defensio, intelligitur satis esse, quod in potentia possit, ei competere.*

DECISIO CXIV.

Citatio † requiritur etiam personalis, 1
quando agitur de priuatione alicuius, *Felyn. in cap. cum contingat. colum. penult. de rescript. Roman. consil. 481. Aymo consilio 182. numer. 11. Sarnen. in compendio vtr. signat. numer. 82.* nec coniecturæ sufficiunt. *Rota in antiquis decisio. 770.* & priuatio aliter facta est nulla. Nec obstat si dicatur, quod non est citandus † ille, cui non competit aliqua 2
defensio, quia satis est, quod in potentia possit ei competere, quæ poterat allegari per priuatum, si fuerit citatus, & ita fuit resolutum in caussa Barchinonen. priuationis distributionum Mercurii 19. Nouembris 1552. coram Domino Dezza, *vt in eius lib. fol. 262.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio decreta per delegatum in vita Pontificis, licet exsecuta Pontifice mortuo, iurisdictionem perpetuat.*

DECISIO CXV.

Citatio decreta † per iudicem delegatum in vita Pontificis delegātis, licet 1
fuerit exsecuta eo mortuo, iurisdictionem perpetuat, *secundum Rot. in antiquis decisio 9. de dol. & contumac. & Bisig. decisio 1. de off. delegati. & Felyn. post Abbatem & alios in cap. gratum, colum. 2. vers. quæritur ergo eodem titu.* Et ita fuit decisum in caussa Cremonen. Parochialis coram Domino Capisucco Mercurii 8. Iunii. *1552. vt in eius libro fol. 198.*

SVMMARIVM

1 *Citationis defectus ad videndum iurare testes, an sanetur per comparitionem citandi, & numer. 5.*
2 *Comparitio, quod dicatur nimis generalis ex qua elici non possit scientia.*
3 *Generalitas non comprehendit ea, quæ sunt digna speciali nota.*
4 *Scientia vbi requiritur non sufficit eam probare in*

re in genere, sed debet esse plena & certa.

6 *Citatio debet esse certa, & caussam in se cõtinere.*

7 *Citationis defectus ad videndum iurare testes, sanatur quando pars fatetur comparuisse horis statutis.*

8 *Exceptioni sibi competenti, quando quis renuntiare dicatur.*

9 *Exceptio opposita super non receptione testium, arguit notitiam citationis.*

10 *Presens in iudicio alicui actui, nec contradicens neque appellans, videtur illi consentire.*

DECISIO CXVI.

Citationis defectus,† qui interuenerat in 1 examine testium ad videndum iurare testes, non sanatur per comparitiones illius, qui debebat citari ad videndum iurare testes. Quia verba comparitionum † erant 2 nimis generalia, & ex quibus aliqua certa scientia visus receptionis iuramentorum, testium, & examinis percipi non poterat. Et generalitas † non comprehendit ea, quę 3 sunt digna speciali nota. *Egidi. decis. 5. gloss. in l. sciendum. ff. qui satisd. cogantur. Dec. consil. 5.* & vbi requiritur scientia, non sufficit † eam probare in genere. *Felyn. in cap. quo ad consul-* 4 *tationem col. penu. vers. duodecima conclusio. de re. iud.* sed debet esse plena & certa. *Tira. in trac. retract. proximitatis. § 36. gl. 2. nu.* 30. Et ita tẽtum die 30. Ianuarii 1553. corã domino Decano in vna Meluitensi iurisdictionis, *in eius lib. fol. 71.* & die 3. Martii dicti anni in eadem caussa coram eodem fuit tentum, 5 quod per supradictas comparitiones † non sit valida citatio quo ad testes receptos post vltimam comparitionẽ illius, qui debebat citari; quia non tenebatur comparere, ex quo citatio erat nimis generalis & vaga. cum certa debeat † esse, & caussam in se 6 continere. *l. 2. §. circa ff. de dol. excep. Rebuff. super concordat. in rub. de constitut. in glos. super verbo caussas.* Quo vero ad testes receptos ante illam comparitionẽ videtur sibi præiudicasse, & sic sanasse defectum citationis, quia fatebatur comparuisse horis statutis.† 7 *l sed Iulianus. § fin. ff. ad Macedon. & Doctores in c. cum venerabilis, de except.* Et exceptioni † 8 sibi competenti contra illam assignationẽ renuntiauit *glos. in l. 1. in ver. sententia circa finem. in vers. vel dici potest. ff. de feriis, & ibi Bal.* maxime accedente exceptione, † quã op- 9 posuit contra testes, quos recipi nolebat, quæ denotat ipsum citatum. *Archidi. in c. proposuisti. 82. distinct. col. 2. post medium. Abb. in cap. bone. el primo. num. 17. de elec.* Imo ex quo præsens † in iudicio, non contradixit, 10 nec appellauit, illi consensit. *Felyn. in cap. cum in iure. num. 61. de off. delegat.* Ita tentum corã Decano in caussa Maleuitana iurisdictionis anno 1553. *vt in eius lib fol. 116.*

SVMMARIA.

1 *Citatio ad sententiam debet esse facta in personã nisi præcesserit primum citatio personaliter, alias sententia est nulla.*

2 *Citatio, quando de iure permittitur domi, intelligitur de domo, in qua inhabitat citandus tempore citationis.*

3 *Citatio domi fieri non potest quando scitur quem esse extra ciuitatem in certo loco, nam ibi debet citari personaliter.*

4 *Vagabundus quomodo citetur.*

DECISIO CXVII.

Citatio † domi solitæ habitationis, quando agitur de graui præiudicio, & ferenda est sententia diffinitiua, non valet, nisi præcesserit prima citatio personaliter cõtra citatum domi ad sententiam. *Rota decis. 48. in nouis. & 396. in antiquis. Abb. in c. caussam. col. 2. vers. sed dubium. num. 6. ibi, & suadet aquitas. de dol. & contumac. Felyn. in c. ad petitionem. col. fin. ver. & alia dicta. de accu. Dec. cons. 461. num. 25.* & quando permittitur de iure fieri citationem domi † intelligitur de domo quam inhabitat tempore citationis. 2 *Rom. consi. 454. num. 7. & 8. Card. in consi. 113. num. 3. & 4. Cuma. consi. 146. in 1. dub. Corne. consi. 52. num. 7. li. 4.* interpretans hæc verba, solitæ habitationis, Et ista est communis opinio, *vt attestatur Tiraq. de vtroque retr. tit. 1. §. 9. glo. 2. num. 27.* Et Imol. *cons. 105. col. 1.* dicit, quod ista citatio † domi fieri non potest, 3 quando scitur, quem esse extra ciuitatem in certo loco, quia tunc debent ibi citari personaliter: secus est si esset vagabundus, quia tunc sufficeret † citatio eo modo, quo 4 dicit Barto. *in l. 4. §. ait prætor. ff. de damn. infect.* alias sententia lata cum dicta citatione est nulla. Et ita fuit tentum in vna Romana bonorum de Zanbeccariis coram D. Oradino die 3. Nouembris 1554. *vt in eius lib. fol. 382.*

SVMMARIA.

1 *Citatus per edictum, vel contradictas dicitur in ficta contumacia, ideo audiendus contra rem iudicatam refectis expensis.*

DECISIO CXVIII.

Citatus per contradictas † vel per edictũ 1 dicitur in ficta contumacia, ideo est audiendus contra rem iudicatam refectis expensis, *vt per Rotam decis. 16. de dol. & contuma. in nou. & decis. 2. eod. tit in antiquis Fely. in c. quoniam frequenter. num. 16. vt lit. non contest. Dec. cons. 34. post glos. in vers. manifesti. clem prim. de dol. & contum. Bald. Salyc. & Ias. in l. Sancimus. C. de re iud. Staphyl. de liter. grat fol. 153 secundũ meam impressionem.* Et ita tenuerunt domini in Ouetensi coram Reomano die 25. Octobris 1553. *vt in eius lib. fol. 298.*

C 4

CLAVSVLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Clausula sine praeiudicio iurium eis competentium, quid importet, & an praeseruet.*

Decisio CXIX.

1 CLausula (sine praeiudicio † iurium eis competentium) de qua in quietantia, non est inductiua noui iuris, nec facit quietantiam summae pecuniarum solutarum Bentiuolis conditionalē quo ad Camplorem, cui dicta quietantia facta fuit dū pro Peregrinis soluebat: sed quia pendebat lis inter Peregrinos, & Bentiuolios, Bentiuolii noluerunt illis praeiudicare, & ideo in quietantia apposuerant illam clausulam praeseruatiuam, per quam ius Bētiuoliorū praeseruatur. *Felyn. in c. inter monasterium. colum. secunda. de re iudicat. & Rot. decisio 8. in nou. de re iud.* Et ita fuit tentum die 21. Octobris 1552 in vna Bononiensi locationis, coram domino Augustino, *prout in eius libro fol. 308.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula accedente consensu posita in bullis, quid operetur.*

Decisio CXX.

1 CLausula, accedente † consensu, posita in bullis expeditis, intelligitur, quia accessit consensus illius, qui requirebatur, vt cōsentiret, & hoc, quando literae sunt expeditae, alias non. Et ratio est, quia expeditores non expedirent literas, nisi constaret de consensu illius. Ita seruat Rota, vt dictum fuit coram R. P. domino Fabio in vna Tudertona obseruationis concordiae 10. Iunii 1552. *vt in eius lib. fol.* 296.

SVMMARIVM.

1 *Clausula (quorum tenores,) quid importet.*

Decisio CXXI.

1 CLausula, quorum † tenores, non operatur expressam, & indiuiduam mentionem, *iuxta consi. 2. Ant. de But.* quando non fuit facta aliqua mētio de illo, de cuius derogatione, vel mentione tractatur. Ita fuit tentū in vna Barchinonensi beneficii sancti Antonii coram R. D. episcopo Vestano 24. Februarii 1552. *vt in eius lib. fol. 67.*

SVMMARIA

1 *Clausula (non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, &c.) quid releuet.*

2 *Patronatus ex fundatione derogationem non operantur clausulae praegnantes, sed requiritur peculiaris derogatio.*

Decisio CXXII.

1 CLausula (non obstantibus † constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & prouincialibus & synodalibus constitutionibus & ordinationibus, nec nō statutis, & consuetudinibus ac fundationibus etiā iuramento, &c. roboratis priuilegiis quoq; indultis &c. apposita in prouisione alicuius beneficii iuris patronatus non operatur derogationem fundationis iurispatronatus, quia clausulae † quantumcunque praegnantes, non sufficiunt ad derogationem fundationis factae per patronum laicum, sed oportet, quod in indiuiduo, & non per clausulas aequipollentes, & praegnantes fiat derogatio. *Natta in nou. decis. 3. & in antiquis, decisione. 465. Staphyl. in tractat. de liter grat. & iustitiae. vers. post praedicta. fol. 99. Felin in cap. nonnulli. num. 82. vers. octaua conclusio. ad fin. de rescript. Gemini. & Fran. in cap. ei cui. de praeb. in 6.* Et ita fuit tentum in caussa Barchinonensi beneficii sancti Antonii coram R. D. episcopo Vestano 24. Februarii 1552. *vt in eius lib. fol 67.* 2

SVMMARIVM.

1 *Clausula (& cum potestate expediendi literas etiam in forma gratiosae surrogationis) effectus.*

Decisio CXXIII.

CLausula (& cum potestate † expediendi literas etiam in forma gratiosae subrogationis) idem operatur, quod mandatū de subrogando, vt scilicet non dicatur quis gratiose subrogatus, & in eo non sustineatur lis antecessoris, sicut sustinetur in gratiosae subrogato. *Cassado. decis. 1. vt lit. penden. & per Sarnen. in regu. de annali. q.* 70. Et ita fuit decisum in caussa Arbonēsi Archypresbyteratus, coram domino Vestano 20. Iunii 1552. *vt in eius lib. fol.* 269. 1

SVMMARIVM.

1 *Clausula (omni meliori modo) quid operetur? distinguitur.*

Decisio CXXIV.

CLausula, † omni meliori modo, quando apponitur in aliqua dispositione absq; dictione (&) operatur circa expressa tantum: sed si dicatur (& omni meliori modo) tunc operatur etiam aliquid vltra expressa. Et ita seruatur per Rotam, vt fuit dictum in vna Oxoniensi portionis coram Vestano 21. Iunii 1552. *vt in eius libro fol.* 274. 1

SVMMARIA.

1 *Clausula, consideratis diligenter circumstantiis, quid importet?*

2 *Clausula, si est ita, quid releuet?*

Decisio CXXV.

CLausula, consideratis † diligenter circumstantiis, & clausula, si est ita, † operantur, vt inducatur forma in gratia, quae non operatur effectum suum, nisi prius sit facta aliqua inquisitio, vt cōstet, si est ita, vt narratum fuit. Ita fuit dictum in vna Oxoniensi portionis coram D. Vestano 20. Iunii 1552. *vt in eius libro fol.* 274. & vide latius supra *in verb. dispensatio quomodo est commissaria.* 1 2

Clericus

CLERICVS.

SVMMARIA.

1 Clericus promotus a non suo ordinario, est male promotus.
2 Promotus male habet caracterem clericatus, tamen non habet exsecutionem illius.
3 Guid. Papa decis. 449. reprehenditur
4 Ordinarius potest ratificare ordinationē factam ab alio, & quid requiratur, vt ratificatio valeat.
5 Ratificatio ordinis male collati facta per ordinarium, debet fieri in tempore, antequam clerico sic promoto conferantur beneficia. alias collatio non valet.
6 Ratificatio ordinarii ordinis male per eius subditum recepti, non retrotrahitur in præiudiciū tertii.

Decisio CXXVI.

1 Clericus promotus † a non suo ordinario, est male promotus. *c. 1. & c. eos, qui clericos, vbi Doc. de temp. ord. lib. 6. Paris. consilio 136. num. 4. lib. 4. & 9. q. 2. per totum.* Et quam-
2 uis male promotus † habeat characterem clericatus, tamē non habet exsecutionem illius. Doctores in locis supra allegatis. & *Paris. consilio 69. num. 21. lib. 4. & Rebuff. in tracta. nominationum. q. 22. num. 12. Sum Siluestr. in verbo irregularitas. numero 10. vers. decimo,*
3 quicquid † in contrariū dixerit Guido Pap. *decisione* 449. cum contra eum sit glos. *in ca. primatus 71. distinctione, super verbo obtineat. &*
4 *Rebuff. vbi supra.* Et licet ordinarius possit ratificare † ordinationem factam ab alio. *cap. Salonitanæ. cum glos. in ver. ac si me 63. distinct. & in cap. illud. in glo. fina. 71. distinct.* Tamen requiritur, vt ratificatio fiat per ordinariū, vel eius officialem, habentem speciale mādatum, vel quod episcopus agat in remotis, & Vicarius sit etiam in spiritualibus. *Franc. in cap. cum nullus. in 4. not. de temp. ordi. in sexto. & ibi Geminian. in §. episcopo. num. 1.*
5 Et quia ratificatio, † quando fit, debet fieri in tempore, antequam clerico sic promoto conferantur beneficia, alioquin collatio non valet. *Imol. in c. 2. num. 29. de instit. & Franc. in c. si eo tempore. num. 8. de rescript. in 6. Probus in c. nullus. num. 16. de tempor. ordinand.*
6 *in* 6. Nec ista † ratificatio retrotrahitur in præiudicium tertii. *glo. Barto. & alii in l. bonorum ff. rem rat. haberi, Dec. consi. 226. num. 6. Paris. consilio 12. num. 17. lib. 4. Sarnen. in regul. de iur. quæsi. non tollen. q. 13. num. 8. & seq.* Et ita fuit tentum die 10. Ianuarii 1552, coram D. Romano in vna Burgensi dimidiæ portionis, *prout in eius lib. fol. 4.*

COADIVTORIA,

SVMMARIA.

1 Coadiutoria super Archidiaconatu concedi potest simplici clerico, dummodo maiori 25. an.
2 Sacerdos actu quamuis vigore statuti ecclesia, quis debeat esse, vt promoueri possit ad dignitatem, tamē sufficit, quod sit ætatis legitima, dummodo adsint in expeditione clausulæ, nō obstan.
3 Commendari non debet Parochialis alicui, nisi constituto in ætate legitima, & sacerdotio.
4 Intel. c. nemo deinceps. de electio. Dispositio correctoria iuris communis, non debet extendi ad alios casus. ibid.

Decisio CXXVII.

Coadiutoria † concessa Ferdinando maiori 25. annorum, & clerico in minoribus constituto, super Archidiaconatu propter impedimenta Alphonsi, fuit iudicata valida, non obstante, quod non esset ad sacros ordines promotus tempore concessionis coadiutoriæ, quoniā sufficit, quod tēpore prouisionis sit clericus, & legitimæ ætatis. *c. commissa. c. licet canon, de elect. in 6. cle. 1. & ibi notant. de offic. Vicar.* Quinimo si statuto alicuius ecclesiæ caueatur, quod nō † possit ad dignitatē promoueri, nisi sit actu sacerdos, tamen propter clausulas non obstantiarū sufficit, quod sit ætatis legitimæ, etiam si non sit presbyter. *Rot. decisione tertia. in no.* nec videtur diuersa ratio inter coadiutoriam, & promotionem ad episcopatum, & Parochialem. Nec obstat *c. nemo deinceps. de electioni*, vbi non † debet commendari Parochialis ecclesia alicui non constituto in ætate legitima & sacerdotio, & sic non sufficit quod sit in ætate legitima. Quoniam responderunt Domini, quod cum illud capitulum † sit correctorium iuris communis non debet extendi ad alios casus. Præterea loquitur in commenda, quæ durat per sex menses, adeo vt videatur quod añus exspectari nō possit ad promouēdū. Et ita fuit tētum in vna Oxomensi Archidiaconatus de Villa vitiosa coram D. Guidobono die 16. Maii. *1551. vt in eius lib. fol. 247.*

SVMMARIA.

1 Narrata per impetrantem sunt verificāda, maxime, quando ex tali narratione Papa fuit motus ad concedendum.
2 Clausula si preces veritate nitantur, semper intelligitur in concessione Papæ.
3 Clausula, quod non possit dici de obreptione, & subreptione, intelligitur a tertio: nam est contra ius commune & stricte debet intelligi, maxime quando fuisset concessa ad partus importunitatem.
4 Principis beneficium conuenit esse mansurum.
5 Papa reuocando & reducendo gratiam ad ius cōmune, non dicitur tollere ius quæsitum.

Decisio CXXVIII.

Coadiutoria concessa Gaspari, in quā expressit coadiutum esse ætatis annorum 60. vel circa verificanda est ab

ipso impetrante, quia Papa fuit motus † ad
1 illam concedendam ob ætatem senilem, in qua ille coadiutus non poterat adimplere ob onera sibi incumbentia, & sic ex legiti-
2 ma caussa: & semper intelligitur clausula, si preces veritate nitantur. *cap. 2. de rescript.* Nec obstat clausula apposita in coadiuto-
3 ria, quod non possit impugnari † de subreptione, & obreptione, quia intelligitur a tertio, & quia istæ clausulæ sunt odiosæ, & contra ius commune, & sic stricte sunt intelligendæ. *c. odia de reg. iur. in 6. cle. prima. de preben.* Deinde illa clausula non fuit apposita de voluntate Papæ, sed a Papa apposita per importunitatem partis. *Imol. in cap. cum olim, el primo. de privileg. vbi omnes.* Quod apparet ex eo, quia Papa pro inserta coadiutoria per Alexium rescripsit, quod procederetur in caussa, perinde, ac si illæ clausulæ non essent appositæ, quas si Papa intellexisset, a principio non reuocasset postmodum, quia beneficium † Principis debet es-
4 se mansurum. *l. fin. ff. de constit. princip.* Nec per reformationem Papa abstulit ius quæsitum Caspari, ita vt sibi suff. ageretur regula de non tollendo iure quæsito, de qua datũ
5 est. Quoniam Papa reuocando, & reducẽdo gratiam ad terminos iuris, non dicitur tollere ius quæsitum. *Sarnen. in reg. de nõ tollend. iure quæsi. q. 3.* Et ita fuit tentum die 22. Maii 1551. in vna Hispalen. portionis corã domino Vestano, *vt in eius lib. fol.* 171.

SVMMARIA.

1 Coadiutoria propter ingrauescentem ætatẽ verificanda est in annis 60 sed propter senium verificatur in annis 70.

DECISIO CXXIX.

1 COadiutoria † data propter ingrauescẽtem ætatẽ, verificanda est in ætate 60. annorum. At quando datur propter seniũ tantum, debet probari ætas 70 annorum, in qua ætate de iure coadiutoria datur. *Vt per Ioa. And. Archidiac. Dom. & alios in c. 1. de cle. ægrotant. lib. 6.* Et ita fuit resolutũ per dom. in caussa Tullẽ. Prioratus de Castin. 11. Ian. 1552. corã domino Chissa. *vt in eius lib. fol.* 6.

SVMMARIA.

1 Coadiutoria propter ingrauescentem ætatem iũctis infirmitatibus verificatur 55. ann.

2 Coadiutoria etiam datur propter infirmitates.

3 Aetas, & morbus, quo casu a pari procedant.

DECISIO CXXX.

COadiutoria concessa propter ingrauescentem ætatem, & morbum gallicum, vel calculi, quo laborabat coadiutus tempore concessæ coadiutoriæ, licet ingrauescens ætas esset verificanda in 60. anno. tamen, quia cum ea narratæ fuerunt infirmitates, sufficit, quod verificetur in 55. anno, † cum infirmitatibus, propter quas † etiam, 1
datur coadiutoria. *Io. And. in c. 2. de cle. agro.* 2
& in cap. primo. eod. tit. in 6. Et a pari procedũt in isto casu ætas, † & morbus. *Paris. consi. 29. num. 67. & seq. vol. 2. & facit 7. q. prima. per totam.* Et ita fuit tentum die 15. Februarii 1552. 3
coram Chissanensi. in vna Tullen. de Castineto, *vt in eius lib. fol.* 88.

SVMMARIA.

1 Coadiutoria data ætas quomodo probetur etiam cum infirmitatibus.

2 Aetas ex aspectu per testes probatur, detractis semper decem annis, iuxta stylum Rotæ, & num. 3.

4 Confessio cedentis non nocet cessionario, quando est facta post cessionem.

DECISIO CXXXI.

COadiutoria concessa Roderico. in qua narrauit se fuisse adeo senio confectũ, & corporis viribus destitutum, vt suis beneficiis deseruire non posset, satis verifica- 1
ta † fuit secundum dominos per testes, qui probabant Rodericum tempore coadiutoriæ fuisse ætatis 70. annorum ex aspectu, & ipsum infirmum, & qui non poterat suis beneficiis deseruire, & neque domum exire. Ratio, quæ mouit dominos, fuit, quia testes plene probabant Roderici coadiuti infirmitatem, cum qua concurrebat probatio ætatis 60. annorum, quæ sufficiebat in coadiutoria, vt fuit die 11. Ianuarii 1552. resolutum in vna Tullen. Prioratus de Castineto coram do. Chissanensi, prout supra in ver. *ætas ingrauescens* quæ decisio fuit pluries confirmata. Quæ ætas 60. annorum satis probata fuit, cum testes deponant ex aspectu, Rodericum fuisse ætatis 70. annorum, ita, vt detrahendo † 10. annos, *iuxta do-* 2
ctri. Bart. in l. de ætate. num. 10. de mino. satis concludebant in ætate 60. annorum, quæ cum infirmitate erat † sufficiens, vt sæpe fu- 3
it tentum in dicta caussa Tullensi Prioratus de Castineto *per c. suscepit. c. quamuis cap. petisti. 7. q. 1. Staphil. in trac. de lit. grat. & insti. char. 81.* Nec prędictis obstat decisio facta in caussa Tullensi. prioratus de Castineto, dum resolutũ fuit, quod ætas ingrauescens verificatur in 60 anno, non senium, quod requirit ætatem 70. annorum, *secundũ Archid. in c. 1. de cle. ægrotant. in 6. gl. in verbo perfectus. in §. quem liberum. in proœm. sexti. Abb. in c. quoniam frequenter. num. 18. vers. ego dico. Fely. super ver. senex. vt lit. non contest.* Quoniam domini responderunt, quod casus ille est satis diuersus ab isto, cum in eo non probarent infirmitates. At in casu nostro est probata ætas 60. annorum cum detractione decem annorum, *iuxta dictã Bart. doct. in l. de ætate. num. 10.* Et probantur in-

firmi-

firmitates, & quod raro exibat domum, & oculi ei semper lacrymabant, ita vt sufficeret probatio cũ infirmitatibus. Verũ, quia opponebat, quod coadiutus post coadiutoriã fassus fuit, quod erat ætatis 50. annorum, ex quo videbatur quodammodo ex confessione partis constare de falsa narratiua, fecit aliquid dubii Tamen domini dixerunt hoc non obstare coadiutori, cui eratiam quæsitum ius, quemadmodum di-
4 cimus de confessione † cedentis, quæ non præiudicat cessionario, quãdo est facta post cessionem. *Bart. in l. si seruum filii §. 1. ff. de leg. primo. Bart. & Paul in l. factum § si heres ff. ad Trebellia.* Et ita fuit resolutũ in caussa Tholletana Parochialis de Nouella 28. Martii, 1552. coram dom. Reomano, *vt in eius libro fol. 108.*

COLLATIO.

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta cum onere legendi sacram scripturam, an sit simoniaca.*

DECISIO CXXXII.

1 COllatio † beneficii, cui prius fuerat per ordinarium vnitum aliud beneficium, cum onere legendi sacram scripturam, facta per ordinarium cum expressione prædicta, non est conditionalis, & simoniaca, sed valet, & tenet. *c. significasti. de electio.* Nec expressio, illa, legẽdi sacram scripturã facta tempore collationis facit eam conditionalem, ex quo prius onus illud legendi erat impositũ. *c. significatum. de præben.* Quoniã huiusmodi expressio oneris iniuncti beneficio, quod confertur, non est proprie conditio, sed admonitio & certioratio, quæ non vitiat actum. *Innocen. in d. c. significasti vers. posset responderi. Paris. consi. 30. nu 13. vol. 4. Dec. cons. 118. col. 3.* Et ita tentum die 16. Nouembris 1551. in vna Pampilonensi Prioratus coram dom. Vestano, *vt in eius libro fol. 132.*

SVMMARIA

1 *Collatio ordinarii de beneficio iurispatronatus pro non præsentante, neque contradicente, valet.*
2 *Institutio seu collatio episcopi spreto patrono, non valet.*

DECISIO CXXXIII.

1 COllatio † ordinarii facta de beneficio iurispatronatus, patronoque præsentante aut contradicente valet. *Abb. in q. 5. incip. Augerio. col. 13. in 1. num. & 7. quasi ad finem. sequitur Fely. in c. cum Bertoldus. num. 14. in 4. limit. de re iud. Lambertin. de iure pat. lib. 2. par. 3 2. q principali. arti. 2. num. 27. & Rebuff. in trac. nominat. q. 17. num. 11.* Ideo dictæ collationi non obstabat indultũ Papæ concessum Marchioni, vt posset præsentare in certis beneficiis, ac si illa fundasset, & dotasset: nec illud, quod dicitur, † institutionẽ 2
seu collationem non valere factam ab episcopo spreto patrono. *c. decernimus. 16. q 7. Abb. in c. illud. in prin de iure patronat. & Felin. in d. c. cum Bertoldus. in ver. Institutio. col. 3. de re iudicat* quia procedunt patrono præsentante vel reclamante, secus est si non præsentat, aut reclamat, vt hic. Et ita tentum die 4. Decembris 1551. in vna Astoricensi Canonicatus & præbendæ coram domino Augustino, *prout in eius libro fol. 81.*

SVMMARIVM.

1 *Collatio ordinarii facta ex caussa permutationis sine mentione iurispatronatus, non tollit vltimum statum quasi possessionis patronorum.*

DECISIO CXXXIV.

COllatio ordinarii † facta ex caussa permutationis absq; mentione iurispatronatus, non tollit vltimum statum pacificũ patronorum, quasi possessionis præsentandi, *vt est consilium Calderini 15. de iure patronat. & consil. Decii 126. col. final.* Et ita tentũ in vna Vicentina beneficii sancti Sebastiani corã domino Accorambono Decano, Lunæ 4. Aprilis anni 1552. *prout in eius lib. fol. 153.* 1

SVMMARIA.

1 *Collatio facta criminoso non est ipso iure nulla. Intell. quando est facta motu proprio, alias non.*
2 *Subreptionem motus proprius tollit.*
3 *Impetrans tacens, quod laborat morbo caduco, incidit in subreptionem, & quare?*
4 *Subreptio in gratiosis vitiat ipso iure.*

DECISIO CXXXV.

COllatio facta criminoso † licet non sit 1
ipso iure nulla, *vt per Feli. in cap. postulasti. num. 8. de rescript.* Tamen illud intelligitur, quando Papa fecit collationem motu proprio, Et ratio est, quia motus † proprius tol- 2
lit subreptionem, *vt per Rotã in nou. decis. 112.* Sed quando facta est ad instantiam partis, si impetrans tacuit, † quod laboraret morbo 3
caduco, vtique esset subreptitia, quoniam ista qualitas redderet difficiliorem Papã ad concedendum, quæ subreptio in † gra 4
tiosis vitiat ipso iure. *Felin. in cap. ad audientiam. el. secundo. num. 22 vers. litera beneficiales, de rescripti.* Et ita fuit decisum in caussa Tullensi canonicatus, & præben. coram Reuerẽdo domino episcopo Vestano 11. Martii 1552. *vt in eius libro fol. 92.*

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta per Vicarium, an sufficiat pro titulo colorato.*

DECISIO CXXXVI.

COllatio facta per Vicarium † sufficit pro 1
titulo colorato, quãdo est adminiculata, cum aliquali probatione potestatis Vicarii, *secundum Aegid. decisio 50.* quam decisionẽ secuti sunt domini in caussa Bassanẽ.

Parochialium, coram domino Guidobono 18. Ianuarii *1552. prout in eius lib. fol.* 21.

SVMMARIA.

1 *Collationis pertinentia inferioris ab ordinario contra Apostolicum impetrantem quomodo probetur. Intellige quando ordinarius non est in caussa, vel prouisus ab eo. num.* 2.

DECISIO CXXXVII.

1 COllationis pertinentia † alicuius inferioris ordinarii contra Apostolicum impetrantem probatur per testes deponentes de publica voce, & fama. *Rota decis.* 123. *in nou. & Cassador. decis. 1. de probati. Milis in repert. ver. probatio, quod beneficium pertineat. Egi. decis.* 570. *Decius in cap. primo. num. 11. versi.* 3.
2 *casus. de appellat.* Quod intellige † quando ordinarius nō est in caussa, vel prouisus ab eo. Et ita fuit tentum 28. Nouembris *1554.* coram domino Oradino in vna Vlixbonensi Parochialis de Arbonegra, *vt in eius lib. fol.* 456.

COLLECTOR ET SVBCOLLECTOR.

SVMMARIA.

1 *Collector vnicus in terminis regulæ, quis dicatur.*
2 *Deputatio specialis ministri in aliquo loco facit cessare generalem.*

DECISIO CXXXVIII.

1 COllector vel subcollector generalis licet quis sit in aliqua prouincia seu Regno, non per hoc excluditur, quin possit di-
2 ci vnicus † ille, qui est specialis subcollector in vna diœcesi vel ciuitate, propter verba regulæ, quæ dicit, sint reseruata beneficia subcollectoris vnici in qualibet ciuitate, vel diœcesi. Cum enim regula reseruet beneficia collectoris vel subcollectoris vnici in vna diœcesi, vel ciuitate, verum est dicere, quod ille erat vnicus in illa ciuitate, vel diœcesi, cum per deputationem specialis censeatur generalis reuocatus quo ad diœcesim vel ciuitatem. Et ita fuit conclusum die *15.* Iunii *1551.* in vna Gerundiensi Canonicatus & beneficiorum coram domino Accorambono Decano, & tunc fuit dictum per dominos, quod alias fuit idem resolutum in vna Calagurritana scholastriæ dello Grogno de mense Iunii 1549. Et ita fuit confirmata hæc decisio per duas alias positiones in secunda instantia in eadem caussa coram domino Chissanensi, sub die 19. & 26. Octo. *1551. vt in eius li. fol.* 214.

SVMMARIA.

1 *Collector vnicus quis dicatur.*
2 *Deputatione secundi officialis, censetur primus reuocatus.*
3 *Deputatio officialis, an per scripturam & testes fieri possit.*
4 *Reputatio communis cum exercitio facit reputari quem subcollectorem.*
5 *Beneficia subcollectoris, vt dicantur reseruata, quid requiritur, & num.* 6.

DECISIO CXXXIX.

COllector vnicus † dicitur, non obstante, 1
quod alter in eodē loco exercuerit officium subcollectoris, quia Nuncius Apostolicus & generalis collector per deputationē † secundi, censetur reuocasse omnes 2
alios, licet in deputatione nihil dixerit de reuocatione primi. *Rot. in* 10. *decis. 9. de of. deleg.* nec facit exercitium primi, quia non operatur probationem eius deputationis, quæ † potuit fieri, nedum per scripturam, 3
sed per testes. *Rot. decis.* 10. *de off. deleg. in nou.* 4
Et communis reputatio cum illo exercitio potuit operari, quod acta per eū valerent, si tenderent in vtilitatem Cameræ Apostolicæ. *argu. l. 3. in princip. ff. ad Maced.* Accedat, quod actus facti per primum de facto, fieri poterant sine aliqua deputatione, & ad hoc, vt quis † dicatur subcollector & be- 5
neficia, an possint dici reseruata, requiritur deputatio. *Rot. decis. 12. in no. 11. in antiquis. de præben.* vbi dicitur, quod vnus subcollector in qualibet ciuitate vel diœcesi sit deputādus ad hoc, vt beneficia dicātur reseruata. Et ita tentum die 4. Nouemb. *1551.* coram dom. Chissanensi in vna Gerundiensi Canonicatus, & beneficiorū, *vt in eius li. fol.* 19.

SVMMARIA.

1 *Collectorum beneficia sunt reseruata ex sola deputatione absq. exercitio, ampl. vt hic.*
2 *Constitutione secundi collectoris primus censetur tacite reuocatus ad instar procuratoris.*
3 *Collector generalis an, & quando habeat facultatem reuocandi alios.*

DECISIO CXL.

COllectoris beneficia sunt reseruata ex 1
sola deputatione, absque exercitio. *Rot. deci. 10. in antiquis, & 17. in nou. de præben.* etiā si aliquis esset constitutus in eadem ciuitate vnicus collector, quia si alius † postea de- 2
putetur, primus tacite censetur reuocatus, licet de expressa reuocatione in secunda constitutione nō constaret, exemplo procuratorum. *Rot. decis. 6. de offic. delegat. & 4. de procura. in nou. Aegid. decis.* 530. Nec obstat, quod collector generalis nō haberet † spe- 3
cialem potestatem reuocandi alios: quoniam in illa potestate data creandi subcollectores vnicos in qualibet diœcesi, in necessarium antecedens intelligitur concessum, quod habeat potestatem reuocandi alios, alioquin nō essent vnici illi deputati. Et ita fuit resolutū die 20. Nouēb. *1551.* corā domino Chissanēsi in vna Gerūdensi canonicatus & præbēdæ, *vt in eius li. fo. 192 & 193.*

Sum-

SVMMARIA.

1 *Collectoris illius, cui non fuit præstitum iuramẽtum de fideliter exercendo, beneficia, an sint reseruata.*

2 *Collectoris deputatione facta, statim eius beneficia sunt reseruata. Imo ante exercitium & ante acceptionem.*

3 *Collectoru beneficia sunt reseruata etiã quod moriatur ante vel post acceptationem, antequam inceperit exercere.*

4 *Iuramenutm solitum præstari per collectorem respicit exercitium officii tantum.*

5 *Reseruationes generales non facta pro certa persona, sunt fauorabiles.*

6 *Collector recte deputatur, & eis administrat, nõ præstito iuramento, & quare.*

DECISIO CXLI.

COllectoris seu subcollectoris deputatio, licet fuerit facta absque eo, quod subcollecto.i præstitum fuerit iuramentum
1 de fideliter exercendo † officium subcollectoris, vt in eius deputatione cauebatur, reputata fuit valida, ad effectum, vt eius beneficia dicantur reseruata. Mouebantur
2 domini, quia statim † facta eius deputatione, siue ipse exerceret officium, siue non, secundum stylum Romanæ curiæ, beneficia eius sunt sedi Apostolicæ reseruata. *Rot in antiquis decis. 15. de præben alias 700.* Imo talis reseruatio oritur ante acceptationem, & exercitium dicti officii. *Rot in nouel decis. 22. de præb. alias 207. ver. ex quo dubio* Et ideo
3 † si moriatur ante vel post acceptationem antequam exercere incepisset, beneficia sunt reseruata. *Cassador. dec. 1. num. 2 de verb. signifi. Felyn. in c. in nostra 21. corollario de rescri.* Non obstat clausula iuramenti, quoniam
4 illa respicit † exercitium officii, quod fieri non potest ante præstitum iuramentum, sed non respicit actum ipsius officii, & eius deputationem, ex qua beneficia dicuntur reseruata. Et sic seruatio est iam facta, etiã si non esset iuratum, alias de facili fieret fraus, & collectores vel subcollectores deputati exercerent, & prætextu iuramenti non præstiti beneficia nõ essent reseruata:
5 cum tamen reseruationes † istæ generales nõ factæ pro certa persona sint fauorabiles. *Aeneas de falcon. trac. reseruat in 2. prælud. Geminia. consil. 69. col. pen.* Accedat, quod clausula illa iuramenti est affirmatiua, & sine decreto irritanti, quare non solum deputatio, sed etiam † exercitium valet non præ-
6 stito iuramento. *c. si soli, de conces. præben. in 6. gl. in ver. conferen. in c. dilectus. col. 2. de præben. & ver. irritum in c. interea, de præb.* Et ita fuit conclusum in caussa Gerundiensi canonicatus & præben. coram Accorambono Decano. *15.* Iun. *1571. vt in eius lib. fol. 131.*

COLLEGIVM.

SVMMARIA.

1 *Collegium debet habere arcam communem, & sigillum.*

2 *Collegiata ecclesia qua insignia habere debeat?*

DECISIO CXLII.

COllegium † debet habere arcam communem & sigillum, quãdo alias ex fundatione & erectione non decretum esset, aliter non potest ita appellari, notat Dec. *in c. 1. de electio. not. 2.* Ita dictum fuit in vna Calagurritana de Nazera, coram domino Accorambono Decano Veneris *13.* Maii. *1552. vt in eius libro fol. 214.* Collegiata antẽ Ecclesia, † quæ signa & insignia habere debet? Vide infra *Ecclesia collegiata.* 1 2

COLLVSIO.

SVMMARIA.

1 *Collusio probatur plene ex præsumtionibus & coniecturis.*

2 *Præsumtiones & coniecturæ quæ dicantur legitimæ ad inducendam collusionem.*

3 *Fraudis coniectura elicitur ex qualitate personæ pauperrimæ.*

4 *Iactare suum nemo præsumitur.*

5 *Præsumitur fraus ex vicinitate temporis.*

6 *Venditor quando post venditionem remansit in possessione domus præsumitur fraus.*

7 *Collusio quid sit?*

DECISIO CXLIII.

COllusio cum soleat secreto committi, probatur plene † ex præsumtionibus, & coniecturis. *l. quia autem § non simpliciter. ibi sit tamen nulla suspicio. ff si quis omiss. caus. test. Anan. in rub. de collus. vlt. col. ver. adde Corn. consil. 26. col. 4. lib. 3.* Coniecturæ † sufficientes probatæ collusionis in caussa Bullarum Sixti quarti & Leonis decimi infrascriptæ iudicatæ fuerunt (per plures positiones) a Dominis. Prima, quia ex præsumtionibus & coniecturis Ioan. Maria, qui volebat emere domum vicinam Io. Forcadæ ab vno latere, & alio Antoniæ, ipso Io. Forcada irrequisito, intentauit beneficium Bullarum Sixti, & Leonis, concedentium vicinis ius retrahendi, & cum ipse non esset vicinus, & facilius vinceret, fecit depositum pretii domus pro Antonia vicina, ipsa inscia, & quæ pauperrima erat, quare prima † coniectura fraudis, ex qualitate personæ elicita fuit. *l. cum hic. §. sed & pars ff. de transac. Alciat. in l. si maior. in fi. C. de transact.* vbi decem posuit coniecturas ad fraudem præsumendam, cum non esset verisimile, quod Antonia, quæ erat pauperrima, vellet ædificare ad ornatum vrbis, prout Bullæ requirunt. Secunda coniectura elicita fuit, quia Ioannes Maria erat procurator Antoniæ, & pro ea subministrabat expensas 1 2 3

D

litis, ac si esset principalis, quod non caret dolo, & fraude, cum † non præsumatur quis
4 iactare suum. *l. cum de indebito. ff. de proba.* Tertia fuit, quia Antonia pluries citata, nũquam comparuit, & lite pendente, vendidit Ioan. Mariæ murum diuisoriũ, ex ista variatione videtur potius animus Antoniç vendendi, quam emendi, ex quo fraus præsumitur. *glos. in c primo, vt benef. eccles. Alciat. in d. l. si minor. in secunda coniectura. C. de transf.*
5 *act.* Et ex vicinitate † temporis præsumitur fraus. *Bart. in l. post contractum. ff. de dona.* & per istum actum vẽditionis muri diuisorii, videtur renuntiasse emtioni, *Dec. in l. pacta*
6 *nouissima. num. 5. C. de pact.* & quia Ioan. Maria semper remansit † in possessione d. domus, *Bar. in d. l. post contractum. Fulgo. consil. 42. Alexan. consi. 28. vol. 5.* Cum autem collusio
7 † sit latens & fraudulenta conuentio inter plures, ad decipiendũ tertium. *Io. de Anan. in rub. de collusio. deteg. num. 2.* ista omnia visa sunt Dominis gesta fuisse ad decipiendum Ioan. Forcadam vicinum, ne posset retrahere iuxta priuilegiũ Bullarum prædictarũ. Et ideo reiecerunt Antoniam, & Ioan. Mariam collusores, vt fuit resolutum per tres positiones in caussa Romana domus, corã dom. Guidobono die 15. Maii. 1551. & die 1. Iulii 1551. *vt in eius lib. fol. 108. 285. & 266.*

COMMENDA.

SVMMARIVM.

1 *Commendatum beneficium, mortuo commendatario, vacat vt prius.*

Decisio CXLIV.

Commendatum beneficium mortuo
1 commendatario, vacat † vt prius, non autem per cessionem commendæ, quo casu, licet ille qui decessit, esset familiaris Papæ, nihilominus non attenditur ista vacatio per cessionem commendæ, sed prior illa quando Prioratus fuit recommendatus; & ita seruat Rota Collectar. *in cap. si constiterit, de accusationibus, Federic. de Sen. in tracta. permutat. q. 15. Roman. consi. 350. Rota decis. pri. de concess. praben. in antiquis. & Sarnen. in reg. de triennali. q. 5.* Et ita fuit tentum die 16. Nouembris 1551. coram dom. Ant. Augustino, & Reomano in vna Lugd. Prioratus, vt in eorum libro folio 142. & die 9. Decembris 1551. fuit confirmatum, *vt in eorum lib. fol. 158.*

SVMMARIA.

1 *Commendatum esse beneficium, vel in titulum datum, quomodo cognoscatur.*
2 *Commenda est extraordinaria, & non inducit incompatibilitatem.*
3 *Tenor priuilegii est inspiciendus.*
4 *Dispensationis materia odiosa est.*
5 *Dispensationem non induci in dubio, iudicandũ.*
6 *Clausula, non obstan. tollit subreptionem, sed non inducit dispensationem.*
7 *Dispensatio debet apparere verbis claris & non ambiguis.*

Decisio CXLV.

Commendata, aut in titulum data, quod sit Parochialis Ecclesia, Antonio Romero cognoscitur ex † circumstantiis, vt 1
in casu, de quo agitur, vbi Antonius retinebat duas Parochiales; deinde obtinuit mãdatum de prouiden. ad tria secularia in titulum, regularia, & Parochiales in commẽdam, & in mandato dicebatur, quod posset retinere vnum in titulum, & aliud in commendam. Et ideo domini distinguebant, quod aut Romerus poterat obtinere in titulum, & in commẽdam, & præsumitur, quod in titulum obtinuerit, nec in commẽdam, quia commenda † est extraordinaria, & nõ 2
inducit incompatibilitatem, *vt notatur in c. dudum. el secundo. in glo. in verbo in titulum, de elect. Cassador. decis. 32 super regula num. 7 & Sarnen. in reg. de trienna. q. 5. num. 6.* Aut non poterat obtinere nisi in commendam, tũc præsumitur, quod in commendam obtinuerit, & hoc, vt non dicatur actum fecisse frustratorium. Ex qua distinctione inferebant domini, quod ex quo verba mandati erant clara, quod Antonius Parochiales non posset obtinere nisi in commendam, quia commenda non inducit incompatibilitatem. *c. dudum. il. 2. de elect. cum aliis supra adductis*; nec ex verbis reseruæ colligatur dispensatio, vt possit tertiam Parochialem in titulum obtinere, cuius tenor inspiciendus † est. *c. porro, & c. accepimus, de priuileg.* Et 3
cum simus in materia dispensationis, quæ est † odiosa. *c. 1. de fil. presbyterorũ lib. 6. in dub.* 4
debet capi intellectus, vt dispensatio † non 5
inducatur. *Franc. in c. non potest. § fin. & 2. de praben. in 6.* Et licet clausula, non obstante; 6
tollat † subreptionem, non tamen inducit dispensationem. *d. c. non potest. in fi.* Et de ea verbis claris, & non ambiguis apparere debet. *Fely. in cap. mandato. colum. 2. de symon.* Cum autem non sint verba ita clara in gratia reseruæ: Ideo dicendum est Parochialem fuisse commendatam, & quod illam non potuit aliter obtinere, præterquam in commendam, quia verba ita dicunt: videlicet, *Quod secularia in titulum, regularia, & incompatibilia in commendam.* Et ita Domini tenuerunt in caussa Logobiensi Parochialis de Minguella. Die 3. & 20. Iunii. 1552. coram dom. Reomano, *prout in eius lib. fol. 229. & 269.*

SVMMARIA.

1 *Commenda cessat per superuenientiam noui tituli.*

Deci-

DECISIO CXLVI.

1 Commenda cessat † per superuenientiam noui tituli, *Roman. consi. 350. num. 3. Felyn. in c. in nostra. versi. titulus multiplican. de rescript.* Et quia Alphonsus de Leon. cessit Antonio Romero Parochialem de S. Vegna, & obtinuit sibi de illa prouideri per istam nouam prouisionem, domini tenuerunt, quod illa Parochialis sit data in titulũ, quia fuit prouisus, vt in titulum illam retineat Antonius. Et est ratio prædicta, quia commenda cessat per superuenientiam noui tituli. Et ita tentum die 27. Iunii 1552. coram do. Reomano in vna Legobiensi de Minguilla, *prout in eius lib. fol. 273.*

COMMENSALITAS.

SVMMARIVM.

1 *Commensalitas an & quando exacte debet probari?*

DECISIO CXLVII.

Commensalitas ad hoc vt demonstretur, quod legatus poterat illum creare prothonotarium, cum in eius facultatibus dicatur, vc3, vt erga tuos familiares, & con-
1 tinuos commensales reddas te liberalem, &c. non requiritur, quod ita exacte † probet, sicut quando agitur ad effectum inducendi reseruationem, prout loquitur Sarnen. *in reg. de impet. benef. per obitũ famil. Card. q. 13. nu.* 1. Ita fuit decisum bis in caussa Auriensis Parochialis de Canedo coram do. Vestano 9. Martii & 13. Iunii *1552. vt in eius lib. fol.* 80. & *fol.* 250.

COMMISSIO CAVSSÆ.

SVMMARIA.

1 *Confessio facta in articulis, & aliis actis nocet, & an possit reuocari? num. 2.*

3 *Præcedentia declarant sequentia.*

4 *Animus declaratur ex sequentibus in rescripto Papæ & verbis articulorum.*

5 *Declaratur ex modo procedendi, qui fuerit animus & quæ via amplexa.*

DECISIO CXLVIII.

Commiserat Antonius caussã super canonicatu contra capitulum, & narrauit illum certo modo obtinuisse, demum lite introducta produxit literas, in quibus continetur, quod canonicatus præfatus fuit si-
1 bi resignatus a Petro, & in articulis magis † specifice narrauit, quod erat prouisus per resignationem Antonius, postea in discursu
2 caussæ volebat recedere † a dicta declaratione, & dicebat, quod dicta commissio cõprehẽdit vnum ex canonicatibus nouiter erectis. Replicabatur quod declaratio prędicta facta in articulis & aliis actis, Antonio præfato præiudicabat ex gl. Bartol. & Ang. *in l. si quis intentione ambigua. de iudic. & in l. solemnes. eod. tit.* Et propterea quod commissio prædicta non comprehendebat aliũ canonicatum cuiusuis alterius, etiam quod esset ex nouiter erectis, quia Antonius non fuit prouisus de alio canonicatu, quam de expresso in literis resignationis, etiam tam in narratiua quam in dispositiua animus Antonii demonstratur, quod ipse volebat agere super canonicatu & præbenda: præcedentia † enim declarant sequentia, *Anto. de Butr. consi. 2. Roma consil. 80. Barto. in l. sub prætextu la. 2. C. de transact. & Doctores in cap. 1. eod. titu. Felyn. in c. super lit. colum. 6. vers. 4. reg. de rescrip.* Et in rescripto Papæ idem dicit Iason *cons. 15. in fin. volum.* 1. Et pari modo sequentia † declarant animum, prout faciunt 4
verba articulorum. *l. Labeo. §. idem Tubero ff. de supell. leg. c. fin. de verb. signifi.* Et ita in simili concludit Aymo. *consi. 20. num.* 2. Et qui fuerit animus, & quæ † fuerit via amplexa, declaratur ex modo procedendi. *Bart. in l. si* 5
societatem. §. arbitrorum. colum. 4. ff. pro socio. Aymo. d. consilio. 20. num. 8. Et ita fuit tentum die 9. Decembris 1551. coram D. Reomano in vna Placentina canonicatus & præbendæ, *vt in eius lib. fol. 252.*

SVMMARIA.

1 *Commissio senatoria examinis testium quomodo intellecta.*

2 *Validitate pro actu in dubio inclinandum.*

DECISIO CXLIX.

Commissio senatoria † examinis testium, 1
quos prætendunt non iurasse hora debita, & directa D. Auditoris, vt fidem adhibeat suo arbitrio, e quo testes rite fuerunt examinati cum interrogatoriis partis aduersæ, Rota tenet, quod operetur, vt testibus fides adhibeatur, tanto magis quando dubium est, qua hora testes iurarũt, an hora debita citationis, vel postea, & in dubio magis inclinandum pro validitate † actus. 2
Cassad. decis. 21. de præbendis. Nec obstat verbum appositum a Referendario (rite) quoniam si intelligeretur de citatione, vtique nõ esset opus commissione senatoria, quia bene essent examinati sine aliqua sanatione, Et ita tentum die primo Iulii 1551. corã domi. Augustino in vna Leodiensi Prioratus, *vt in eius lib. fol. 255.*

SVMMARIA.

1 *Commissio quæ dicatur dare formam.*

2 *Ablatiui absoluti conditionem important.*

3 *Conditio inducit formam, quæ specifice est adimplenda.*

4 *Deponere Iulium vnum cum oblatione residui, quando non sufficiat?*

5 *Commissio quod purgatis attentatis & nullitatibus, & refectis expensis terminũ præfigat atque ad nouam exsequutionem procedat, non dat*

iudici iurisdictionem, nisi prædictis adimpletis.
6 *Offerre an & quando sufficiat Iulium vnum cum oblatione residui.*
7 *Capic. decis. 17. num. 5. an per Rotam seruetur in spolio & attentatis.*
8 *Spolians deficiens in vno nummo soluere, non potest contra spoliatum obtinere.*
9 *Exsecutio nulliter facta, est retractanda tanquam nulla.*
10 *Exsecutione nulliter facta, datur terminus de nouo, & si probatur de bono iure per agentē de nullitate, retractatur exsecutio, alioquin remanet firma.*

Decisio CL.

Commissio, quæ habet clausulam, quod purgatis attentatis & nullitatibus, atq; refectis expensis, terminum præfigat, & ad
1 nouā exsecutionē procedat, dat† formā, cū
2 loquatur per ablatiuū absolutū, qui inducit †conditionem *l. a testatore. ff. de conditio. & demon. Ias. in rub. solu. mat. Paris. consi. 41 n. 14. li. 4.*
3 Et conditio inducit formam, quæ specifice erat adimplenda. Quare si impetrans renuntiauit tantum attentatis, & nullitatibus, & non refert expensas, licet† deposue-
4 rit Iulium vnum cum oblatione residui facta liquidatione, non potuit obtinere valide a Iudice, vt præfigeret terminū ad hoc, vt veniret ad nouā exsecutionem, quia iu-
5 dex non habebat† iurisdictionem non purificatis illis conditionibus in totum. Debebant ergo prius refici expensæ, & purgari attentata, antequam præfigeretur terminus: quia per præfixionem incoatur nouum iudicium, & commissio non dat iurisdictionem nisi conditionaliter, refectis expensis, & purgatis attentatis. *Alexand. & Dec. in l. edita. num. 93. & 94. C. de edendo.* nec in isto casu procedit opinio Angeli *in l. 4. §. ait prator. ff. de re iudic.* quam communiter sequuntur Doctores, & illam sequitur Alexand. *in consi. 24. num. 9. lib 4. & cap. decis. 17. num. 5.* vbi condemnatus soluere, auditur satisdare volens, quando debitum est illiquidum. Nam tunc si comparet & fatea-
6 tur† se in vno Iulio debitorem, & illum deponat, cum oblatione, & protestatione, q. si apparebit se plus debere, soluet & pro solutione det fideiussorem pro residuo. Quo
7 niam illa communis doctrina non † seruatur per Rotam in spolio, & in attentatis, in odium spoliantium, & attentantium, sed in istis iudiciis priuilegiatis, Rota seruat doctrinam Bald. *in capit. conquerente, in versicul. in tex. ibi integre, de restitu. spol.* quam etiam sequitur Deci. *in d. l. edita. numero nona-*
8 *gesimo quarto*, vbi si vnus† nummus deficeret, non tenetur in aliis respondere, quod eo magis videtur procedere in casu isto, cum iudicium factum fuerit post præfixionem termini non refectis expensis, nec purgatis attentatis, & sic nulliter sine iurisdictione, & propterea exsecutio † vt nulli 9
ter facta retractanda erat tanquam nulla. Et ita fuit tentum die 13. Nouembris. *1551.* coram domino Decano in vna Romana, domus seu legati, *vt in eius lib. fol. 65.*

Fuit etiam dictum, quod præfigeretur † 10
terminus de nouo, vt si agens pro nullitate in eo probaret de bono iure, retractaretur exsecutio, sin autem remaneret firma.

Summaria.

1 *Commissio super spolio decursus aquarum Molendini N. an comprehendat spolium decursus aquarum factum ante ædificationem molendini. N.*
2 *Non entium nulla sunt partes.*
3 *Priuatio præsupponit habitum.*
4 *Rescripti verba intelligi debent secundum finem, ad quem proferuntur.*

Decisio CLI.

Commisso super spolio decursus †aquarum, quæ ad molendina Iosephi decur- 1
rebant, non comprehendit spolium decursus aquarum factum ante ædificationem molendini Iosephi, quia non entium 2
† nullæ sunt partes. *l. eius qui, ff. si cert. pet.* &
priuatio† præsupponit habitū. *l. dec. ff. de ver.* 3
obli. vt in simili dicit Cassad. *de rescri. decis. 6.* quod si committitur caussa super dominio eiusdem rei. Verba. n. rescripti intelligi
† debent secundum finem, ad quem profe- 4
runtur. *Cal. consf. 6. de rescript.* in casu, de quo agitur, Iosephus commisit caussam super spolio, vt restitueretur ad possessionem decursus aquarum, ad suum molendinum, ergo non intellexerit de antiquiori spolio, quod manifeste apparet ex eo, quia in articulis deduxit spolium, de anno 1523. de mense Iunii, & spolium antiquum fuit de anno *1470*, vel *1480*. Quapropter non potuit committere caussam super antiquo spolio, eo, quia molendinum eius tunc non erat ædificatum, sed fuit post annum 150. constructum. Et ita fuit tentum (caussa bis posita) coram Chissanensi in caussa Spoletana spolii decursus aquarum, die 9. & 28. Martii 1552. folio 114 & *176*. quicquid in contrarium fuerit dictum in hac eadem caussa, die 18. Martii *1552. vt in eius libro fol. 139.*

Summaria.

1 *Commissio caussæ super spolio, quando importet petitorium, & possessorium.*
2 *Verba commissionis, cum toto negotio principali*

cipali, an contineant petitorium.

3 Petitorium quis suspendere potest ad sui libitum.

4 Actor in dubio potest intentionem dubiam declarare.

DECISIO CLII.

Commissio caussæ super spolio beneficii sancti Leonardi Pientinæ diœcesis, facta per Ioenon de Venturis, vna cum toto
1 negotio principali, continet† tam petitorium, quam possessorium, *capitulo primo de seq. poss. & fructi. vbi Abb. num. 16. Cassador. decisione sexta. de rescript. & de causs. poss. & propric. numero decimo tertio.* quia dicta verba,
2 vna cum toto † negotio principali, denotant petitorium, & cum replicaretur, quod dicta verba non poterant referri ad petitorium, cum iam non penderet: sed super possessione tantum fuit responsum, quod verba illa, vna cum toto negotio principali dant iurisdictionem, etiam super petitorio, & cum in facto præsupponatur, quod Io-
3 annes de Venturis, qui caussam obtinuit committi, suspenderet † petitorium, satis declarauerat mentem suam per illam suspensionem petitorii, cum in dubio possit
4 actor intentionem † dubiam declarare. *l. si quis intentione ambigua ff. de iudiciis.* Et ita fuit tentum in caussa Pientina sancti Leonardi, coram Chissanensi die 30. Maii *1552. prout in eius lib. fol.* 88.

SVMMARIA.

1 Priuatio beneficiatorum spectat de iure ad episcopum, & canonicos coniunctim.

2 Commissiones iustitiæ sunt stricti iuris, & strictissime interpretandæ, & tantum comprehendunt quantum in illis expressum reperitur.

3 Vicarius episcopi & ipse episcopus non sunt pars capituli, sed diuersi.

DECISIO CLIII.

Commissiones impetratæ per beneficiatos contra canonicos, & capitulum, in quibus nulla mentio fit de Vicario episcopi, nec de episcopo, nullam iurisdictionem dederunt in caussa super facultate priuandi beneficiatos; & canonici, qui asserunt in suis commissionibus, quod ad ipsos tantũ spectat priuatio beneficiatorum, cum de iure ad episcopum in simul spectet, agendo contra beneficiatos, male egerunt, cũ pri-
1 uatio † non ad ipsos tantum, sed etiam ad episcopum spectaret. Ratio est, quia commissiones iustitiæ sunt stricti iuris, & † stri-
2 ctissime interpretandæ. *Abba. in c. capitulũ colum. 3. versi. & nota hoc verbum: de rescript.* & tantum comprehendũt, quantum in eis expressum reperitur. *glo. in c. 1. & in c. dispendia & in cap. statutum. de rescri. libro 6. Sarnen. de subrogat. collit. q. 9. numero 3. & in regul. de triennal. q. 5 num.* 18. Et cum omnes commissiones semper loquãtur de canonicis, & ca- 3
pitulo, Vicarius † & episcopus nõ sunt neq; canonici neq; capitulũ, & minus pars capituli *secũdũ Cardinalẽ in clem. vt hi qui §. illi vero, de ata. & qualit. versi. decimo quæro in fine*, sed sunt diuersi, *vt manifeste patet ex his, quæ ponit Rot. deci. 350. in antiq.* Et ita fuit tentum die 23. Martii *1552.* in vna Barchinonensi facultatis, coram dom. Reomano, *prout in eius lib. fol. 101.*

SVMMARIA.

1 Commissio, quod procedatur ad vlteriora nõ tollit iudicium attentatorum.

2 Attentatorum caussa est priuilegiata.

3 Iuri quæsito per Papam non intelligitur in dubio derogatum.

4 Rescripta ad lites sunt stricti iuris, & strictissime intelligenda.

DECISIO CLIV.

Commissio impetrata, † quod procedatur ad vlteriorem exsecutionem, prout 1
iustum fuerit, non tollit neque impedit iudicium attentatorum, eo, quia caussa attẽtatorum † est priuilegiata, & in primis super 2
attentatis est prouidendum, in odium attentantis. Nec obstat commissio prædicta; quia Papa in ea nihil disponit circa attentata, nec derogat regulæ de iure quæsito non tollendo, cũ propter attentata, & per sententiam latam super eis fuerit ius quæsitũ illis de Venturis, & ideo cũ iuri quæsito non fuerit † derogatum per Papam, do- 3
mini voluerunt intelligere commissionẽ de iure sine præiudicio attentatorum, & ideo maxime, quia rescripta † ad lites sunt 4
stricti iuris, & strictissime interpretanda. *Abb in cap. capitulum. col. 3. vers. & no. hoc verbum. de rescri.* Et ita fuit tentum in vna Senensi attentatorum die *14.* Octobris *1552.* corã dom. Reomano, *prout in eius lib. fol. 298.*

SVMMARIA.

1 Iuri quæsito successoribus resignantis, quando præiudicatum non dicatur.

2 Confessio cedentis non nocet cessionario.

3 Caducitatis decretum, & pœna regressus intelliguntur, si quis velit vti.

4 Regressus pœna non declaratur contra successores, nisi in casu hic notato.

DECISIO CLV.

Commissio impetrata per Carillum, qui iam resignauerat beneficia in fauorem Antonii de Torres, & litis consortium, super quibus erat reseruata pensio 105. ducatorum Constantino del Castello, & dictum in reformatione pẽsionis, quod in euentu in quem Carillus, & successores mouissent litem super nullitate pensionis, esset locus regressui in fauorem Constantini, non

1 præiudicat † iuri quæsito successoribus Carilli, quia ipse non habebat amplius ius in dictis beneficiis per eum resignatis, sicut
2 confessio † cedentis non nocet cessionario. *Bar. in l. facta, §. si heres. ff. ad Trebelliani.* Præ-
3 terea decretum † caducitatis, & pœnæ regressus intelligi debent, si is, in cuius fauorem appositum sit, eo vti velit. *Cassador. decis. 1. num. 1. & 2. de loca. & decis. 3. eod. tit.* sed Constantinus viuente Carillo, nunquam declarauit velle vti regressu. Ex quo sequitur, quod hodie, cum sit mortuus Carillus,
4 non possit † declarare contra successores, velle vti iure regrediendi, *Cassador. decis. 1. de locat.* sed si ipse Antonius, & litis consortes commisissent caussam post obitum Carilli, & contrauenerint decreto, vtique ex eorũ persona inciderent in pœnam regressus. Et ita fuit tentum die 24. Octobris 1552. corã domino Reomano in caussa Abulensi, & Tolletana pensionis *prout in eius lib. fol. 310.*

SVMMARIA.

1 *Commissio auocatoria ac clausula, dummodo caussa non reperiatur vel sit instructa, non tribuit iurisdictionem si est in calculo ferendæ sententiæ pro vna parte.*
2 *Instructa caussa quando dicatur.*

Decisio CLVI.

1 Commissio, † quæ auocat caussam vertẽtem in partibus cum clausula, quatenus caussa non sit instructa, si pars altera docerel illam esse in calculo ferendæ sententiæ pro vna partiũ, & pro illa essent factæ pro-
2 bationes, quia tunc dicitur † instructa *c. pastoralis de causs. poss. & propri.* nõ tribuit iurisdictionem. Ita fuit tentum in caussa Auininonensi spolii officii, coram domino Capisucco Veneris 19. Feb. 1552. *vt in eius lib. fol. 57.*

SVMMARIA.

1 *Commissio appellationis expedita, infra terminũ iuris a iudice datum, valet, etiam si non redierit appellans pro Apostolis, & ratio.*
2 *Apostoli reuerentiales semper intelliguntur dati ex stylo Palatii.*

Decisio CLVII.

1 Commissio appellationis † si est expedita infra terminum iuris datum a iudice parti ad redeundum pro Apostolis, licet
2 non redierit pro eis, valet & tenet, quia † semper intelliguntur reuerentiales ex stylo Palatii. *Ita tenet Rota decis. 54. in antiquis, Aegid. decis. 100. Crescent. decis. 65.* Et ita fuit tentum in caussa Tusculana siue Romana Casalis coram domino Capisucco, Veneris prima Aprilis 1552. *prout in eius lib. fol. 119.*

SVMMARIA.

1 *Commissio in caussa infantis quãdo subreptitia?*
2 *Curatoris dandi potestas a Papa tributa intelligi debet, tempore congruo & legitime.*
3 *Curator datur petenti, nec dari potest infanti.*
4 *Curatoris datio vbi tutor est dandus, dicitur ipso iure nulla.*

Decisio CLVIII.

Commissio non dat † iurisdictionem in caussa infantis, licet in ea fuerit narratũ factum, & quod infans supplicet, quia opus erat vt esset narratum, quod infans non habebat tutorem, & cum hoc non intellexerit Papa, commissio est subreptitia. Nec ob- 1
stat, quod Papa in ea commissione dederit potestatem deputãdi curatorem: Nam intelligi debet tempore cõgruo, & legitime. 2
Sed in casu isto nõ fuit legitime datus, quia fuit datus nemine † petente, & datus infanti, cui de iure non potest dari curator. *l. 3. §. 3
si pupillus in fi. ff de tutel.* & datio curatoris, vbi tutor esset dandus, ipso iure dicitur nul- 4
la. *l. tutores. §. 1 ff. de admi. tut. Dec. in l. si quis in fundi vocabulo. num. 45. ff de leg. 1. & in l. qui quartam in fin. eo. tit.* Et ita fuit decisum in caussa Romana status & alimentorum coram D. Capisucco, Lunæ 28. Nouemb. 1552. *vt in eius lib. fol. 924.*

SVMMARIA.

1 *Commissio vltima non facta mentione aliarum super nullitatibus quando subreptitia.*
2 *Curatores debent exsequi citationes non mandatarii.*
3 *Nullitatum omnium est facienda mentio in vlt. commissione aliarum derogatoriarum.*
4 *Commissiones priores vt tollantur, requiritur derogatio.*

Decisio CLIX.

Commissio vltima, ad hoc vt tollat alias 1
priores commissiones super nullitatibus præsentatas, est † necesse, quod faciat 2
mẽtionẽ de omnib. nullitatibus, videlicet quod citationes fuerunt exsecutæ contra minorem sine solemnitatibus requisitis ex forma statutorũ vrbis in citationibus minorum requiri solitis, & de aliis: & licet in ea facta fuerit mentio de nullitate defectu citationis, ex eo, quia citationes fuerũt ex- 2
secutæ per mandatarium, & non procuratores, prout ita exsequi debent ex forma motus proprii cursoribus concessi, non per hoc excusatur a surreptione, cum de aliis † 3
nullitatibus mentionem non fecerit, nec potuit priores † tollere, quibus derogatum 4
non fuit, & sic fuit firmatum vltimã commissionem subreptitiam, *per c. ceterum, de rescript. & Rotam decis. 67. in nou.* Et ita tentum die 23. Ianuarii 1553. coram D. Decano, in vna Romana dotis, *vt in eius lib. fol. 53.*

SVMMARIA.

1 *Subreptio nunquam datur ex taciturnitate eius, quo expresso Princeps facilius concessisset.*
2 *Venia dignus est, qui nec nocuit nec deliquit.*

Decis.

DECISIO CLX.

COmmissio præsentata auditori cameræ, in qua dicebatur, quod quoad Thomã procederet, ac si commissio ipsius signata foret, sine retardatione solutionis pensionis, ex quo non fecit mentionem commissionis Traiani, non est subreptitia, quia
1 subreptio nunquam † datur ex taciturnitate eius, quo expresso Princeps facilius concessisset. *Rom. consil. 194. in 2. dub. Aym consil. 2. num. 17. & 19. Fely. in cap. super literis num. 7. de*
2 *resc.* Et quia per illam † commissionem non fit præiudicium alteri commissioni. Venia enim dignus est, qui nec nocuit, nec deliquit. *c. 2 de const. Aegid. decis. 4.* Et ita fuit tentum die *16.* Apr. 1554. in vna Gebenen. pensionis coram D. Oradino, *vt in eius lib. fol. 92.*

SVMMARIA

1 *Commissio continens duas partes, quando dicatur verificata.*

2 *Narratiua in commissione sufficit, quod verificetur de facto.*

3 *Nullitatis prouisionis exceptio continere dicitur petitorium.*

4 *Quasi possessio exigendi pensionem sufficit ad obtinendum.*

DECISIO CLXI.

COmmissio, quæ habet clausulam sine retardatione solutionis pẽsionis, in qua duo fuerũt narrata: primum, quod Tornabono monasterium fuerat commendatũ, secũdum, quod idem Tornabonus exsistẽs in possessione monasterii consensit reseruationi pensionis factæ in fauorem Traiani de Alico nus, fuit dubitatum, an esset ve-
1 rificata, † vt intrare posset dicta clausula sine retardatione solutionis pensionis? Et Domini in vna Gebenen. pensionis coram Domino Oradino 15. Iunii 1554 tenuerunt commissionem satis fuisse verificatam, cũ
2 primum ex narratis saltem de facto esset † verificata, quod sufficere videbatur pro sustinenda commissione. *Rot. deci. 7. de rescrip. in no.* hoc in casu satis fuerat verificata narratiua commẽdæ pro Tornabonis, quod sufficit. *Aegid. decisio 116. in fi.* Nec obstat, quod dicitur de nullitate prædictæ com-
3 mendæ, quoniam hæc oppositio respicit † petitorium, in cuius iudicio erit de nullitate discutiendum, & hic eramus in possesso-
4 rio † cum satis constaret de quasi possessione Traiani exigendi pensionem, Et ita fuit firmatum, *vt in lib. D. Oradini fol. 268.*

SVMMARIA

1 *Commissio dicens in corpore, quod iudex procedat iuxta stylum, & facultatem Gubernatoris, & Cardinalis, præfectus signaturæ dicat, placet Domino nostro Papæ prout de iure, facit, vt procedi debeat iuxta ius commune.*

DECISIO CLXII.

COmmissio, si in corpore † dicat, quod iudex procedat iuxta stylum, & facultatem Gubernatoris vrbis, & Cardinalis, præfectus signaturæ iustitiæ dicat, placet do. nostro Papæ prout de iure N. Cardinalis Verallus, ista signatura restringit totam commissionem, secundum terminos iuris communis, & Gubernator procedere non potest secundum facultates ei datas, sed secundum ius commune. Quod eo magis erat dicendum in casu isto, cum Gubernator non haberet facultatem procedendi in caussis 1500. ducatorum præter ius commune. Quare etiam ex huiusmodi capite procedere debebat secundum ius commune, & non vigore facultatum. Et ita fuit tentum die 5. Decembris 1554. in vna Romana bonorum corã Domino Oradino, *vt in eius lib. fol. 476.* 1

SVMMARIA.

1 *Commissionis caussæ sufficit maiorem partem verificari.*

2 *Papa non potest decipi in his, quæ sunt iuris.*

DECISIO CLXIII.

COmmissionis caussæ, quæ habet in se plures interesse habentes, sufficit expressionem maioris partis † verificari. *Bart. in l. fin. num. 15. de colleg. illic.* Nec Papa † potuit decipi in his, quæ sunt iuris, *vt per Felyn. in cap super literis, numer. 19. de rescript. & Bisignet. decisio. 13. de preben.* Et ita fuit tentum in caussa Romana fideicommissi de valle, coram Domino Accorambono die 21. Octobris 1555. *fol.* 403. 1

COMPATERNITAS.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas contrahitur per tactum.*

DECISIO CLXIV.

COmpaternitas † contrahitur per tactum secundum Geminia. *in consilio 110. ca. 130.* Et ita tenet Rota prout resolutum fuit in vna Veneta matrimonii coram Accorambono Decano, Venere 19. Februarii 1552. *vt in eius libro folio 74.* 1

COMPROMISSVM.

SVMMARIVM

1 *Compromissum factũ per beneficiatos an valeat.*

2 *Alienatio sequi potest ex compromisso.*

3 *Alienatio etiam per episcopum fieri non potest in praiudicium successorum.*

4 *Laudo lato in praiudicium ecclesia, & beneficiatorum successorum, episcopus stare non tenetur.*

5 *Laudum non potest ratificari in praiudicium tertii.*

DECISIO CLXV.

COmpromissum factũ † per beneficiatos absque consensu episcopi & Papæ, & 1

laudum illius vigore subsecutum, non præiudicat episcopo, & beneficiatis successo-
2 ribus. Ratio est, quia ex eo † sequi poterat alienatio *secundum Abb. in c. cum tempore, nu. 3. de arbit. Lap allega. 102.* Quæ alienatio etiam
3 per † episcopum fieri non potest sine interuentu superioris, *vt per Doct. in cap. 2. de transact.* Et ideo non tenetur episcopus † stare
4 laudo lato in præiudicium ecclesiæ, & beneficiatorum successorum. *Cardinal. Ant. de Butr. Abb. & Imol. in d. cap. cum tempore.* At in hoc casu cum non interuenerit auctoritas episcopi nec Papæ, laudum fuit nulliter la-
5 tum, nec potest ratificari † in præiudicium tertii, & minime præiudicat beneficiatis successoribus. *Ioan. Bart. de Perusio, de arbit. cap. 4 lib. 2.* Et ita fuit tentum coram Anto. Augustino in vna Burgen. iurisdictionis, die 4. Nouemb. 1551. *vt in eius lib. fol. 41.*

SVMMARIVM

1 *Compromissum quando dicatur necessarium.*

2 *Papa potest mandare compromissum fieri inter partes.*

3 *Arbiter in compromisso necessario dicitur arbiter iuris, & habet iurisdictionem veri iudicis.*

DECISIO CLXVI.

1 Compromissum dicitur † necessarium, quando iudex cogit partes ad componendum, cum videt alias non posse sedari discordias, & lites, vel si partes diu litigauerint. *Paul. & Alexan. in l. quidam existimauerũt, & ibi Ias. num. 4. ff. si certum petatur, per text. in ca. placuit 9 distinct. Abb. in cap. humilis. de maior. & obedie.* Tanto magis, quando lis est inter sorores, prout communiter sunt statuta per Italiam, vt hic Romæ, quæ cogunt ad compromittendum. Et fortius necessariũ
2 dicitur compromissum, quando Papa † ita mandauit. quod facere potuit, *cap. cum inter seniorem, & ibi Ana. de elect. Paul. & Alex. in d. l. quidam existimauerunt, & ibi Ias. num. 4. versi. 3. fallit, in Papa.* Et Arbiter tunc dicitur arbiter
3 † iuris, & habet iurisdictionem veri iudicis, *cap. peruenit 11. q. 1. c. arbitro. qui satisdar. cog. Dec. in cap. cui specialiter, in tertio versic. & not. de appel. Felin. in cap. fin. de re iudic. colum. penul. & fin.* Et in arbitriis statutariis M. Ant. Blanch. *in tract. de arbit. in 6. quæst. principali q. 1.* Et ita fuit tentum in vna Vrbeuetan. bonorum die 10. Februarii 1552. coram Domino Augustino, *vt in eius lib. fol. 47.*

COMPVLSORIALES.

SVMMARIA

1 *Compulsoriæ exsecutor non potest demãdare examen testium fallit, vt num. 2.*

3 *Iuramentorum testium receptio est iurisdictionis & ideo delegari non potest.*

DECISIO CLXVII.

1 Compulsorialis iudex † seu exsecutor cõpulsoriæ non potest demandare examen testium, & si demandauit alicui, ille cui erat demandatum, non poterat aliquid facere, quod esset validum. *Ro. decis. 258. in no. alias 8. de offic. deleg. & in antiq. decis prima, eodem tit. & decis. 31. de rescript. in antiq. Franc. in cap. cum causam colum. 4. q. 7. vers. & ex prædictis omnibus, & Præposit. ibidem q. 3. de appell.* nisi † in delegatio- 2
ne sua ipsi exsecutori data fuisset potestas subdelegandi, quia licet exsecutor posset recipere iuramentum testis, & deinde demandare examen, non † tamen potest iura- 3
mentum demandare, cum sit iurisdictionis illud recipere. Ita fuit tentum die 12. Iunii 1551. coram Domino Capisucco in vna Nicien. Parochialis de Rocha Bileria, *vt in eius lib. fol. 191.*

SVMMARIA.

1 *Compulsor iudex de stylo suspectus non allegatur, & quatenus allegetur, requiritur speciale mandatum.*

2 *Animo residentia non possunt per procuratorem sine speciali mandato explicari.*

3 *Iurium pro bona extractione, quando fuerit in Rota tentum.*

DECISIO CLXVIII.

Compulsorialium † iudex suspectus de 1
stylo Curiæ, non allegatur, & quatenus allegetur, non admittitur talis allegatio, quando allegatur suspectus a procuratore, qui non habeat speciale mandatum, quod requiritur ad iurandum aliquem suspectũ. *Paris. consi. 31. num. 72. volum. 1.* Ea ratione, quia caussa suspicionis residet in animo, & quæ in animo retinentur, non possunt † per pro- 2
curatorem explicari, nisi habeat speciale mandatum, *vt per eundem Paris. d. cons. 31. num. 112.* Sed quia iura extracta † erant collatio- 3
nata, & seruata erant omnia alia; fuit tentũ ꝑ bona extractione, die 15. Iunii 1551. coram Domino Reomano in vna Fulginaten. Canonicatus, & præbendæ, non obstãte quod iudex cõpulsor fuerit allegatus suspectus, *vt in eius lib. fol. 223.*

SVMMARIA

1 *Compulsoriales speciales non dantur vbi constat de calumnia.*

2 *Calumnia quo pacto colligatur?*

3 *Compulsoriales speciales quando non concedendæ?*

DECISIO CLXIX.

Compulsoriales † speciales non dantur, 1
vbi constat de calumnia. *Roman. cons. 273. Felyn. in cap. de cetero, num. 12. de re iudic. Cassad. decis. 3. de dilat.* Calumnia † colligitur ex eo, 2
quia Camerarius, & clerici cameræ mãdarunt literas delendas esse a registro, & fuerunt deletæ: & sumtum productum pro primo pro obtinendis compulsorialibus, nihil plus continet, quam originale, quare compul-

3 compulsoriales fuerunt denegatæ† pro extrahendis literis, quæ erant in partibus, vnde frustratoriæ videbātur compulsoriales, exsecutio non commodum, sed dispendiū potius vtrique parti erat allatura. *Felyn. in c. primo, colum. penulti. circa finem, de appellat. & Cassador decisio 2. numero primo, de dilat.* Et ita fuit tentum die *12.* Februarii *1552.* coram Dom. Augustino in vna Barchinonē. spolii, *prout in eius lib. fol. 53.*

SVMMARIA.

1 Compulsorialis processus licet sit nulliter fabricatus defectu citationis, an & quando fidem faciat?

2 Publicatio notarii actuarii, qui fuit præsens in confessione processus, cum recognitione manus ipsius in curia, operatur, vt processus licet nullus habeatur pro authentico instrumento.

DECISIO CLXX.

Compulsorialis processus licet fuerit nulliter fabricatus ex eo, quia citatio-
1 nes non fuerunt legitime exsecutæ, nec fuit exspectatus dies termini, tamen, † quādo ille processus est publicatus per notarium actuarium, qui de illo rogatus est, fidem facit. *Rot. decisio prima, in nou. de fid. instrumen. & 4. In antiquis eodem titul. & Fely. in cap. fi. de fid. instrumen. numer. 7.* Et maxime, quia dictus notarius attestatur, quod fuit præsens in confectione illius processus, & manus sua fuit recognita hic in curia, & propterea hā-
2 betur † pro instrumento authentico. Et ita fuit tentum coram Domino Augustino die *4.* Nouembris *1552.* in vna Burgen. Graderię, *prout in eius lib. fol. 331.*

SVMMARIVM.

1 Compulsoriales speciales an retardent processum caussæ.

DECISIO CLXXI.

1 Compulsoriales speciales, † retardāt processum caussæ, sicut remissoriæ. Ita seruat Rota, & dantur prorogationes ad illas expediendum, sicut dantur pro expeditione, & exsecutione remissoriæ. Ita fuit dictū in caussa Tholetana de Galapar coram Domino Vestano 16. Nouembris *1552. vt in eius libro folio 372.*

SVMMARIVM.

1 Nullus est processus compulsorialis iudicis, ipso suspecto recusato, cum appellatione, etiam, quod appellatio sit deserta & quare.

2 Nullitatis via, quādo processus possit reuocari deserta appellatione.

3 Recusationis caussæ quæ dicantur in compulsore, & an iusta sit caussa, quod iudex Rotalis sit mortuus?

4 Mortuo iudice Rotali, qui expediuit compulsoriales, possunt alii coadiutores exercere pro illo, vel alias impedito, iurisdictionem.

5 Recusationis caussa an sit legitima in compulsore, quod sit subditus aduersarii.

6 Vasallus præsumitur fauere Domino suo, etiam quod clericus sit.

7 Clericus habetur pro laico in temporalibus.

8 Clericus non gaudet priuilegio clericali in temporalibus, nisi in certis casibus & quibus.

9 Recusatus iudex procedens ad vlteriora, stante partis appellatione, facit se aduersarium.

DECISIO CLXXII.

Compulsorialis iudex, quando est recusatus † suspectus, & est appellatum ab 1
vlteriori suo processu, quicquid postea fecerit nullum est. *Abb in cap. quoniam contra, num. 13. versic. sed quæro, de probat. Alexand. in l. quia poterat numer. 6 ff. ad Trebelli. & consil. 89. per totum, volum. primo, & consil. 12. numer. 6. volum. 6.* Etiam, quod appellatio deserta sit, quia per viam † nullitatis processus potest 2
reuocari. *Alexand in d. l. quia poterat, colum. 2. versic. sed facta. Oldrad. consilio. 303. vers. ad id quod.* Et ita seruatum fuit pluries in Rota. Verum, quia multæ † caussæ recusationis 3
allegabantur, inter quos illa, quod iudex Rotalis mortuus erat, vna est: quia non respicit iudicem compulsorē, & nihil refert, quod mortuus sit iudex caussæ, quia remanet tribunal † Rotæ, in quo sunt alii coaudi- 4
tores, qui vigore generalis commissionis, possunt exercere iurisdictionem pro mortuo, vel alias impedito. Ad aliam caussam suspicionis allegatam, videlicet, quod dictus iudex erat subditus † partis, cum qua 5
agebatur, & allegabatur pro nullitate. *Abb. in cap. accedens, el primo, vt lit. non contest. & glos. in cap. accusatores 3. quæstione 5.* domini voluerunt, quod super hoc particulariter dubitaretur. Et ita tentum die 13. Ianuarii *1553.* coram Domino Accorambono Decano in vna Tholetana decimarum, *vt in eius lib. fol. 20.* Et die 27. Ianuarii d. anni coram eodem fuit dubitatum, an stantibus verbis recusationis, videlicet, dominatio tua non potest cognoscere, hanc caussam, cum sit odiosa, & suspecta principalibus meis, quia incola ciuitatis Caurien. quæ est de dominio Ducis de Alua, & per consequens eius vasallus, qui non potest esse iudex in caussa Domini tui, recusatio fuerit iusta, vel non, aut saltem talis, propter quam iudex procedere non potuerit ad vlteriora, nisi præuia cognitione, Domini pro maiori parte tenuerant pro iustitia caussæ recusationis, *secundum Alberic. in cap. accedens, el primo, colum. 2. versicul. not. quod subiectus, numero octauo, vt lit. non contest.* Cum præsumatur † fauere Domino suo, etiam quod cleri- 6
cus sit, quia vt laicus, † habetur in tempo- 7
ralibus. *Abb. in cap. cum dilectus, in tertio, no-*

ta. de iur. patron. quem refert Felyn. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ colum. 4. ver. nota casum, de constit.
8 Et in temporalibus clericus † non gaudet priuilegio clericali, nisi in certis casibus, quos late prosequitur Curt. *in tractat. de consuet. num.* 299. Et quia post allegatā caussam recusationis pars appellauit, illa appellatio annullat processum postea factum. Quare si iudex non ita præcipitanter processisset, sed secūdum formam iuris, caussa prædicta forsan probata non fuisset, videlicet quod iudex esset incola, & subditus Ducis ratione bonorum patrimonialium. Verum, quia
9 spreta appellatione processit,† fecit se aduersarium, quia noluit appellationem admittere, *l. si appellationem, vbi glo. in verb. sententia C. de appel. Felyn. in cap. cum super numer. 3. de offic. deleg. & in cap. postremo, num. 2. de appell.* Verum, quia Domini considerabant, quod etiam dato, quod esset nulliter extracta Bulla, tamen ad effectum, de quo agitur, iūctis aliis adminiculis forsan sufficeret ad probandum datam Bullæ Alexandri sexti. Ideo voluerunt super hac difficultate particulariter dubitare, *vt in lib.* D. Accoramboni Decani de anno *1553 fol. 59.*

SVMMARIA

1 *Clausula, quando non dicantur iura legitime?*
2 *Subdelegari non potest articulus iurisdictionis exercendæ quoad testes, per delegatū Principis.*

DECISIO CLXXIII.

Compulsata † non sunt iura legitime, nec sunt in forma probāti, ex quo sub-
1 delegatus delegati a Principe cōmisit examen testium super recognitione, notario simpliciter, & notarius citauit partes, & exercuit articulum iurisdictionis, qui non poterat † subdelegari a delegato Principis.
2 *Rot. decis. 3. & 8 de offic. deleg. in no. Franc. in c. cum caussam. q. 4. & 7. de appell. extra.* Et ita fuit tentum die *21* Nouembr. *1554.* in vna Astoricen. Abbatiæ coram Domino Oradino, *vt in eius lib. fol. 436.*

SVMMARIVM

1 *Compulsorialis iudex non potest esse regularis, & si compulset, facit acta nulla. Etiamsi pars fuisset præsens, & non opposuisset.*
2 *Religiosus non potest se intromittere in iudicialibus, sine consensu sui superioris.*
3 *Regularis non potest esse arbiter.*

DECISIO CLXXIV.

Compulsorialis iudex, eo, quia erat canonicus & regularis, † facit iura com-
1 pulsata non legitime extracta, licet in extractione pars excipiens fuisset præsens, & non oppofuisset, non obstante, quod religiosus possit exercere iurisdictionem, parte non opponente, vt tradit Lud. Roma *consil. 409. num. 6. Aymo. consil. 150. num. 2.* Et fuit tentum, quod religiosus non † possit se intromittere in iudicialibus sine consensu 2
superioris, *clem. religiosus de procurat.* Et non posset † esse arbiter, *l. Pedius §. inseruum. ff. de arbit. Dec. cons. 494. Rom sing. 242. religiosus.* 3
Quod huiusmodi extractio esset nulla, tenuerunt Domini in vna Barchionen. anniversariorum coram do. Reomano die 4. Maii *1555. fol. 342. eius libri.*

SVMMARIA.

1 *Compulsata iura bene dicuntur, quando quis fuit citatus ad constituendum procuratorem, & non constituit, eo maxime, quādo fuisset illi præfixus terminus ad constituendum.*
2 *Notarius compulsorialis potest inserere instrumentum clericatus, habens episcopi subscriptionem, in compulsoriis.*

DECISIO CLXXV.

Compulsata † iura bene dicuntur, quando quis in obtinēdis literis, fuit citatus 1
ad constituendum procuratorem, & non constituit, nisi postquam compulsoriæ fuerunt ad partes transmissæ, eo maxime, quia fuit sibi terminus præfixus ad constituendum, & sibi imputandum est, si fuit in partibus processum per affictionem. Imo vnus ex Dominis dixit, quod in fortiorib. non tenebatur citare illos, etiā si sciuissent per dec. *Ægid 681.* tamen omnes fuerant pro validitate extractionis, & quod notario † 2
compulsoriali licuerit inserere instrumentum clericatus stāte subscriptione episcopi, ad quæ omnia facit Decius *consil. 650. in casu num. 6.* Et ita tentum, die *11.* Octob. corā do. Reomano, *1555. fol. 432.*

CONCILIVM.

SVMMARIA.

1 *Concilium Lateranen. a Leone 10. celebratum requirit specialem derogationem, & quare?*
2 *Constitutio conciliaris dicitur habere tacite derogatoriam clausulam.*
3 *Concilium addens alteri concilio generali, requirit specialem derogationem, nec sufficit dicere, nō obstante ordinatione concilii.*

DECISIO CLXXVI.

Concilium Latera. sub Leone *10.* celebratum sessione 9. §. dispensatione, in reformatione curiæ, requirit specialem de 1
rogationem, quia est constitutio conciliaris, quæ † dicitur habere tacite derogatoriā 2
clausulam, secundum Archid. *in ca. 1. de constitut. in 6. Roman. in l. si vero §. de viro, num. 45. in 23 Fallen. ff solu. matri. Fely. in c. nonnullis. colum. 4. in reg. de rescript.* Et cum addatur † concilio 3
generali, de quo *in cap. de multa de præb.* non dicitur derogatum per clausulam, non obstante ordinatione concilii Lateranensis, prout resolutum fuit in caussa Salantina parochialis de Mingueda die 20. Maii. 1551

1551. coram Domino Reomano, *vt in eius libro folio 150.*

SVMMARIA

1 *Concilium Lateranen. quo prohibetur impositio pensionis super ecclesiis, habet locum nedum in Cathedralib. verum etiam in monasteriis, & ratio?*

2 *Verbi (huiusmodi) vis.*

3 *Concilium Lateran. prædictũ est fauorabile monasteriis, & quare?*

4 *Pensiones imponunt onera, & seruitutes ecclesiis.*

5 *Ratio eadem vbi militat in duobus, idem ius in vtroq; statuendum.*

6 *Appellatione ecclesiæ in fauorabilibus, veniũt monasteria.*

7 *Consuetudo interpretatiua curiæ seruat, vt concilium prædictum Lateran. non seruetur in monasteriis, & nu. 9.*

8 *Consuetudo curiæ interdum per Rotã amplexa.*

9 *Practica cancellariæ interdum per Rotam adhibetur.*

DECISIO CLXXVII.

1 Concilium Latera.† quo prohibetur impositio pensionum super ecclesiis, habet locum, nedum in ecclesiis Cathedralibus, verum etiam in monasteriis, attentis verbis concilii. Et est ratio: quia concilium in præcedentibus, loquitur de monasteriis, postea prohibet, quod ecclesiæ nõ grauentur pẽsionibus, & addit verbũ (huiusmodi) quod facit, vt referatur ad ecclesias, de quibus in præcedentib. fuerat factamentio.
2 Ea enim est † vis illius verbi huiusmodi, vt intelligatur de his, de quibus in præcedentib. dictum fuerat, *cap. 1. § contrahentes, & cap. 2. de foro compet. in vi. cap. 2. §. 1. de iuram. calum. in 1. glos. in verbo, huiusmodi, in proœmio, 6. glos. & ibi Franc. in cap. 2. colum. 1. in fi. vt lit. penden. in*
3 6. Accedit, quod cum sit fauorabile † monasteriis & ecclesiis, vt non grauentur pensionibus, *cap. mandato, de rescript.* cum pensio-
4 nes † imponant onus, & seruitutes ipsis ecclesiis. *Caccial. in tractat. pens. quæst. 8. & Gigas, eod. tractat quæst. 45. & quæst.* 87. Merito, quia
5 eadem ratio † militat in monasteriis, quæ militat in ecclesiis Cathedralibus. Idem dicendum est, quod dispositio conciliaris prohibens super ecclesiis cathedralibus pensiones imponi, comprehendat etiam monasteria, vt idẽ ius militet in vtroq; casu: & maxime, q[ui]a in fauorabilib. appellatione
6 † ecclesiarum veniunt monasteria. *Anchar. Card. & Abb. in c. 2. de consuetud.* tamen, quia
7 consuetudo † interpretatiua curiæ aliter se habet, vt scilicet non seruetur illud concilium in monasteriis, domini voluerunt
8 transire cum † consuetudine curiæ, de qua nobis constitit per relationem R. D. Fabii Accoramboni Decani, qui cum esset iudex caussæ, se informauit a peritis, & vt nobis retulit, consuluit Reuerendissimum Dominum Iacobum Puteum Cardinalem, qui fuit Auditor Rotæ: Reuerẽdum domi. Barengum episcopum Latinen. Secretariũ serenissimi domini nostri Iulii tertii, qui fuit primarius abbreuiator de maiori, & Dominum Ludouicum Milanensium abbreuiatorem de maiori peritissimum, & quam plures alios dominos abbreuiatores de maiori. Qui omnes dixerunt concilium
† Lateranen. circa impositionem pensionũ 9
super monasteriis, reseruari de consuetudine curiæ. Et ita fuit seruatum in vna Treueren. pensionis coram D. Decano prædicto, die 5. Decembr. 1551. *vt in lib. suo fol. 443.*

CONCORDATA.

SVMMARIA

1 *Concordata Germaniæ habent locum etiam in beneficio iurispatronatus: amplia, vt hic.*

2 *Patronus est iurisdictionis illius episcopi sub cuius iurisdictione beneficium illud est situatum.*

3 *Collator dicitur de illa diœcesi, in quã situm est beneficium, licet ipse sit alterius.*

DECISIO CLXXVIII.

Concordata Germaniæ † habent locum 1
etiam in beneficio iurispatronatus, etiam, quod Patronus non sit de ciuitate subiecta concordatis. Et ratio est, quia benefi-
cium est situatum sub diœcesi Metensi, quo 2
casu dicitur subesse patronus illius beneficii iurisdictioni episcopi Meten. ratione rei eiusdem episcopo subiectæ, *text. est in ca. 2. de supplend. neglig. prælatorum, per quem text. ita consuluit Roman. consilio 361. colum. 1. in princ. & colum. 2. & consilio 376. colum. 1. & 2. refert Cassane. consilio 31. numer. 26.* Nec obstat, quod episcopus sit diœcesis Tullen. quia ratione beneficii siti in dicta diœcesi Meten. ipse
etiam collator † dicitur fuisse sortitus illius 3
forum, *cap. fin. de for. compe. l. fi. C. vbi in rem actio.* Quapropter fuit tentum prouisionem Apostolicam non posse canonizari, quia concordata obstant. In caussa Meten. parochialis corã Domino Guidobono 19. Nouembr. 1552. *vt in eius lib. fol. 407.*

CONDEMNATIO.

SVMMARIVM

1 *Condemnatio in expensis quando fiat in secunda instantia.*

DECISIO CLXXIX.

Condemnatio in expensis fit in secunda 1
instantia contra eum, qui obtinuerat sententiam fauorabilem in prima, quando sententia reuocatur ex eisdem actis, secus si ex nouiter deductis. *Rot. decisio 251. alias 10. de dol. & contumac. in nou. Guidobon. Pap. decisione 137. & 436. quæstione 48. Capell. Tholos.*

decis. 222. Milis in verb. expensarum, & vide alios cumulatos infr. in verbo, sententia quando ex eisdem actis. Et ita hodie obseruatur, vt fuit tẽtum in caussa Gerunden. nullitatis censurarum, seu molestationum, coram Dom. Ioanne Suauio Romano, die Lunæ 14. Martii *1552 prout in eius lib. fol. 79.* Et similiter confirmatum fuit in hac eadem caussa coram D. Fantuccio, die 14 Octobris *1552. vt in eius lib. fol. 347.*

CONDVCTOR.

SVMMARIA

1 *Conductor quando possit se excusare a caducitate ob pensiones non solutas?*

2 *Conductor propter expulsionem potest agere ad interesse, & ad omnes fructus & omnia lucra, quæ ex re locata esset percepturus toto tempore locationis.*

3 *Conductor propter contrauentionem locatoris, habet pro damnis, & interesse, hypothecã omnium bonorum locatoris, & potest vti retentione pensionum debitarum lite pendente.*

4 *Caducitas euidatur si non fuit solutum per errorem.*

5 *Mora quando non dicatur incursa.*

DECISIO CLxxx.

1 COnductor, qui prætendit se esse creditorem occasione damnorum, & interesse cantorum propter expulsionẽ factam a locatore a reconducta, potest se excusare a caducitate incursa ob pensiones non solutas, quæ lite pendente decurrerũt. Tum, 2 quia propter † expulsionem potest agere ad interesse, & ad omnes fructus, & omnia lucra, quæ ex re locata erat percepturus toto tempore locationis. *l. si fundus. verf. nam, & si colonus, vbi glos. & omnes, l. qui fundum l. si in lege, §. si colonus, vbi Castren. l. qui insulam ff loca.* Tũ etiam, quia propter contrauentionem locationis, cõductor pro damnis, & interesse 3 habebat hypothecam † omnium bonorum locatoris, vt in instrumento locationis accedatur, & ideo conductor probabiliter poterat vti retentione pensionum debitarum lite pendente. *Paris. consi. 100. nu. 35 & 35. & 36. volum. 2. post Corne. in consilio. per eum allegato.* Quod suadetur, quia sicut caducitas 4 euitatur, si non fuit † solutum per errorem, *secundum Ias. in l. 2. q. 16. verf. limita tamen hanc conclusionem, C. de iure emphyte.* Pari modo videtur dicendum: quod fuerit licita retẽtio propter ius tam caussam spolii commissi in locatore, ex quo orta fuit actio non solũ ad fructus, sed etiam ad totale interesse & lucrum, quæ omnia ex liquidat in actis facta, erant deducenda, & antea non dicitur mo5 ra † incursa, *secundum Bal. in l acceptam, oppos. 6. C. de vsurpa. & per Afflict. decis. 520.* Et ita resolutum coram Domino Ant. Augustino in vna Bononien. locationis bonorum, die 8. Iunii. *1552. vt in eius librofol. 93.*

SVMMARIA

1 *Conductor pendente lite super caducitate, si cessat in solutione pensionis, incurrit caducitatem, & ratio?*

2 *Ius superueniens pendente iudicio ex caussam de præterito, facit conualidare iudicium.*

3 *Barto. in l. si Titius, numer. 2 ff. de verbo obliga. declaratur.*

4 *Petenti totum, an quis teneatur partem offerre.*

DECISIO CLxxxI.

COnductor pendente lite super caducitate, † si cessat in solutione pensionis, 1 incurrit caducitatem. *Capic. decis. 16. nume. 6. verf sed quoniam.* Et ratio est, quia ius super- 2 ueniens pendente iudicio ex caussa de præterito facit conualidare, iudicium, *l. si rem, §. fin ff. de pigno. act. l. si mandauero tibi, vt a Titio, ff mand. Bart in l si Titius, nu 2 ff de verbo. oblig. Cape Tholo. q. 30.* Non obstat doctrina Bart. *in l. qui solidum, ff. de legat. 2.* quia in casu 3 suo vera est, dum dicit, quod si quis petit totum, † nõ tenetur reus ei partem offerre, 4 ex quo a principio vere non debebat totũ. Sed si pendente lite totum debetur, non habet locum doctrina Barto per leges allegatas per Cap. *in d. dec. 16.* Qui textus omnes loquuntur, quando ius superuenit circa eandem rem petitam. Et ita fuit resolutum die 26. Octobris *1551.* in vna Bononien. locationis corã Domino Antonio Augustino, *vt in eius lib. fol. 238.* Supradictã decisionem confirmarunt Domini die 4. Nouembris 1551. *vt in eius lib. fol. 49.* de qua decisione videas infra *in ver. iudicium.*

SVMMARIA

1 *Conductor ex cessatione vnius termini tantum, incidit in caducitatem, si in contractu est appositum iuramentum, idem stante statuto, vt quis cadat cessando in solutione.*

2 *Caducitati aperitur locus ex defectu solutionis in vno numero.*

DECISIO CLxxxII.

COnductor ex cessatione † vnius termini 1 tantum in solutione canonis seu mercedis, incidit in caducitatem propter iuramentum appositum in contractu. *Alexan. consil. 85. volum. 1.* Item propter statutum ciuitatis Bononiæ, disponens, quod si cessauerit in vna solutione conductor incurrat in caducitatem nec opitulãtur oblationes, quia non fuerunt factæ pro integra summa debita, & defectus solutionis in vno nũ- 2 mo, aperit locum caducitati. *Ias. in l. 2. quæst. 16. num. 54. C. de iure emphy. & in auth. qui rem, num. 16. verf. reuertor. C. de sacrosanct. eccl. And. sicul. consil. 36. num. 8.* Et in istam partem Domini inclinarunt die 2. Decembris *1551.* coram

ram domi. Augustino in vna Bonon. locationis, *vt in eius lib. fol. 52.*

SVMMARIA

1 *Conductor impeditur a locatore, vt non possit vti re conducta, potest petere damna, & interesse.*

2 *Locator tenetur ad interesse conductori, quando non præstitit patientiam, vel dedit caussam, vt alius impediret, quem potuit prohibere.*

3 *Conductor potest a locatore petere tantũ lucrum, quantum fuisset facturus in toto tempore impedimenti sibi præstiti pro locatorem.*

4 *Conductor debet liquidare damna, & interesse passa ob impedimentum locatoris, nec statur iuramento.*

DECISIO CLXXXIII.

1 Conductor si impeditur a locatore, vt non possit vti re conducta, potest petere damna, & interesse etiam, quod conductor cōsenserit appositioni sequestri super fructibus rei locatæ Ratio est, quia quando

2 locator † non præstitit patientiam vtendi, & fruendi, vel dederit caussam, vt alius impediret, quē potuit prohibere, tenetur ad interesse, *l. si in l. § si colonus in fin. & l. si fundus, vers. nam & est text. in l. merces, §. 1. eod. titu.* Et ibi Bart. quod tenetur ad totale interesse quoad consenserit in his, quæ specificātur, *in l. ex conducto in princ. eod. titu. & ex aliis caussis, vt ibi dicit glos. 1.* Præterea conductor potest

3 † petere tantum lucrum, quantum fuerit facturus in toto illo tempore, *vt in d. §. si colonus, & in l. si fundus.* Quare Bentiuoli propter spolium ab eis commissum tenentur ad prçmissa, si dederunt caussam sequestrationis, quæ tamen damna, & interesse liqui-

4 danda † sunt, nec est præstandum iuramentum ad illorum probationem. Et ita fuit tētum, die *15.* Ianuarii *1552.* in vna Bononien. locationis coram dom. Ant. Augu. *prout in eius libro fol. 23.*

SVMMARIA

1 *Conductor molendini, qui sublocauerat aliquib. an possit prætendere aliquod interesse si primus locator subconductores expulerit?*

2 *Restaurum seu recompensa cōductori non datur, damno non probato.*

DECISIO CLXXXIV.

1 Conductor molendini, † qui sublocauerat Matthæo & Orlando pro certa quātitate farinæ quolibet anno, non potest prætēdere aliquod damnum, vel interesse, licet procurator Bentiuoliorum acceperit possessionem Molendini, & expulerit Molendinarios, deinde locauerit eidem Matthæo molendinum eodem modo, & forma quib. conductor sublocauerat eidem Matthæo, & Orlando, qui Matthæus ponebat farinam in arca, cuius clauem tenebat cōductor, & Matthæus illam extrahere non poterat sine licentia conductoris. Et ideo dicebatur, conductorem male agere ad interesse propter spolium ab eo prætensum, cum ipse potuisset prohibere, ne farina ꝑueniret ad manus Matthæi, & cum ex illa conductione nullum damnum passus sit, nullam recompensam habere debet, quæ sine damno † non datur, *l. damnum C. loca.* Et 2

propterea Domini tenuerunt die *15.* Febr. *1552.* in caussa Bonon. locationis coram D. Ant. Aug. quod propter prædictam locationem factam per comitem Frāciscum, Peregrini non possunt prætendere damnum si possent recuperare, vel recuperauerint ab illo Matthæo summā cōtentā in locatione facta per Peregrinos, *prout in eius li. f. 64.*

CONFESSIO.

SVMMARIA

1 *Confessio resignantis non probat vltimũ statum beneficii, & quare.*

2 *Resignantis confessio non potest praiudicare successori non habenti titulum ab eo.*

3 *Confessio partis in titulo non prodest ad adiudicatoriam.*

4 *Confessio facta in his, quæ a potestate confitentis non dependent, non nocet.*

5 *Confessio an, & quando debeat aliunde iustificari.*

DECISIO CLXXXV.

Ex confessione resignantis non † probatur vltimus status beneficii, videlicet, quod hospitale sit ad nutum communicātis amouibile contra resignatarium, quia 1

resignans † non potuit ecclesiæ præiudicare cum confessione extraiudiciali colludēs cum communitate. *Rota in nou. decisione 466.* neque etiam successuri, in quo nouus titulus creatur non dependēs a prædecessore, *cap. 1. de præscript. Sarnen. in reg. de triennali quæstio. 13. numer. 3.* Et confessio partis in titulo † 2

non prodest ad adiudicatoriam. *Rota in antiquis decisio. 244. & in decisio. 408. & in nouel. 421. Fely. in cap. olim. colum. penult. versi. adde etiam. de rescrip.* Quia dicitur confessio facta in 3

his, † quæ a potestate confitentis non depēdent, & propterea non nocet, *cap. super eo, de eo, qui cognou. consang. vxor. sua. Roma. consilio. 260 num. 4. Aretin. consilio 13. colum penult. & vltima. vers. vnde cum neget. Aymo consilio 93. numer. 1.* tum maxime, quia confessio aliunde non † iustificatur, *l. 1. §. diuus Seuerus, ff. de quæstio. Decius consilio. 564. numer. 70.* Et sic ex dicta cōfessione vltimus status beneficii non fuit habitus pro iustificato, vt fuit resolutum die 8. Iunii 1551. coram dom. Reomano in vna Mediolanen. hospitalis de Vari. *vt in eius lib. fol. 147.* 4

5

SVMMARIA

1 *Confessio sub quibus verbis non inducat cassationem regressus.*

2 *Confessio partis in ciuilibus diuidi non potest, sed vel in totum recipi, vel in totum reiici debet.*

3 *Coniecturæ, quæ apparent de aliqua mente cassandi regressum, valde prodest.*

DECISIO CLXXXVI.

1 Confessio facta sub his † verbis in epistola, videlicet. *Et io per che l'vna, & l'altra parte si pacificassero, ho cassato non solo il regresso, ma ancora la pensione che sopra io ci teneuo*) non inducit cassationem regressus, nisi constet aliunde de cassatione, quia illa confessio erat correspectiua ad hoc, vt partes con-
2 cordiam facerent. Et in ciuilib. † confessio partis non potest diuidi, sed, vel in totum recipi, vel in totum reiici. *Bartol. in l. Aurelius § idem quæsit. ff. de libert. lega.* Et ita seruat Rota: sed si aliunde constaret de aliqua mente cassandi, vel de cassatione regressus, tunc illa confessio multum operaretur ad inducendam cassationem. Et ita tentum die 4. Nouembris 1551. in vna Regien. Abbatiæ coram Domino Decano, *vt in eius lib. fol. 13.*

SVMMARIA

1 *Confessione ex productio instrumenti, quando non præiudicet.*

2 *Confessio facta in transactione non nocet confitēti, si transactio non valet.*

DECISIO CLXXXVII.

1 Confessio tacita † contentorum in instrumento tunc præiudicat, quando actus, qui principaliter instrumentum continet, est validus: secus si est inualidus, etiam si instrumentum sit authenticum. Nā tacita confessio ex approbatione instrumenti non præiudicat, *l. 1. §. si quid ff. de verbo. oblig.* Et quod ibi scribentes notant cum Decio post Abb. *in cap. cum venerabilis, colum. 17. versic. 4. conclusio. de exceptio. & nume. 9. & sequen. Ægid. decisio. 395.* Et ita fuit resolutum coram Domino Reomano in vna Viterbi-
2 ensi, quod confessio † facta in transactione non nocet confitenti, si transactio non valet: vide in lib. anni 1531. coram Domino Vestano die 5. Iunii *fol. 84.*

SVMMARIA.

1 *Confessio instituti in beneficio facta in petitione institutionis probat contra confitentem.*

2 *Verba, quæ censeantur dispositiue prolata.*

3 *Verba noua prouisionis, quando habeant vim geminatæ confessionis.*

4 *Producens iura in iudicio, non potest illa impugnare, nam inducitur notorium.*

5 *Beneficium quando dicatur venire sub exspectatiua.*

DECISIO CLXXXVIII.

Confessio instituti † in beneficio facta in 1
petitione institutionis coram Vicario, in qua fatebatur, quod electio spectabat ad Capitulum, & canonicos, & se per prædictos fuisse electum, probat contra cōfitentem. *Cardin. consi. 69. num. 8. Cassad. de probati. decisio 4.* & verba illa † censentur dispositiue 2
prolata. *Iason in l. sed & si quis, §. quæsitum. ff. si quis caut. Bellam. decisione 125.* Et licet verba nouæ prouisionis relatiua sint ad institutionem: nihilominus eandem interpretationem recipiunt, *secundum Paris. consilio. 74. num. 33. volum. 3.* & habent † vim geminatæ 3
confessionis. *Paris. consilio. 77. numer. 37. eodem lib.* nec confitens potest illas confessiones impugnare, cum produxerit dicta iura in 4
iudicio, ex quorum productione inducitur notorium. *Felyn. in cap. cum olim, de senten. & re iudicat. & Afflict. decisione 78. numer. 7.* Ex quibus fuit resolutum, quod beneficium † veniebat sub exspectatiua, tantum ca- 5
dens sub regula modificatiua Indultorum, & ad minorum collationem spectet. Et ita fuit tentum in vna Vrbinaten. Parochialis sancti Bartoli coram Domino Antonio Augustino, 13. Aprilis 1551. *vt in eius lib. fol. 30.*

SVMMARIA.

1 *Confessio dubia in articulis datis per reum interpretatur in illius fauorem.*

2 *Confessio dubia facta per Abbatem interpretatur pro monasterio.*

DECISIO CLXXXIX.

Confessio dubia, † facta in articulis per 1
reum datis, interpretari debet in fauorem rei, secundum Antonium de Butr. *in cap. ex literis, el primo. de spons. & Bart. in l. inter stipulationem, § 1. de verbor. obligat.* Et ideo confessio, † quam fecit Abb. de Negera in 2
articulo decimoquinto, fuit interpretata pro Monasterio, licet pro & contra Monasterium possit intelligi vide Decia. *in con. 118. colum. fin. versic. 2. principaliter.* Et ita fuit tentum die 13. Octobris 1531. coram Domino Fabio Decano in vna Calguritan. de Nagera, *vt in eius lib. fol. 151.*

SVMMARIA.

1 *Confessio præcisa, & non tacita facta etiā in alio iudicio, semper præiudicat confitenti.*

2 *Viro bono non conuenit, vt quod semel dixit postea reuocet.*

3 *Confessio facta in precibus contra supplicantem probat.*

4 *Præsumitur expedita supplicatio nomine cōprehensi in rescripto, quando requiritur impensa pro expeditione literarum.*

DECISIO CXC.

Confessio præuia † & non tacita facta et- 1
iam

iam in alio iudicio, semper præiudicat con-
2 fitenti, quia non conuenit † bono viro, vt quod semel dixit postea reuocet. *Decia. in l. 2 colum. penult. C. de eden. numer. 92. & seqq. AEgid. decisione 3. Guido Papa decisione 254. & Abb. in cap per inquisitionem, numer. 12. de elect.*
3 Confessio † autem facta in precibus contra supplicantem probat, *l. cum precum, vbi Bald. & Salyc. C. de liber. cau. Fely. in cap. cum in iure, colum. fin. de offic. deleg.* Nec obstat, si dicatur, Ioannem Ludouicum supplicasse, & gratiam impetrasse, in qua erat illa confessio. Quoniam respondebatur, quod ex eo, quia in expeditione gratiæ fuit necesse facere
4 impensam, † quæ non potest esse ad minus 10. ducat. ideo expedita præsumitur de mandato eius, de cuius interesse agitur. *Bartol. in l. cum seruus, ff. de verb. obligat. l. fin. C. de alim. pup. præst.* Et ita in simili fuit resolutum in caussa Rodien. pecuniaria coram me de anno præsenti, circa expeditionem Bullæ commutationis voluntatis, & gratia erat facta motu proprio, & sic in fortioribus terminis. Et ita fuit tētum die 24. Octobris 1552. coram Domino August. in vna Cæsar augustana spolii collegii, *prout in eius lib. fol. 317.*

SVMMARIA.

1 *Confessio dubia etiam geminata, non probat.*
2 *Confessio in ciuilibus non potest diuidi.*
3 *Verba pluries repetita in vno instrumento, non dicuntur geminata, ita vt dicantur plures confessiones: nam pro vna confessione habentur.*
4 *Verba enuntiatiua sicut non probant propter se, ita non probant propter iuramentum.*

DECISIO CXC.

1 Confessio dubia † etiam geminata non probat, sicut in caussa Bononien. bonorum proponebatur, quod in instrumento enuntiatum pluries fuerit, quod Lucas seu alii occupauerant certa bona, & sic non firmabant pedes in Luca tantum, & quia non
2 poterat dicta confessio † diuidi, *secundum Bartol. in l. Aurelius, §. idem quæsiit ff. de lib. leg.*
3 Nec verba † pluries repetita in vno instrumento, dicuntur geminata, ita vt dicantur plures confessiones, quoniam pro vna cōfessione habentur, *secundum Decium in l. ex his, numer. 10. limit. 1. C. de milit. testamen.* Et ita fuit resolutum alias in ista caussa die 29. Aprilis 1552. coram eodem, *prout in eius lib. fol. 208.* Nec obstabat iuramentum. Nam si-
4 cut verba † enuntiatiua non probant propter se, ita non probant propter iuramentum. *Decian. in d. l. ex his, C. de milit. testamen. in 6. limitatione. Vital. de Gambal. in tractatu clausularum super verbo, de verbis enuntiatiuis, circa fin. Iason. consilio 38. volum. 3. AEgid. decisione 691. in 6. Fallen.* Et ita per duas positiones resolutum fuit in caussa Bononien. bonorum coram Domino Chiffanen. die 29. Aprilis & 13. Maii 1552. *vt in eius lib. fol. 207. & 243.*

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in articulis per principalem, non potest reuocari, quando non constat de errore: præsertim quando super articulis fuit lata sententia, & eo maxime quando est geminata, numer. 2.*

DECISIO CXCI.

Confessio facta † in articulis per principalem, non potest reuocari, quando non constat de errore. *Rot. decisio. 2. de confessio. in nou. & decisione 32. de testam. in antiqu.* Et eo magis, quia super istis articulis fuit lata sententia, *l. error. C. de iur. & fact. ignorant.* Et ita tentum fuit in caussa Romana vineæ, coram Domino Antonio Augustino 22. Iunii 1552. *vt in eius lib fol. 271.* Idem etiam coram eodem in caussa Placētin. parochialis de Valuerde tentum fuit die 21. Nouembris 1552. *per cap. fin. de confess. Bellam decisione 125.* Et eo maxime, quando † est geminata, *secundum Roman. consilio 346. numer. 9. Felyn. in cap. si cautio. de fid. instrumen. vt in eius libro fol. 363.* 1

SVMMARIA.

1 *Confessio, vis & metus facta per patrem in precibus, præsumitur etiam facta a filio.*
2 *Vtens breui in iudicio præsumitur illius impetrans, quamuis breue eius nomine non esset impetratum.*
3 *Procurator licet expresse confitendo non possit Domino præiudicare: secus tamen est in tacita, quæ oritur ex productione.*
4 *Confessio filii an præiudicet sibi, vti successori patris.*
5 *Productio per compulsum quod non præiudicat producenti, intellige in iuribus alienis, secus in suis.*

DECISIO CXCIII.

Confessio, vis † & metus facta per patrem in precibus Papæ porrectis, præsumitur etiam facta a filio, ex quo procurator filii, Breui, † in quo continebatur illa confessio, vsus est in iudicio, quamuis Breue suo nomine impetratum non esset. *Rot. in nou. decisione 455. & Boer. decisi. 283 colum. penult.* Et licet dicatur, quod procurator † nō possit confiteri, & domino præiudicare, respōdebatur id procedere in expressa confessione, *secundum Bartol. in l. etiam, §. sed in ipsos, ff. de confess. & in l. 3. §. si procurator. vbi etiam Iason. ff. si quis ius dic. non obtemp.* secus autem est in tacita, quæ oritur ex iurium productione, *Bald. in l. si quis testes, colum. 2. C. de testamen. Fely. in cap. cum venerabilis, colum. 8. versicul. 2.*

E 2

ex dictis Baldi. de except. Quæ tacita confessio
4 † facta in partibus, & repetita a Procuratore dicti filii in curia, per vsum illius breuis, continentis confessionem vis & metus, præiudicat filio successori patris, qui porrexerat dictas preces. Nec obstat, quod illud breue esset productum per compul-
5 sum † & sic quod non præiudicet producenti, quoniam illud procedit in iuribus alienis, secus in suis, vt erat illud breue. *Rot. decisione 3. de fid. instrument. alias 282. in nou.* Et ita fuit tentum in vna Cæsaraugustana spolii Collegii coram Domino Augustino die 2. Decembris 1552. *prout in eius libro folio 395.*

SVMMARIVM

1 *Confessio coniugum, an & quando probet matrimonium? intellige tamen prout in num. 2.*

DECISIO CXCIV.

1 CONfessio coniugum, † quæ facit pro matrimonio etiã super substantia matrimonii, probat matrimonium, licet secus quando confessio esset contra matrimonium, & coniuges instarent contra matrimonium. *Abb. in cap. super eo. colum. 2. vers. 2. casu, ibi aut est super substantia matrimonii de eo qui cog. consang. vxor. suæ.* Sed aduerte, quod † il-
2 lud habet locum in illis coniugibus, inter quos posset esse matrimonium, non autem in illis, qui non possunt contrahere sine dispositione. Ita tenuerunt Domini in caussa Ispalen. matrimonii, coram do. Guidobon. die 21. Octob. 1552. *vt in eius lib. fol. 336.*

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in actis licet reuocata, dat fumum per remissoria.*

DECISIO CXCV.

1 CONfessio facta in actis, † & postea reuocata, dat sufficientem vnum pro commissione remissoriæ. Ita tenuerũt Domini in vna Vicen. Prioratus seu parochialis de Bsdiosa, coram dom. Vestano 30. Martii. 1552. *vt in eius lib. fol. 211.*

SVMMARIVM

1 *Confessio dotis recepta facta constante matrimonio, an & quando præiudicet heredibus mariti, vel tertio possidenti? & quid contra fiscum, numer. 2.*

DECISIO CXCVI.

1 CONfessio dotis receptæ † facta constante matrimonio, in qua renuntiatur exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel lapsa sunt tempora opponendi de exceptione non num. pecu. præiudicat non solum heredibus mariti, sed etiam tertio possidenti. *Aret. consilio. 86. vbi attestatur communem opinionem esse cum Bart. in l. assiduis, C. qui pot. in pig. habeantur. Alexan. consil. 90. colum. 2. vers. pro hoc etiam allegat. lib. 3. Cuman. consil. 31. col. 2. ver. circa secundũ, Salyc. in l. si quis, post num. 2. C. de d. bon. prascri.* qui loquitur etiã contra fiscum, *Cast. in l. 1. in fi. & in l. si marito. in prin. ff sol matr. Matthes. sing. 193. Afflict. deci. 402. nu. 10 ver. item vera conclusio. Aym. consil. 40 num. 6. Soci. in cons. 82. colum. 1. volum 3.* vbi dicit, hanc esse
2 communem opinionem, quicquid in contrarium dixerit, *in l. 1 ff. sol. mat. Gez. consil 42. num. 13. col. 3 Io. Ant. Alexa. cons. 78. nu. 6 & 7.* vbi attestatur hanc esse communem. Et ita fuit decisum in caussa Iauen. dotis, coram D. Guidobono die 7. Nouembr. 1552. *vt in eius lib. fol. 386.*

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in vno iudicio per principalem, & inter easdem personas, an faciat fidem in alio, quando contra illam confessionẽ fuit iudicatum.*

DECISIO CXCVII.

CONfessio facta † in vno iudicio per principalem, & inter easdem personas, non facit fidem in alio iudicio, quando cõtra confessionem illam fuit iudicatum, *vt per Alexand in l. 2. numer. 27. C. de edendo, versicul. hanc conclusionem, & ibidem Rip. numer. 21. & Deci. numer. 61. versic. ex prædicta distinctio.* Et ita fuit tentum in vna Terdonen. Archipresbyteratus Veneris 15. Ianuarii 1552. coram Domino Capisucco, *vt in eius lib. fol. 16.* 1

SVMMARIA

1 *Confessio procuratoris facta in articulis potest recusari, & quare? amplia in quacunq; confessione etiam geminata.*
2 *Decis. Rotæ 19. de procur. explosa.*

DECISIO CXCVIII.

CONfessio procuratoris facta † in articulis potest reuocari etiam non docto de errore, quia præsumitur ab eo facta tanquam de caussa male informato. *Rota decisio. 140. in nou. & Deci. 19. de procurat. in nou. & 2. de confess.* Et hoc videtur procedere in quacunque confessione, etiam si esset geminata. *Sarnen. decisione 148 super reg. de annali. 48.* & Decis. Rotæ † 19. *de procurator.* non fuit recepta. Ita fuit decisum in vna Spoletana bonorum, coram Domino Accorambono die 27. Aprilis. 1558. *fol. 242.* Et idem fuit tentum die 29 eiusdem ad Franc. *in cap fina. de iur. in 6.* 1 2

SVMMARIA

1 *Confessio facta per productionem instrumenti a procuratore in actis, non probat, quando instrumentum per se non probaret.*
2 *Innocentius & Aymo vbi hic declarantur.*

DECISIO CXCIX.

CONfessio facta per productionem † instrumenti a procuratore in actis, non probat, quando instrumentum per se non probaret, *vt per Ægid. decisione 395.* 1

Et

Et ita alias tenuisse Rotam fuit dictum in caussa Gienen. portionis. Ita dixerunt Domini, & pariter tenuerunt in vna Spoletana bonorum coram eodem die primo, respondendo† ad Innocent. *in cap. cum olim in fine, de censib. & Aymon. consil.* 201. ipsos procedere si instrumentum per se probaret, alias secus.

CONFIDENTIA.

SVMMARIVM.

1 *Confidentia quomodo probetur? & nu. 5.*
2 *Ratio declarat confidentiam.*
3 *Delictum in dubio non præsumitur.*
4 *Præsumtio attenditur quæ est exclusiua delicti.*
6 *Confidentia secreto tractatur inter amicos, & ideo probationes per coniecturas, circumstãtias, & præsumtiones sufficiunt.*

DECISIO CC.

1 CONfidentia† probatur per literas resignatarii scriptas resignandi. Nam quidam resignans seu resignare intendens, habebat debitum 500. ducatorum cum quodam mercatore, pro quo fideiussit resignatarius futurus, & tunc pro cautela & indemnitate resignatarii, qui fideiusserat, resignans constituit vnum procuratorem ad resignandum libere in manibus Papæ quædam canonicatum, & præbendam in sui fauorem, qui canonicatus & præbenda postea fuerunt resignati per illum procuratorem in fauorem fideiussoris, & in suis literis missiuis directis resignanti resignatarius fatebatur, dicendo sibi fecisse resignare canonicatum & præbendam: ex eo, quia ipse resignans non soluerat pecunias, quas
2 debebat, quæ ratio† declarat huiusmodi cõfidentiam, *l. cum pater, §. dulcissimis. de lega.* 2. alias sequeretur quod dimitteret sibi beneficium per pecuniam, & induceretur
3 delictum, quod† in dubio non præsumitur,
4 sed attenditur† præsumtio, quæ est exclusiua delicti, *l. quintum, de donati. inter vir. & vxor.* Et ex illis literis satis probata dicitur confidentia, quia resignatio† facta fuit ad
5 hoc vt ille solueret debitum, in quo resignatarius erat fideiussor, & quia confidentia secrete tractatur inter amicos, & sic probationes† per coniecturas, per circum-
6 stantias, seu præsumtiones sufficiunt. *Doctores in cap. præterea, de test. b. Hippol. in rubri. C. de prob. at. numer. 312. Decian. consil. 543. nume.* 13. Et ita fuit tentum die 26 Octobr. 1551. in vna Mindonien. Canonicatus, & præben. coram Domino Antonio Augustino, *vt in eius lib. fol.* 230.

SVMMARIA.

1 *Confidentia quando dicatur simonia conuentionalis?*
2 *Simonia conuentionalis facit quem inhabilem, nedum ad obtinendum beneficia super quibus facta fuit conuentio, sed etiam alia, nisi ad hoc esset dispensatus, num. 3.*
4 *Impetrans beneficium nulla facta mentione simoniæ conuentionalis nulliter impetrat.*
5 *Cassador. decis. 5. de constit. declaratur.*
6 *Simonia realis requiritur ad priuandum aliquẽ beneficio, secus quo ad illum inhabilitandum.*

DECISIO CCI.

CONfidentia beneficiorum, quæ facta fuit per Hieronymum cum Petro Valero, cõuenientes insimul, quod beneficia Petro resignata Hieronymo restituerẽtur, si Hieronymus ex infirmitate non decede- 1
ret, simonia† est. Et licet sit simonia con- 2
uentionalis, facit tamen† inhabilem nedũ ab obtinendum beneficia, super quibus facta fuit conuentio, verumetiam ad alia. prout Rota tenuit in vna Tholetana thesaurariæ, sanctæ Leotaliæ, coram Domino Vestano, nisi ad hoc† esset dispensatus. 3
Ant. post Ioan. Andr. in cap. penult. colum. prima, vers. ad secundum de electio. Et ita fuit alias tentũ in quadam caussa S. Andreæ canonicatus & præbend. coram Domino Petro die 2. Iunii 1554. Et ideo prouisio obtenta per Hieronymum sibi non suffragatur,
quia† de huiusmodi confidentia non fuit 4
facta aliqua mentio. Nec obstat decis.†Cas- 5
sado. 5. *de constitu.* quia loquitur quando agitur ad pœnam priuationis, quia tunc bene
requiritur, quod simonia† fuerit realis quo 6
ad ipsam priuationem: secus autem quo ad inhabilitandum aliquem ad obtinendum beneficia in futurum. Et ita fuit tentum in vna Cæsar. Augustina confidentiæ, coram dom. Guidobono, die 20. Martii 1551 *prout in eius libro fol.* 14.

SVMMARIA.

1 *Confidentia ad inualidandum regressum, ex quibus coniecturis non fuit habita pro probata?*
2 *Confidentia est necessario concludenda, saltem a communiter accidentibus, nu 3.*
4 *Coniecturarum hominis, & legis discrimen.*
5 *Confidentia est crimen simoniæ.*
6 *Probatio concludentissima quando requiratur.*
7 *Bulla facit probationem probatam, & inducit manifestum, nu. 8.*

DECISIO CCII.

CONfidentia† ad inualidandum regres- 1
sum ex coniecturis infra dicendis, non fuit habita ꝓ probata. Nam prima coniectura, quod resignãs, & resignatarius essent amici tempore resignationis, non arguit confidentiam, quia resignationes fiunt inter amicos, & inter quos liberalitas exercetur: secunda de resignatione, & retro cessione incontinenti, facta est debilis coniectura, ex quo habens regressum refectuatũ

abetur relatio ad instrumentum, vnde ...ctum instrumentum habetur pro inserto ...ere, ac proprie. *l. 4. §. ait prætor. & ibi late Iaſ.* ...olum. *1. & 2. ff. de rei iud. & Dec. in d. conſil. 343.* Vnde cum Papa † intellexerit totam concordiam fuiſſe illicitam, & pars capitulorum illicitorum fuerit expreſſa, & adſit clauſula generalis relatiua, ideo confirmatio comprehendit ſimilia expreſſis. *c. ſedes de reſcri. vbi Fel. col. 2. Goz. conſ. 8. num. 55.* Et in confirmationibus † mens confirmantis attenditur. *c. cum Eccleſia. de excep. vbi Fel. Dec. & Alex. conſ. 120. num. 29. volum. 2. Pariſ. conſil. 30. num. 54. vol. 4. & colum. fi.* non autē comprehendit maiora expreſſis, vtputa ſimoniam realem, *iuxta not. in d. cap. ſedes. de reſ.*

Secus autem eſt, vbi † petitur confirmari materia licita prima facie, & tunc non trahitur ad illicita, ſed quando † petitur confirmari illicita ex facie & apparentia, & cō firmantur, valet confirmatio. *c. examinata. de confirm. vtil vel. inutil. & ibi Abb. & alii.* Et ita fuit tentū die 26. Iun. 1551. in vna Tarraconenſi Camerariæ coram D. Achille, *vt in eius lib. fol. 336.*

SVMMARIA.

1 *Confirmationis concordiæ tempus attenditur, nō autem ipſius concordiæ, & tūc habetur pro vna conceſſione, num. 2.*

3 *Beneplaciti ſedis Apoſtolicæ reſeruatio an operetur.*

4 *Renuntians liti & cauſſæ in concordia, non poteſt ad ius renuntiatum redire.*

5 *Exceptio ceſſionis eſt litis finitæ.*

6 *Cedens liti & cauſſæ, quando non poſſit litem ſuſcitare.*

Decisio CCV.

1 CONfirmationis † concordiæ tempus attenditur, non autem concordiæ factæ. *Pariſ. conſil. 19. num. 15. lib. 1.* Et conſideratur

2 † tunc confirmatio, vt noua conceſſio. *Dec. conſ. 342. num. 7.* Et quia in concordia dicitur (*reſeruato † beneplacito ſedis Apoſtolicæ*)

3 tunc operatur effectum ſuum, quando cō ceditur beneplacitum, & concordia confirmatur, quia tunc conditio adimpletur. *l. cum qui. §. poſt apertam. ff. de condit. & demonſtrat.* Hinc ſequitur quod ſi in concordia

4 † & confirmatione liti & cauſſæ renuntiatur, non poteſt renuntians amplius ad exceptiones renūtiatas redire, quia exceptio

5 † ceſſionis eſt exceptio litis finitæ. *c. 1. de lit. conteſt. in 6* Accedat etiam, quod cedens liti

6 † & cauſſæ reportauerat duas ſententias contra, quæ in rem tranſierunt iudicatam, ita vt non poſſit aliquo modo cedens litē ſuſcitare, & maxime, quia ceſſio erat iurata. Et ita fuit tentum die 1. Iulii 1551. coram D. Romano in vna Mediolanēſi pēſionis, *vt in eius lib. fol. 387.*

SVMMARIA.

1 *Confirmatio an ſit indiuidua, & quomodo?*

2 *Reciproci actus in beneficialibus reprobantur.*

3 *Scriptura in vna conglutinata & connexa non fit diuiſio, ſed debet tota acceptari.*

4 *Concordia tota corruit ex defectu vnius capituli etiam minimi non confirmati.*

5 *Indiuiduum dicitur, quod nō poteſt eſſe ſine alio.*

6 *Indiuiduum reſultat ex voluntate & conuentione partium.*

Decisio CCVI.

COnfirmatio ſecundæ concordię (in qua aderant nonnulla pacta, quæ ſi non cōfirmarētur a Papa, eſſent ſimoniaca) eſt ita indiuidua, † vt nō poſſit acceptari in parte 1
confirmata, quin etiam acceptetur in parte primæ concordiæ caſſata. Nec poterat acceptari pars confirmata & pars caſſata non, ſed remanere debet ſub ſpe futuræ confirmationis, vt pars confirmata executionem non haberet ante confirmationē partis caſſatæ, alioquin eſſet ſimoniaca, cū in beneficialibus † actus reciproci reprobentur. 2
Fel. in c. paſtoralis, de reſcrip. Corn. conſ. fin. lib. 1. Dec. late in l. ſi certū condictio. § ſi nummos num. 14. ff ſi certum peta. & in c. ex parte. el primo. de off. del. Sarn in reg de trien. q. 12. nu. 12. vbi refert ita ſemper fuiſſe deciſum per Dominos. Et illa ſpes poterat cauſſare multa incommoda, quia confirmatio erat correſpectiua ad primam concordiam. *Anch. conſil. 34. col. 2. verſ. præterea*, & in vna ſcriptura † conglutinata, & connexa, non fit diuiſio. 3
Card. & Fel. in c. 3. col. 3. verſ. ſed iſta intellige, de iureiur. Bar. in l. Aurelius § idem quæſiit. ff. de libert. leg. Ruin conſ. 141. num. 4. lib. 1. Adeo vt per defectum † vnius capituli etiam minimi, tota concordia corruat. 4
Bald. in l. pacta conuenta in princ. de contra. emt. quam legit. poſt § quinimo. in l. iuriſgentium. ff. de pact. & in l. cum adeo num. 3. de diuer. reſc. Et ideo dicitur, quid eſſe † indiuiduum, quia nō poteſt eſſe ſine alio. 5
Aymo. poſt alios in quaſt. quā ponit poſt trac. de antiqu. tempor. num. 42. & 44. Nam indiuiduum reſultat † ex voluntate, 6
& conuentione partium. *Bald. in l. grege. §. illud. ff. de fideiuſ. & Aymo. conſil. 170. nu. 5 & 6.* Et ita fuit tentum die 27. Iunii. 1554. in vna Tholletana penſionis, coram do. Oradino, *vt in eius lib. fol. 311.*

CONIECTVRÆ.

SVMMARIA.

1 *Coniectura vehementes & tendentes ad eundem rei finem, probāt falſitatē commiſſam. & quare?*

2 *Coniectura prædicta coniunguntur, & faciunt plenam probationem.*

3 *Probationis difficultas quid operetur.*

4 *Falſitas deducta ciuiliter, facilius probatur ex coniecturis.*

Decisio CCVII.

1 Coniecturæ vehementes † & tendentes ad eundem finem, probant falsitatem
2 commissam, Tum quia coniunguntur † & faciunt plenam probationem, *vt per Fel. in capit. cum caussam. col. 4. versic. 2. casu. numero 21. de probatio.* Tum quia sumus in his, quæ sunt difficilis † probationis. *Boer. decis. 319. numero 5. in fin.* Et maxime quan-
3 do agitur de falsitate ciuiliter. † Ita tentum in vna Bononiensi bonorum de Bucchis coram D. Accorambono Decano 10. die Iunii, & 4 Nouembris. *1552. vt in eius libro fol. 290. & 371.*

CONSANGVINITAS.

SVMMARIA.

1 *Consanguinitas ad dirimendum matrimonium probatur ex confessione coniugum, vna cum fama. Amplia etiam vbi detegeret propriam turpitudinem. num. 2.*
3 *Matrimonium, quando ex aliquibus caussis iudicatur nullum, datur vtriq; parti facultas contrahendi cum alio.*
4 *Publicæ honestatis iustitiæ impedimentũ quale.*
5 *Impedimentum pro dissolutione matrimonii, non probatur sufficienter per testes de publica voce & fama.*
6 *Confessio coniugum cum aliquibus adminiculis, plene probat impedimentum ad dirimendum matrimonium.*
7 *Probatur consanguinitas in 3. vel 4. gradu per probationes leuiores etiam de auditu.*
8 *Episcopus deponens super impedimento sibi bene noto semiplene probat.*
9 *Remissoria probatur consanguinitas.*
10 *Testes quando sunt sine interrogatoriis examinati, dicuntur defectiui: faciunt tamen magnũ signum ad probationes coadiuuandas pro solutione matrimonii.*

Decisio CCVIII.

Consanguinitas ad dirimendum matrimonium probatur † ex coniugum con-
1 fessione vna cum probatione famæ. *c. super eo. iuncta gl. in verbo confessionem, de eo qui cog. consang. vxor. suæ.* quæ conclusio est communis, & illam tenet, *glo. in c. si duo. 35. q. 6. & ibi per Arch. referendo Hugonem & Goff. in d. c. super eo.* etiam in casu, quo coniuges al-
2 legarent turpitudinem propriam: *sequitur Henric. Boich ibidem late col. 2. allegans Abb. Ard. Ber Hosti. idem tenere. & Imo. in c. caussam il 1. de off. d. leg. & sequitur Card. in d. c. sup eo. in fi.* Quare cum alias Illustris. Eleonora de Figuerra contraxisset matrimoniũ per verba de præsenti, cum Duce de Medina Cidoniæ, quod matrimonium facit iudi-
3 catum nullum ex certis caussis, & data vtrique facultas contrahendi cum alio, quæ postmodum contrahit aliud matrimoniũ cum Illustris. dom. Marchione de Tarifa, quod per sequẽtem copulam fuit consummatum. Cumque deinceps ad notitiam præfatorum coniugum peruenisset, quod non poterant in matrimonio huiusmodi perseuerare, quia Dux Medinæ Cidoniæ erat consanguineus in tertio consanguinitatis gradu Illustri. Dom. Marchioni de Tarisa, propter impedimentum publicæ † honestatis & iustitiæ non poterant matrimonium licite contrahere, & ideo se ad 4
inuicem quoad mutuam cohabitationem separarunt, intendentes iudicio Ecclesiæ se a dicto vinculo liberari: do. Eleonora commisit caussam in Rota super dissolutione matrimonii huiusmodi, narrãs in supplicatione supra dictum impedimentum, & successiue in articulis, & postmodum pro parte Marchionis multi testes examinati fuere, qui probarunt impedimentum prædictum per publicàm vocem & famã, quæ probationes licet † de per se non essent sufficientes, *vt dicunt Docto. in cap. super eod.* 5
tamen concurrentibus aliis adminiculis, satis est probata consanguinitas, quia † ex confessione coniugum, cum aliquibus ad- 6
miniculis fit plena eius probatio. *Alexan. consi. 18 vol. 3. Decius in c. quoniam contra, colu. 18. de probatio. Purpura. in authen. si quis in aliquo. col. penul. C. de eden.* Accedat etiam, quod ad probandam † consanguinitatem in tertio vel quarto gradu, sufficiunt probatio- 7
nes leuiores, etiam de auditu. *Tiraq. in tract. retrac. §. 1. glo. 16. num. 7.* Adminicula erant ista, videlicet depositio episcopi, qui bene cognouit omnes, & optime deponit, ita vt faciat semiplenam † probationem. *Ias. in* 8
repet. l. admonendi. num. 252. ff. de iureiur. Dec. consi. 123. & consi. 310. in princ. Adest etiam remissoria, † ex qua satis constat probatam esse consanguinitatem, quæ licet patiatur aliquos defectus, quia testes † fuerunt exa- 9
minati sine interrogatoriis, tamen domini 10
ex illis colligebant magnum signum ad probationes supradictas coadiuuantes pro solutione matrimonii. *Dec. consi. 163. col. fin. Aret. consi. 13. col. 4. Caccial. in l. admonendi. num. 143. ff. de iur. Grat. consi. 58. in fin. vol. 2.* Et ita fuit resolutum die 4. Maii. *1551.* corã Do. Vestano, in vna Hispalensi matrimonii, *vt in eius lib. fol. 22.*

CONSENSVS.

SVMMARIA.

1 *Consensus translationis pensionis quomodo fuerit validus indicatus.*
2 *Clausula in fine posita, omniaque alia faciendi, quid operetur?*

Man-

3 *Mandatum habens ad consentiendum regressibus, an possit consentire translationi pensionis.*

DECISIO CCIX.

COnsensus Cardinalis de Mendoca pro
translatione pensionis per eũ vti pro-
1 curatorem A, præstitus, sufficiens iudica-
tus fuit † per dominos, ex eo, quia Cardi-
nalis poterat consentire sicut principalis
suus poterat, & aderat in mandato clausu-
la, quod posset consentire regressibus & ac-
2 cessibus, & resignare beneficia cum clausu-
la generali in fine posita (*omniaq. alia † faci-
endi, &c.*) quæ licet restringatur per illa ver-
3 ba in præmissis, tamen cum haberet man-
datum ad consentiendum † regressibus, q.
erat maius, sequitur quod posset cõsentire
translationi pensionis, cum sit quid minus
vel saltem non est de maioribus expressis,
*iuxta clemen. non potest, de procur. &c. qui ad agen.
eo. tit. in 6. vbi omnes. & per nota. in c. sedes, de re-
script.* Et ita fuit tentum die 12. Iunii 1551.
coram do. Vestano in vna Toletan. pensi-
onis, *prout in eius lib. fol.* 179.

SVMMARIA.

1 *Consensus præstitus pro validitate pẽsionis, quã-
do non sit sufficiens.*
2 *Concordia an possit continere plura quam sint in
supplicatione.*
3 *Concordia an sit inserenda in supplicatione.*
4 *Et, dictio est copulatiua & adiũctiua, atq. requi-
rit copulata vera esse.*
5 *Alias, dictio exponitur. i. alio casu.*
6 *Papa si non concedit omnia in consensu expressa,
perinde est ac si consensus non sit præstitus, nec
sufficit ad pensionem conualidandam.*

DECISIO CCX.

1 COnsensus præstitus † per Cardinalem
sanctæ Crucis pro validitate pensionis
ad Bullam desuper expeditam, non est suf-
ficiens, cum sit relatus ad concordiam, &
non ad supplicationem, in qua concordia †
2 continentur plura, quæ non sunt in suppli-
catione, super qua Bulla est nũc expedita,
& concordia non † est inserta in supplica-
3 tione, nec extensiue nec relatiue, vnde
cum consensus fuerit præstitus cum clau-
sula (*& alios*) iuxta formam concordiarum,
4 quia dictio (*&*) est copulatiua, & adiuncti-
ua, & requirit copulata vera esse. *l. si heredes
plures. ff. de condit. & demonst. l. si quis ita, de verb.
obliga. l. ea tamen adiectio. ff. de legat.* 3. & adest
dictio † (*alias*) quæ sequitur, & exponitur,
5 id est (*alio casu*) *l. qui testamento. §. mulier. ff. de
testamen. Bartol. in l. 1. num. 12. ff. de condit. &
6 demon.* sequitur, quod cũ omnia nõ fuerint
concessa a Papa, sicut cõsensus fuit præsti-
tus, quod perinde est ac si nõ esset præstitus
consensus, & sic quod non fuit sufficiens
pro pensione. Et ita fuit tentum die 1. Iunii
1551. in vna Toletan. pensionis coram do.
Vestano, *vt in eius lib. fol.* 26.

SVMMARIA.

1 *Consensus nouus requiritur, quando primus præ-
stitus fuit exstinctus, vel actus fuit nullus, super
quo primus consensus fuit præstitus.*
2 *Cõsẽsus nouus quãdo requiratur in reualidatione.*

DECISIO CCXI.

COnsensus nouus † requiritur, quãdo pri- 1
mus præstitus fuit exstinctus, vel actus
fuit nullus, super quo cõsensus primus erat
præstitus. Et tunc in reualidatione requi-
ritur nouus consensus. *l. contractus. vbi Cyn.* 2
*C. de fid. instrum. Corn. cons. 71. num. 9. & seq.
lib. 2. Aymo. cons. 39. nu. 3. Dec. consi. 661. nu. 14.
& seq.* Et ita alias fuit decisum in vna To-
letana Parochialis coram do. Aquensi 14.
Maii 1539. & coram Reuerendiss. D. Iacobo
Puteo in Vna Couchensi beneficii S. Mi-
chaelis, & in quadam caussa Terraconensi
coram R. D. Achille de Grass. Episcopo
Montisflaconensi, & nouissime in caussa
Terraconensi canonicatus & præbendæ,
coram dom. Vestano 16. Decembris 1552.
vt in eius lib. fol. 453.

SVMMARIA.

1 *Consensus non probatur per testes de publica voce
& fama.*
2 *Testes de publica voce & fama non inducũt, nisi
semiplenam probationem.*
3 *Consensus cum non sit difficilis probationis, re-
quirit plenam probationem.*

DECISIO CCXII.

COnsensus † non probatur per testes de 1
publica voce & fama, quia non est nisi † 2
semiplena probatio, *secundum Doct. in l. ad-
monendi, de iureiuran.* & cum regulariter nõ
† sit difficilis probationis, requiritur plena, 3
& non sufficit semiplena probatio. Ita fuit
dictum in vna Cameracensi canonicatus
sancti Gangerici 8. Iunii. 1552. coram do.
Decano Deza, *vt in eius lib. fol.* 204.

SVMMARIA.

1 *Consensus bonus præsumitur interuenisse in ex-
peditione literarum.*
2 *Cõsensus simplex & purus sẽp durare præsumitur*
3 *Actus primus, quando menti disponentis satis-
facit, intelligitur etiam de secundo.*
4 *Cõsensus durat & nocet, quãdiu tela nõ est succisa*

DECISIO CCXIII.

COnsẽsus bonus † interuenisse præsumi- 1
tur in expeditiõe literarũ, postquã sunt
expeditę. Verũ quia dubitabatur an requi-
reretur nouus consensus in reformatione,
vel sufficeret iam præstitus, dicebant do-
mini non requiri nouum consensum, quã-
do fuit consensus simplex, & purus, quia †
tunc semper pręsumitur durare. *l. cum qui* 2
voluntatem. ff. de probat. c. maiores in fin. de

Baptism. Iaf. in l. sancimus tertio not. C. de testa. Alcia. de præsum. 16 præsum. 2. reg. vbi, quod præsumitur durare etiam si lapsum sit longum tempus, & quia, quando per primum
3 actum † menti disponentis satisfit, intelligitur etiam de actu secundo. *Bal. in l. fideicõmissa. §. si quis decem. ff. de leg. 3. Felin. in cap. innouamus, versiculo fallit, primo. & ver. de treg. & pac. & facit, quod dicit Bal. in l. libertatua. C. de ope lib.* vbi in materia cõsensus, tradit regulam,
4 quod consensus † durat & nocet, quamdiu tela non est succisa, sed durat actus principalis. Et ita fuit decisum in caussa Pientina de Monticello. 7. Nouembris. 1554. coram domino Oradino, *vt in eius lib. fol.* 397.

SVMMARIA.

1 *Consensus, quando dicatur simplex, & purus?*
2 *Consensus, quando præsumatur durare.*

DECISIO CCXIV.

1 Consensus præstitus † iuxta formam supplicationis, dicitur simplex, & purus, si omnia contenta in supplicatione concernunt validitatem resignationis, & tendunt ad corroborationem voluntatis renuntiãtis, & consentientis reseruationi regressus, & gratia est magis cumulatiua quam con-
2 traria, & venit ad coadiuuandum, & tunc † etiam præsumitur durare. *Cassad. decis. 3. de dol. & contum. Iaf. in l. sancimus. 3. not. C. de testa.* Et ita fuit conclusum die 7. Nouembris, 1554. coram domino Oradino in vna Pientina parochialis de Monticello, *prout in eius lib. fol.* 397.

SVMMARIA.

1 *Consensus, quando non censeatur durare?*
2 *Matrimonii contractu vacat beneficium. & num. 10. & 12.*
3 *Resignatio si fuit nulla vel subreptitia, non dicitur abdicatum ius a resignante.*
4 *Consensus nouus, quando requiratur. & nu. 11.*
5 *Consensus limitatus, limitatum producit effectũ.*
6 *Cõsensus præstitus super actu nullo nõ præiudicat.*
7 *Creditor consentiens alienationi nullæ, sibi non præiudicat.*
8 *Consentiens matrimonio nulliter contracto obstante impedimento, eo cessante requiritur nouus consensus.*
9 *Consensus non potest alterari.*
10 *Clausulæ reseruatiuæ dicentis ex nunc prout ex tunc, effectus.*
11 *Impetrans debet etiam mentionem facere de iure aduersarii, vel tertii.*
14 *Cõsensus nõ potest trahi ad ius postea superueniẽs.*

DECISIO CCXV.

Consensus pręstitus per Petrum Francisc. cum resignantẽ, qui † sibi reseruauerat
1 regressum ad parochialem resignatam in omnes euẽtus super suspensione sui regressus pro illa vice dũtaxat, ad hoc, vt Marcus Antonius resignatarius eandem parochiã lem iterum resignare posset in Porfirium. non censetur durare, ita vt resignatio facta per Marcum Antonium in Porfirium ex aliqua caussa esset nulla & ante nouã gratiã Porfirii obtentã a Papa si Marcus Antonius contraxisset matrimonium, secunda gratia Porfirii esset valida absque nouo consensu.
Ratio est, quia parochialis vacauit † p ma- 2
trimonium contractum a Marco Antonio, & quia tunc resignatio, quam fecerat Marcus Antonius in Porfirium erat nulla, quia
subreptitia, ius non † fuit abdicatũ a Marco 3
Antonio, ita quod quãdo postea matrimonium contraxit, regressus Petri Francisci intrauit. Quare ad validitatem secundæ
gratiæ Porfirii erat opus nouo † consensu 4
Petri Francisci, cum ipse Petrus Franciscus prius consenserat suspensioni sui regressus pro validitate primæ gratiæ resignationis Marci Antonii in Profirium, quæ erat nulla & limitate consensit pro illa vice duntaxat,
& consensus limitatus † limitatum produ- 5
cit effectum. l. in agris ff. de acquiren. rerũ domin. *Felyn. in cap. cum ordinẽ de rescript. Dec. consi. 379. col. 2. Paris. consi. 19. vol. 3. num. 46.*
præsertim cum consensus † fuerit præstitus 6
super actu nullo, & ideo nõ præiudicat, sic-
ut dicitur de creditore † consentiente alie- 7
nationi nullæ, nam sibi non præiudicat. *l. 4. fin. vbi Bart. ff. quib. mod. pig. vel hypothe sol. Rom. consi. 132. col. 1. Dec. in l. creditor. nu. 2. de reg. iur. Alex. cons. 22. col. 1. vol. 1. Aym. in quæst. de indẽ. mul. in fin. & in trac. de antiq. temp. 3. nu. 4.* Similiter
consentiẽs matrimonio nulliter † cõtracto 8
obstante impedimento, eo impedimento cessante, non validatur matrimonium, nisi nouo accedente consensu. *Gemin. cons. 33. Paris. con. 52. n. 7. vol. 4. C.* Dec. qui ponit alios casus) *in l. qui in initio. ff. de reg. iur. in fin.* & quãdo cõsensus peccauit in materia, fortius præ-
missa procedũt, quia cõsensus † non potest 9
alterari. *l. ꝙ tamẽ. ff. de arb.* Nec obstat illud ꝙ dicebatur, non obstare de acceptatione re-
gressus Petri Francisci, quia clausula † re- 10
seruatiua dicens (*ex nunc prout ex tunc*) declarat animum cedentis velle regressum habere locum, statim contracto matrimonio, & data vacatione. *Alexand. in l. huiusmodi, la 2. ff. de verbo oblig. Felyn. in cap. licet caussam not. 6. col. 4. de probat.* Ex quibus omnibus
satis ostenditur requiri nouũ † consensum, 11
quia quando Petrus Francisc. præstitit primum consensum, non habebat nisi ius ad rem: sed tempore secundæ gratiæ Porfirii erat iam contractum matrimonium per
Marcum Antonium, & data fuit vacatio p 12
quam Porfirio fuit accquisitum ius in re, ita vt ad abdicandũ illud ab ipso opus esset nouo

uo consensu, de quo iure † erat etiam facienda mentio in gratia Porfirii. *Felyn. in ca. nostra Corel. 25. de rescri.* Quæ cum non fuit facta, sequebatur, quod consensus, non poterat trahi † ad ius postea superueniens. *cum inter. de renuntiat. cum his, quæ congerit tri. consilio 7. num. 70. lib. 2. & consil. 95. num. 7. & 34. lib. 3.* Et ita fuit pro maiori parte resolutum, die 26. Nouembris 1554. coram dom. Oradino, in caussa Pientina, *prout in eius lib. fol. 443.* Et firmata fuit decisio, corã eodem domino Oradino in eadem caussa, 23. Ianuarii 1555. *vt in eius lib. fol. 149.*

SUMMARIA.

1 *Consensus capituli inducitur ex intellectu literarum, & illius responsione dicentis se paratum obedire, simpliciter & generaliter.*
2 *Approbare, quis dicitur literas, si illas admittit.*
3 *Verba capituli, quod paratum est obedire, denotant expressum consensum.*
4 *Consentio, verbum & obedio, paria sunt, & n. 6.*
5 *Animum colligi posse ex quibuscunq; verbis, satis est.*
7 *Papæ voluntas potest adimpleri per æquipollens.*

DECISIO CCXVI.

Consensus capituli ad alternatam residentiam Augustini, colligitur ex præsentatione literarum facta capitulo, quod capitulum intellexit tenorem literarum,
1 & respondit se paratum obedire † simpliciter, & generaliter. *l. si filius familias, la secunda ff. ad Maced. vbi Barto. Alex. cons. 79. col. 1. vol. 1. Dec. consil. 632. in fin. num. 16.* & quia per
2 factum positiuum † illas literas admittendo approbauit. *Bar. in l. quo enim ff. rem rat. haberi. Abb. in c. cum virum. 3. not. de regul. & cum eo transit Ias. in l. quæ dotis. num. 90. vers. decimusseptimus & vltimus casus. ff. solu. matri-*
3 *mo.* & verba † illa capituli (*quod paratum est obedire*) denotant, expressum consensum, &
4 tantum est dicere, † consentio, quantum o-
5 bedio, & satis est animum colligi posse † ex quibuscunque verbis. *l. vnica. C. de form. sub*
6 *ca. coram, de leg.* Non obstante oppositione D. Decani dicẽtis, quod aliud est obedire, & aliud consentire, & q; capitulum respondendo, quod obediunt: intelligitur literis Papæ, & omnibus in eis reseruatis, sed Papa voluit requiri consensum capituli, quæ requisitio, cum nõ fuerit facta, sequitur, quod de consensu non cõstet. Tamẽ maior pars
7 tenuit contrarium, quia per æquipollens † fuit adimpleta voluntas Papæ, vt corã domino Oradino, die 1. Maii 1554. in vna Canoniensi Scholasteriæ fuit resolutum per prædicta, *prout in eius lib fol. 146.*

SUMMARIA.

1 *Consensus, qui colligitur ex subscriptione supplicationis, an possit per pœnitentiam reuocari.*
2 *Subscriptio Cardinalis nõ probat consensum contra tertium, qui habet publicum instrumentũ, & quare?*
3 *Subscriptione alicuius, oritur extraiudicialis assertio, & quid operetur.*
4 *Scriptura priuata, an, & quomodo, probet, stante publico instrumento.*
5 *Hypotheca anterior, de qua apparet scriptura priuata, non præiudicat posteriori hypothecæ, super qua est instrumentum.*
6 *Hypotheca prior posteriori præfertur regulariter.*
7 *Scriptura priuata nõ probat in præiudicium publici instrumenti.*
8 *Consensus non est considerabilis quousq; præstitus sit coram notario.*
9 *Consensu a primo potest recedi de stylo curiæ.*

DECISIO CCXVII.

Consensus, † qui colligitur ex subscriptione supplicationis factæ per Cardinalẽ 1
sanctorum. Quatuor, in fauorem Ferdinãdi, per pœnitentiam Cardinalis, quæ colligitur ex resignatione facta per Cardinalem in fauorem episcopi Solis, reuocatus fuit, in qua resignatione per eius scedulam præstitit consensum formalem, quia ille non fuit consensus talis, a quo non potuit Cardinalis recedere, Nam per dictam subscriptionem † Cardinalis non probatur cõ- 2
sensus contra tertium, qui habet publicum documentum, quia ex illa subscriptione quædam extraiudicialis † assertio Cardi- 3
nalis resultat, quæ ipsum Cardinalem afficit sicut quando adducitur contra tertium *glos. Bart. & omnes in l. scripturas. C. qui potior. in pig. habeant. Fely. in c. 2. num. 12. de fid. instrum.* & quia dicta manus priuata † etiam, quod 4
ageretur contra scribentem, non probat, stante publico instrumento. *tex. est apertus in d. l. scripturas. C. qui pot. in pig. habean.* vbi hypotheca † anterior, de qua per scripturã 5
priuatam constat, non præiudicat posteriori hypothecæ, super qua est confectũ publicum instrumentum, licet prior hypotheca † posteriori semper præferatur. *l. assiduis* 6
& per totum C. qui pot. in pig. habe. & quod scriptura priuata non probet in præiudicium publici instrumenti, *late Loz. in consi. 274. col.* 7
7. vol. 2. Fely. in d. c. 2. num. 11. de fid. instr. Et ideo ille † consensus non est considerabilis 8
quousque præstitus non sit coram notario, si ab illo primo consensu fuit recessum, q; est licitum † de stylo curiæ. Et ita fuit tentũ 9
7. Nouem. 1554. in vna Placentina parochialis de Lozar, coram domino Oradino, *vt in eius lib. fol. 401.*

SUMMARIUM.

1 *Consensum non fuisse præstitum certa die quomodo probetur? maxime quando agitur ad detegendam falsitatem.*

DECISIO CCXVIII.

COnsensum non fuisse præstitum certa
1 die, in qua consentiens erat in carceribus, non probatur † per testes, qui (vt concluderent) debebant probare initium & continuationem illius diei: maxime quia tendit ad detegendam falsitatem Notarii. Et ita fuit tentum die *12.* Nouembris *1554.* coram dom. Oradino, in vna Legobiensi fructuum, *vt in eius lib. fol. 419.*

CONSTITVTIO.

SVMMARIA.

1 *Constitutio (Attendentes) quo pacto & per quos actus dicatur esse in vsu.*
2 *Caput esse dicitur ille, qui spiritualia digniora exercet.*
3 *Papa est maior Rege, & Imperatore, & quare.*
4 *Iurisdictio Prioris de iure hic præfertur magno Magistro Melitensi, & quare.*
5 *Magnus Magister solus sine conuentu nihil potest.*

DECISIO CCXIX.

1 COnstitutio † (attendentes) in fauorem prioris religionis, seu militiæ Hierosolymitan. vsu recepta esse dicitur, ex quo prior in spiritualibus fert sententias excómunicationis, absoluit, audit caussas matrimoniales, benedicit, confirmat ordines, celebrat in Pontificalibus, corrigit, punit sacerdotes, & alias personas in sacris cóstituti-
2 tutas, & ille dicitur esse † caput, qui ipsa spiritualia digniora, & sublimiora exercet. *arg. text. in l. cum in diuersis. ff. de relig. & sumt.*
3 *fun.* & sicut Pontifex † est maior Rege, & Imperatore, quia præest spiritualibus, quæ digniora sunt temporalibus. *c. solitæ. vbi Ab.*
4 *not. 7. de maiorit. & obedien.* Prætereaista † iurisdictio, & præeminentia Prioris præferéda est iurisdictioni magni Magistri, quia
5 magnus Magister † solus nihil potest, sed cú conuentu exercet. *Oldrad. consil. 128.* Prior solus administrat, & præterea constitutio est vsu recepta. Et ita fuit tentú in vna Melitensi præeminentiarum coram do. Guidobono die *24.* Aprilis *1551. prout in eius lib. fol. 114.*

SVMMARIA.

1 *Constitutiones factæ inter episcopum Tirasoné. & capitulum ligant successores episcopos.*
2 *Constitutio non censetur sublata per non vsum, si non probatur contrarius vsus.*
3 *Constitutionem sublatam esse per non vsum, qui vult dicere, debet probare contrarium vsum.*
4 *Consuetudo seu vsus contrarius est facti.*
5 *Constitutio semper loquitur, & ligat successores, quam episcopus cum capitulo possunt reuocare.*

DECISIO CCXX.

COnstitutiones factæ inter episcopum, & capitulum Tirasonésem, ligant successores † episcopos, & sublatæ nó censen- 1
tur per non † vsum, si non probetur contrarius, non vsus, vel contraria consuetudo. 2
Iaso. in l. de quibus not. 6 ff. de legib. Deci. in c. cú accessissent. colu. 9. de constit. & qui vult dicere 3
† constitutionem sublatam per non vsum, necesse habet probare contrarium vsum. *Dec. consi. 483. col. 5 & consil 538. colum. secund.* quia consuetudo † seu vsus contrarius fa- 4
cti est, ideo ligat successores, cum constitutio † semper loquatur. *l. Arianus. C. de hær.* & 5
quia constitutiones non sunt contra ius, & possunt illas reuocare. Et ita fuit tentum die *22.* Maii *1551.* coram domino Achille, in vna Tirasonensi canonicatus & præbendæ, *vt in eius lib. fol. 189.*

SVMMARIA.

1 *Constitutio generaliter loquens Ecclesiæ Calaguritanæ de qua hic, quomodo intellecta?*
2 *Clericorum certus numerus in Ecclesiis statuitur secundum facultates Ecclesiarum, & auctis facultatibus etiam in Ecclesiis numeratis, augeri debent clerici.*
3 *Constitutio generaliter loquens generaliter debet intelligi.*

DECISIO CCXXI.

COnstitutio generaliter † loquens quod 1
fructus super excrescentes in Ecclesia Calaguritana vltra portiones patrimoniales, (quæ sunt taxatæ ad ducatos *32.*) debeantur filiis patrimonialib. siue pro vna integra portione vel dimidia, habet locum in Ecclesiis numeratis electiuis, & præsentatiuis, & non solum vigore dictæ constitutionis, sed etiam communi, quia de iure † 2
in Ecclesiis, certus numerus clericorú statuitur secundum facultates Ecclesiarum. *c. 1. de institu.* & auctis facultatibus, etiam in Ecclesiis numeratis, debent augeri beneficiati & clerici. *Abb. in cap. cum M. Ferrarié. num. 4. & 21. in fin. de constit. Fely. ibi not.* Et quia constitutio † generaliter loquens, generaliter debet intelligi. Et ita alias fuit resolutum coram Re. dom. Antonio Augustino in vna Calaguritana de floro. Et ita tentum hodie *12.* Februarii *1552.* coram eodem domi. Chissanensi in alia Calaguritana fructuum super excrescentium, *vt in eius lib. fol. 64.* Quæ decisio fuit confirmata die *11.* Martii *1552.* coram eodé dom. Chissanensi in dicta caussa. *prout in eius lib. fol. 124.* 3

SVMMARIA.

1 *Constitutiones, quando non dicantur recte publicatæ? & an de æquitate canonici debeant illas sequi quando non rite, sed sunt iustæ, & sancta, num. 2*
3 *Consilium capituli in publicatione constitutionú quare requiratur.*

Deci-

DECISIO CCXXII.

1 Constitutiones lectæ ex mandato episcopi præsentibus Decano, & multis canonicis prius ad synodum vocatis pro reformatione cleri tunc illis reclamantibus, & appellantibus, non sunt rite, & recte factæ, quia non interuenit consilium capituli, vt de iure requiritur, textus est in *cap. quãto de his, quæ fiunt a præl. Henric. Bohic. in trac. de synod. in 3. parte. num. 137.* Tamen domini
2 mei dixerunt, quod de æquitate † canonici debent illas sequi, quia sunt iustæ & sanctæ. Ego autem in primo capite tenui contrarium, quia sufficit, quod requireret capitulum, quia non tenetur sequi consilium, ideo non erat exspectandum, tamen domini remanserunt in decisione. Et ratio vl-
3 tra præmissa fuit, quia consiliũ requiritur, vt possit capitulum caussas allegare. *Domin. post alios, in c. primo. de constitut. in 6. Ioan. Andr. in cap. nullus ex consilio. de reg. iur. eod. lib.* Nam alias frustratorium esset consilium, si præcipitanter daretur, & ideo debet ante factũ & in facto adhiberi. *Bald. in Margarita. in verbo consilium post Innocen. in cap. cum in veteri. num. 2. de elect.* Et ita fuit reutum in vna Illerdensi iurisdict. die *8.* Iunii, *1552.* & confirmata die *17.* eiusdem mensis, & anni, coram domino Reomano, *vt in eius lib. fol. 233.* & 260.

SVMMARIA.

1 *Constitutio Aegidiana habet locum in l. fi. C. de edict. diui Adriani. toll. & quare, nu. 2.*
2 *Aegidiana reducit nos ad terminos iuris ciuilis, & tollit obstaculum iuris canonici.*
3 *Aegidiana comprehendit fiscum.*
4 *Fiscus non reperitur priuilegiatus, vt possit in possessorio appellare.*
5 *Possessorium mixtum potest diuidi.*
6 *Aegidiana habet locum etiam in feudis, nec requiritur alia probatio tituli, dummodo sit habilis ad feudum. num. 7.*
8 *Appellatio non admittitur in iudicio adipiscẽdæ, & quare.*

DECISIO CCXXIII.

1 Constitutio Ægidiana † habet locum in remedio. *l. fi. C. de edic. diui Adriani tol.* Sumus n. in notorio † iuris, quod inducitur
2 ex testamento non abolito, nec cancellato in quo non requiritur titulus, cum sufficit producere testamentum non abolitũ, nec cancellatum. *Augus. Berous in suis quæstionibus. q. 44. num. 1. & seq.* Et eo maxime, quia constitutio Ægidiana nihil aliud facit, nisi reducere nos ad terminos iuris ciuilis, *secũdum l. primam. C. si de moment. poss. agatur.* tollitque obstaculum iuris canonici, compre-
3 henditque etiam fiscum, quia non reperi-
4 tur, quod fiscus sit priuilegiatus, vt possit in possessorio appellare. *glo. communiter approbata. in l. item veniunt. §. in priuatorum. de peti. hered. Aym. cons. 168. nu. 10. & Dec. cons. 551. num. 3. & 8.* Nec obstat, quod sit possessoriũ 5
mixtum † quia potest diuidi. *Dec. cons. 28. num. 6. versic. 4. non obstat.* Et habet locum † 6
etiam in feudis, quia in illis habet locum *l. fin. C. de edict. diui Adriani toll. Ias. cons. 172. col. 2. volum. 4. Afflict. decis. 119. Dec. consilio 467. num. 9. & seq.* Nec requiritur † alia pro- 7
batio tituli, dummodo sit habilis ad feudũ. *Afflict. decis. 361. num.* 40. Et quicquid dici possit in alio iudicio possessorio, tamen in isto adipiscendæ † non est admittenda appellatio, ex ratione magis speciali, quia ius 8
est notorium per testamentum non abolitum nec cancellatum, quod producitur. *Bero, d. q. 44.* Et ita fuit tentum die *17.* Iunii 1542. in vna Tyburtin. Castri sancti Angeli, coram do. Augustino, *vt in eius lib. fol. 284.*

SVMMARIVM.

1 *Mutatio voluntatis in resignante, debet intimari, alias consensus præstitus post mortem resignantis tenet.*

DECISIO CCXXIV.

Constituens procuratorem ad resignandum aliquod beneficium, si mutat voluntatem resignandi, debet illam mutatio- 1
nem intimare procuratori, alias consensus præstitus per procuratorem post mortem constituentis esset validus *per clem. cum illatio. de renuntia.* Et ita fuit decisum in vna Segobiensi de villa Castina, coram domino Vestano 27. Maii. & 27. Iunii 1552. *vt infra in verb. intimatio mutationis latius dicitur.*

SVMMARIVM.

1 *Constitutio regni Neapol. instrumẽtorum robur habet locum in instrumentis, vltro citroq; obligatoriis tantum.*

DECISIO CCXXV.

Constitutio regni incipiens, instrumentorum robur, loquitur † in instrumen- 1
tis vltro citroque obligatoriis, non autem in aliis, & in vltro citroque obligatoriis tantum requiruntur subscriptiones testiũ iudicis, & notarii, quod apparet ex constitutione incip. bannitos, quæ constitutio distinguit acta, & schedas, ab instrumentis, *vt ibi dicitur. §. quæ partes.* Et ita fuit dictum in caussa Lyburtina Castri sancti Angeli. 29. Ianuar. *1552.* coram domino Capisucco, *vt in eius lib. fol. 28.*

SVMMARIA.

1 *Aegidiana constitutio habet locum in ciuitate, Auinio per viam comprehensionis. nu. 5.*
2 *Fauorabilia extenduntur de vno loco ad alium, vbi militat eadem ratio.*
3 *Dispositio Aegidiana dicitur fauorabilis, & quare?*

4 *Aegidius, licet fecerit constitutiones per Marchiæ Prouinciam, tamen Xystus quartus illam ampliauit ad omnes terras ecclesiæ.*

DECISIO CCXXVI.

1 CONstitutio Ægidiana † habet locum in ciuitate Auinionensi, sicut in aliis ciuitatibus subiectis Romanæ ecclesiæ, cum militet eadem ratio in ciuitate Auinionẽsi,
2 quæ militat in aliis, & quia sumus in fauorabilibus, † in quibus licita est extensio de vno loco ad alium, quando militat eadem ratio, *vt per omnes in auth. sacramenta puberũ.*
3 *C. si aduersus vendi.* Dispositio. n. ista Ægidiana † debet dici fauorabilis ea ratione, quia per eam reducimur ad ius commune, de quo habetur, *in l. vnica. C. si de moment possess. vt per Ruin. consilio 195. num. 10. vol. 1. per glos.*
4 *in verbo dinumerandum. in cap. statutum de preben. in 6.* Præterea licet Ægidius † fecerit illam constitutionem propter Prouinciam Marchiæ, tamen Sixtus Papa quartus extendit illas constitutiones ad omnes terras ecclesiæ, & cum ciuitas Auinionensis sit sub potestate ecclesiæ, videtur dicendum, quod veniat in illa extensione Sixti potius per viam comprehensionis, quam extensionis. Et ita fuit decisum in caussa Auinionensi spolii, coram domino Capisucco, die 23. Maii 1552. *vt in eius lib. fol.* 186.

CONSVETVDO.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo immemorabilis quomodo probetur?*
2 *Consuetudo immemorabilis habet vim priuilegii.*
3 *Permutatio de iure est permissa inter duos, quid inter quatuor.*
4 *Remissoria datur ad probandam immemorabilitatem.*
5 *Symonia exsistente dubia consuetudo interpretatiua admittitur.*

DECISIO CCXXVII.

1 CONsuetudo temporis immemorabilis,
2 † quæ habet vim priuilegii † per testes, & per allegationem priuilegii probatur. *Alexand. consilio sexto. columna prima. volu. 1. Paris. consil. 3. & 49. vol. 1.* Nec obstat, quod per immemorabilitatem probatam induceretur in hoc casu delictum, & sic peccatum: quia respondetur, quod cum habea-
3 mus a iure permutationem † permissam inter duos, quod autem sit prohibita inter quatuor. *vt dixit inf. ver. permutatio quadrangularis.* hoc nullibi probatur, nisi per antiquos Doctores, ita vt ad confutandam o-
4 pinionem doctorum possit dari remissoria † ad probandam immemorabilitatem, quę
5 inducit priuilegium, quia symonia † est dubia, & ideo consuetudo interpretatiua admittitur in hoc casu. Et ita tentum die 1. Iulii 1551. coram domino Decano, in vna Cameracẽsi Can. & præb. *vt in eius lib fol.* 248.

CONSVETVDO.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo legatorum diuersarum prouinciarũ quando dicatur probata in vna prouincia vel ciuitate.*
2 *A diuersis non infertur.*

DECISIO CCXXVIII.

CONsuetudo legatorum † diuersarum prouinciarum, (quibus data fuit facultas dispensandi super defectu ætatis, etiam quoad curata, diuerso tamen modo, vni quidem in 22. anno, alteri in 23. anno, & vni in inferiori ætate, & aliis duobus iuxta discretionem suam, non dicitur probata in terminis tex. *in cap. quo ad translationem. de offic. deleg.* Et valet dispensatio facta per legatum Bononiensem in constituto in vigesimo anno post reductionem facultatis dicti legati ad terminos iuris. Ratio est, quia supradictæ facultates sunt omnes diuersæ, & vna est in vna ætate, & altera in alia ætate, & ex † diuersis nõ infertur. Diuersa enim & separata reputantur, quæ non conueniũt ad probandam dictam cõsuetudinem Bononiensem. *l. inter sacram. § sacram. ff. de stipul. serui.* Et ita tentum die 26. Octob. 1551. in vna Britonoriensi coram do. Reomano, *vt in eius lib. fol.* 223. 1 2

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo probata in vno loco, an extendi debeat ad alium locum.*

DECISIO CCXXIX.

CONsuetudo probata per testes in diœcesi † Conchensi, quod libris visitationum detur plena fides, licet in specie non sit probata in loco de Carboneras, de quo agebatur: dicitur tamen bene probata etiã quo ad dictum locum. *vt per Abb. in cap. dilecto. num. 6. nota. 4. versi. quod ad concludendum consuetudinem. num. 8. de offic. Archid. Alexan. consil 68. colum. penult. num. 18. versic. nec obstat, volum. 2. Gozad. consil. 111. colum. 3. sed est diligenter.* Et est communis opinio relata per Iaso. *in l. imperium. num. 24. versi 3. circa prædictam materiam. de iurisd. omni iud.* Et ita fuit decisum in caussa Cochensi decimarum, de Garboneras, coram domino Vestano. 30. Maii 1552. *vt in eius libro fol.* 217. 1

SVMMARIA.

1 *Consuetudo, quod res ecclesiæ debeant locari proximioribus finita locatione, est vtilis ecclesiæ, & quare.*
2 *Ius patronatus conceditur laicis ex gratia vt inuitetur ad dotandas, & construendas ecclesias.*
3 *Cogi potest ecclesia de iure a proximioribus emphyteotæ ad iterum locandum, etiam, quod vellet ecclesia pro se retinere. num. 4.*

Ruinus

5 *Ruinus vbi hic declaratur.*
6 *Consuetudo 40. annorũ prævalet iuri,& quare.*
7 *Remissoria hic conceditur sine fumo.*

DECISIO CCXXX.

1 CONsuetudo, quod res † Ecclesiæ datæ in emphyteosin seu ad tertiam generationem, debeant iterum locari proximioribus finita locatione, est vtilis Ecclesiæ, non onerosa, quia conductores & emphyteotæ inuitantur ad meliorandum bona ecclesię
2 subiecta spe relocationis, vt dicitur de iure patronatus, † Quod cõceditur laicis ex gratia ad hoc, vt inuitentur ad dotandas, & cõstruendas ecclesias, *c 3. de iurepatronat.* Est etiam ista consuetudo conformis iuri com-
3 muni, cum ecclesia de iure cogi † possit a proximioribus emphyteotę finita locatione ad iterum locandum. *Barto. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidia. & æst.* quem communiter sequuntur Doctores, *vt refert & sequitur Ripa in l. 1. numer. 6. ff. de priuileg credit.*
4 etiam quod † ecclesia vellet pro se retinere.
5 *Dec. consi. 131. col. 3. vers. non obstat*, quod dicit. *Ruin.* † *consi. 161. num. 36. vol. 1.* Nam diceba-
6 tur, quod hæc consuetudo † erat 40. annorum, quæ prævalet iuri. *c. fin. de consuetud. & ibi glos. Ias. in l. de quibus. colum. 7. ff. de legib.* Et quod erat etiam ratione fulcita, ne quis careat commodo rei, in qua melioranda proprium patrimonium exposuerat. Quare domini ad probandam talem consuetu-
7 dinem concesserunt † remissoriam etiam sine fumo. Et ita tentum, die 13. Ianuar. 1553. in vna Portugallensi prædii, coram domino Decano, *vt in eius lib. fol. 8.*

CONSVMTIO GRATIÆ.

SVMMARIVM.

1 *Consumtio gratiæ exspectatiuæ, quando & quomodo fiat.*

DECISIO CCXXXI.

COnsumtio gratiæ exspectatiuæ fit, quãdo exspectatiua est ad vnum curatum,
1 & vnum simplex, & acceptans acceptauit, & consecutus est vnam parochialem, & secundo loco acceptat aliam parochialem pure, & simpliciter sine protestatione, quã postea cessit in alicuius fauorem, cũ reseruatione pensionis procedente. Et ratio est, quia ex illa acceptatione consecutus est commodum, *vt per Rom. consi. 329. nu. 8. vers. ceterum gratia. Gemi. in c. cum in multis. col. 5. versi, in fi. glos. vbi etiam Gomes. num. 101. de rescript. in 6. & vid. infra in verbo, gratia exspectatiua ad vnum.* Ita conclusum in caussa Toletan. de Agno. coram dom. Guidobono, secunda Decemb. 1552. *vt in eius lib. fol. 437.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus correspectiuus non prodest illi, qui nõ docet pro parte sua adimpleuisse.*

DECISIO CCXXXII.

COntractus correspectiuus † non prodest illi, qui vult iuuari ex eo, nisi doceat pro parte sua adimpleuisse. *l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emt. & l. cum proponas. la secunda. C. de pact.* Et ita fuit tentum in vna Albulensi, & Tolletan. pensionis, die 9 Nouembris 1552. coram domino Reomano, *prout in eius lib. fol. 361.* 1

CONTRAVENTIO.

SVMMARIA.

1 *Contrauenisse testamento, quando legatarius non dicatur? & num. 11.*
2 *Contrauenire ille dicitur, qui iudicẽ adit, & controuersiam facit, etiam per solum libellum. nu. 3. & per solam citationem. num. 4. vel opponendo exceptiones num. 5.*
6 *Præceptum vbi imponitur a testatore sub certa forma, illud debet specifice impleri.*
7 *Dolus requiritur in contrauentione, vt quis ad pœnam teneatur.*
8 *Contrauenisse pœna a iure inducta quis non dicitur, nisi adsit dolus.*
9 *Dolus contra legatarium, quando non probetur.*
10 *Vineæ appellatione venit arundinetum.*

DECISIO CCXXXIII.

COntrauenisse non † dicitur legatarius 1
testamento, in quo cauetur, quod debeat stare, & parere contentis in testamento, & illi in aliquo non contrauenire, & casu quo contrauenerit, quod immediate cadat, & cadere debeat a legato sibi facto: quoniam legata erat vinea legatario, cum qua fuit emtum per testatorem arundinetum parum distans a vinea, sed tamen separatũ ab ea: prætendebat legatarius sibi deberi arũdinetũ, & illud petiit in iudicio sibi tradi: replicabat heres, quod ipse legatarius contrauenerat testamento, petẽdo arũdinetum, quod sibi legatum non erat, & quod propterea ceciderat a legato vineæ, quia ille contrauenire † dicitur, qui iudicẽ 2
adit, & controuersiam facit. *l. Lucius. §. tres heredes. in verbo monerit. ff. ad Trebelli. Alex. consi. 52. col. 1. vers. & constat, quod ille, volum. 2.* Quod procedit etiam per solam porrecti 3
onem † libelli iudici factam. *Bald. in l. si quis maior 2. not. C. de transact.* vel per citationem † *l. libertus. ff. de in ius vocando.* vel opponẽdo 4
† exceptiones. *Bald. in l. fi. §. in computatione.* 5
col. vlti. vers. de illo non est dubitandum. C. de iure. delibe. Et in terminis *Ruin. consi. 181. col. 2. in fin. versi. videndum est ergo, vol. 1.* legatarius 6
dicebat, quod vbi a testatore imponitur † præceptum & sub certa forma sub pœna, illud debet impleri specifice. *Ruin consil. 127. volum. 2.* Et quod probari debet, quod dolose † & malo animo fuit contrauentum, 7
non autem factum bona fide & intentione,

vt quis incidat in pœnam. *Bal. in l. 1. num. 27. C. de his quæ pœn. nomine. Deci. conf. 581. num. 10.*
8 *& seq.* sicut etiam in pœna † contrauentionis inducta a iure requiritur dolus, vt ex quacunque caussa, licet minima & bestiali non possit excusari. *Bald. in l. obseruare §. proficisci. ff. de offic. proconsul. Alex. & alii, cũ quibus pertransit Curt. in l. si quis maior. col. 4 de*
9 *transact.* Dolus † autem contra legatarium petendo arundinetum probari non potest, quia petiit arundinetum sibi debitum vigore testamenti, & illi inhærendo. Nam a-
10 rundinetum † appellatione vineę comprehenditur, quando contigua sunt. *l. prædiis. §. fin. de leg. 3. & facit tex. in l. cum fundus. ff. de legat. 2.* Et quia huiusmodi arundinetum fuit emtum pro vsu vineæ, *vt dicit text. in d. l prædiis. §. fin.* Et propterea domini tenuerunt,
11 quod † legatarius habuit probabilem caussam conueniendi heredem, ita vt non dicatur contrauenisse testamento ad hoc, vt dicatur cecidisse a legato. die 29. Maii 1551. coram R. dom. Barensi in vna Romana legati Vineæ, *vt in eius lib. fol. 60.*

COPIA.

SVMMARIA.

1 *Copia copiæ an faciat fidem? & quid si a pluribus notariis sit confectum: fallit, vt nu. 2.*
3 *Copiæ registri in libris parlamenti datur fides in regno Franciæ.*
4 *Decius vbi hic non recipitur a Rota.*

DECISIO CCXXXIV.

1 COpia copiæ non facit fidem, † etiam, quod a pluribus notariis esset cõfecta. *Dec. in authent. si quis in aliquo. nu. 8. C. de eden.*
2 tamen domini aliquando dant fidem † copiæ copiæ concurrentibus pluribus adminiculis, & coniecturis, & indiciis sufficiẽtibus ad inducendum animum iudicis ad credendum illi, cum probationes sint arbitratiuæ, prout fuit factum in caussa Auriẽsi parochialis de Canedo coram do. Vestano die 22. Iunii 1552. vbi fuit probata amissio bullarum registri Adriani 6 in quo aderãt literæ originales. Nam vnus testis probabat de tenore illarum literarum facultatẽ creãdi per prothonotarios, fuitq; etiã probatum, quod consuetudo est in regno Frã-
3 ciæ in curia parlamenti, quod fides † datur copiæ regestri in libris parlamenti. Insuper pars fecit diligentiam pro extrahendis istis literis facultatum formiter, nec potuit illas extrahere. Accedat fuisse pariter probatũ de illo tempore passim concedi dictas facultates creandi prothonotarios. Ex quibus omnibus coniecturis, & indiciis domini tenuerunt esse dandam fidem copiæ copiæ, non obstante opinione Decii *in d. auth.*
4 *si † quis in aliquo.* Vt in lib. do. Vestani *fol. 279.*

CORRESPECTIVITAS.

SVMMARIA.

1 *Correspectiui actus qui dicantur?*
2 *Vnitas actus factorum eodem tempore, facit illos pro vno reputari.*
3 *Tempora quatuor interdum pro correspectiuitate considerantur.*
4 *Verba (libere, & pure) posita in cessione quid importent? & an maiorem suspicionem inducant. num. 7.*
5 *Coniecturis non est opus in clariis. limita vt hic.*
6 *Coniecturæ sunt difficilis probationis.*
7 *Cornei consilium de quo hic declaratur.*

DECISIO CCXXXV.

COrrespectiui † actus dicuntur illi, quia vnus propter alium fit, & de illis iudicatur tanquam de vno, & aliquando fiunt simul, *vt docet Soc. conf. 66. col. fin. vers. circa secundum lib 1.* Et aliquando eodem temporis momento, & vna verborum conceptione. *l. si fundus. §. si duo. vbi Bar. ff. de pign.* Et aliquando fiunt, quia vnus fit ante alterius pfectionem. *l. contractus. C. de fid. inst.* siue vnus post alterius perfectionem incontinẽti, *Bart. in l. bona fidei. C. de reb. cred.* Euenit, quod A. eodem temporis momento eadẽque verborũ conceptione mandauit porrigi ad signandũ duas supplicationes, vnã videlicet cessionis monitorii, alteram accessus in fauorem B. & quia vnicus fuit iussus A. iubentis, ideo respectu ipsius tamquã de vnica porrectione, & vnico actu iudicãdum est, vt patet ex prædictis. Et facit quod dicit Socin. *conf. 33. num. 9. lib. 1.* vbi quod 2
propter temporis † vnitatem, qua plures actus simul facti fuerunt, omnes illi actus iudicantur vt vnus, quem sequitur Baren. *in tract. de mora. in princ. num. 7.* Et considerabantur etiã pro correspectiuitate quatuor 3
tempora. † Primum tempus, quando A. dedit secretario suo vno & eodem tempore alias supplicationes. Secundum tempus solicitationis, in quo iussit solicitationem dictarum supplicationum simul fieri. Tertiũ tẽpus expeditionis, in quo iussit illã simul fieri deductis supplicationibus, & Quartũ tempus custodiæ, in quo iussit insimul custodiri, per dictum eius secretarium. Non obstant verba libere, † & pure posita in cessione, & in accessu, quia procedunt, nisi aliæ 4
cõiecturæ vrgentissime aliud demõstrarẽt, vt fuit tentũ pridie in vna Mindonea canonicatus coram do. meo Augustino, de qua decisione vid. in verbo confidẽtia. Ideo tollitur illatio, quod in claris † nõ est opus cõie- 5
cturis. *l. ille aut ille. §. cũ in ver. ff. de legat. 3.* quia non procedit in illis casibus, in quibus coniecturæ † multum operantur, cum sint diffi- 6
cilis

cilis probationis. *l. non omnis. §. a Barbaris. ff.*
7 *de re mil.* Accedit, quod illa verba † pure, & libere, in casu alias suspecto inducũt maiorem suspicionem. *Bal. in l. 2. per illum tex. C.*
8 *de iclus. deteg. Alex. cons. 39 versic. Oldradus, & cons. 5. vol. 3.* Nec obstat consil. Corn. vltimum. lib. 1. Vbi quis donauerat pure & libere, & donatarium statim quædam promiserat, adeo vt actus videatur simultaneus, & tamen deciditur *ibi. col. 3. in fine pro validitate.* Quia Tiraquell. *in l. si vnquam. C. de reuocand. donat. in glos. donatione largitus. num. 104. dicit*, quod rationes Cornei sunt parũ efficaces. Et ita fuit conclusum die 30. Octobris 1551. in vna Veronensi monasterii, coram domino Prospero, *prout in eius libro fol. 278.*

DATA LITERARVM.

SVMMARIA.

1 *Data literarum Papæ quomodo probetur.*
2 *Papa asserens factum proprium per verba concepta in personam suam, sufficienter probat relatum, & an sit necessaria productio literarum relatarum. n. 3.*

DECISIO CCXXXVI.

tas. *Felyn. in cap. pastoralis, numer. 12. de offic. de lega. Sarnen. in d. cap. statutum, numer. 20. cum sequ. de rescript. in sexto Rot. decisio. 16. de praben. in nou.* vbi canonica, † & dignitas æquipara- 3
tur. Dispositio † enim extenditur ad casum 4
comprehensum sub lata significatione vocabuli. *l. filium habeo ff. ad Macedon.* Quod etiam procedit in † exorbitantibus. *Iason in* 5
instit. de act. in princip. numer. 17. & sequen. Dec in l. 1. colum. 5. C. de transact. Galli. in l. Gallus, § & quod si tantum, colum. 5 ff de lib. & posth. Et hoc tanto magis † procedit in casu fauorabili, 6
prout est casus, de quo agitur, in breue

Socin. in consil. 187. in fin. secunda colum. versi. ex quibus omnibus. lib. primo. Et ita resolutum fuit in caussa Tholetana decimarum, coram domino Accorambono Decano, *vt in eius lib. fol. 143.*

DATARIVS.

SVMMARIVM.

1 *Datarius potest etiam, lite pendente, corrigere supplicationes erroneas.*

DECISIO CCXXXIX.

1 DAtarius potest etiam lite pendente emendare supplicationes, quando constat de manifesto errore. Ita dixerunt domini in caussa Treuerensi beneficii sancti Vlderici, coram domino Guidobono *24.* Octob. *1552. vt in eius lib.*

DEBILITAS,

SVMMARIA.

1 *Debilitas expressa in coadiutoria, quomodo sit intelligenda.*

2 *Infirmitas narrata in supplicatione debet esse talis, quæ præstet impedimentum perpetuum.*

3 *Modicum vulnusculum, leuis febricula aut vetus quartana non sunt in consideratione.*

DECISIO CXL.

1 DEbilitas, si narratur in coadiutoria, debet † intelligi de tali debilitate, quæ p se aggrauat corpus sine spe futuræ prosperitatis. *Felyn. in cap. quoniam frequenter. nu. 6. ad fin. vt lite non contestata.* Sicut dicimus de
2 infirmitate † narrata, quæ debet esse talis, quæ præstet impedimentum perpetuum, licet cum aliquo interuallo quietis, *secundū Archid. post Ioan. Andr. in c. 1. de cler. agrot. in 6. Imol. & Ioan. And. in d. cap. quoniam frequenter, vt lite non contest. Imol. in c. fin. num. 9.*
3 *de cle. ægrot. extra.* Nec leuis febricula † aut vetus quartana, vel modicum vulnusculū essent in consideratione. *l. 1. §. sciendum. de ædil. edict.* Et ita domini tenuerunt, proponente domino Chissanen. in caussa Tullen. Prioratus de Castineto *23.* Martii *1552. vt in eius lib. fol. 146.*

DECIMA.

SVMMARIA.

1 *Decimæ non possunt per laicos præscribi.*

2 *Concilium Lateranense, quando celebratum fuit.*

3 *Laici an sint capaces decimarum per viam concessionis in feudum.*

4 *Laici semper fuerunt capaces decimarum, ex priuilegio tamen Apostolico.*

DECISIO CCXLI.

1 DEcimarum incapaces † erant laici, ad præscriptionem illarum, tam ante cōcilium Lateranense, quam post. *16. q. 1. c. fi. §. quod autem beatitudo tua.* Quod concilium
2 † Lateranense fuit celebratū post tempus beati Hieronymi, conditoris illius textus per trecentos annos, cum conditum fuerit de anno *1589.* ab Alexandro tertio, *vt dicit Balbus in tract. præscript. 5. par. princi. in 7. q. num. 21.* Quo vero ad concessionem in 3
feudum † erant capaces ante concilium Lateranense, sed post sunt incapaces. *c. prohibemur, & cap. quamuis. iuncta gl. in verb. concesserit in fi. de decimis, & cap. cum & plantare, de priuileg. & cap. cum Apostolica circa fin. & ibi per Cardinal. & omnes de his, quæ fiunt a præla. sine consc. cap.* Ex Priuilegio Apostolico semper laici tam ante, quam post concilium Lateranense fuerunt, & sunt capaces, *Doct. in d. cap cum Apostolica.* Et declarat Balbus *in quinta part. prin. in 7. q. num. 19. cum sequent. de præscript.* Et ita fuit tentum in vna Hispalensi decimarum coram dom. Decano die *15.* Maii. *1551. prout in eius lib. fol. 255.*

SVMMARIA.

1 *Decimas, vt rehabere possit laicus vigore immemorabilis, quid debeat probare, & nu. 2.*

2 *Præsumitur laicum decimas vsurpasse, quando non constat de recognitione ecclesiæ, & illi tunc non suffragatur possessio etiam mille annorum.*

DECISIO CCXLII.

DEcimæ † possessæ a laico, per tempus 1
immemorabile, vt illas postmodum consequi possit, sufficit, quod probet illas exegisse tempore immemorabili cum allegatione tituli, dummodo probet etiam, quod possideret tanquam vasallus, *vt per Ioan. And. in cap. cum Apostolica. col. fin. de his, quæ fiunt a præl. sin. consilio cap. & per Franc. & Gemin. in c. 2. §. sane col fin. versi. super duo, de decimis. lib. 6. Balb. in tracta. præscript. part. 5. princ. q. 7. num. 20. vsq. ad 22. Abb. in d. cap. cū Apostolica. col. fin.* Et Balb. *in d. 7. q. nu. 21. circa fi.*
dicit, quod sufficit † probatio possessionis 2
cum allegatione tituli ante concilium Lateranense, quando tales decimas recognoscit in feudum ab ecclesia, *& Rebuff. in tract. de decimis q. 13. num. 76.* Et quando non con- 3
stat de recognitione ecclesiæ, præsumitur laicum decimas vsurpasse. Et ideo illi non suffragatur possessio etiam mille annorum. *Rebuff. vbi supra, num. 78.* Et ita fuit tentum die *1.* Iunii *1551.* in vna Hispalensi decimarum, coram domino Accorambono Decano, *vt in eius lib. fol. 7.*

SVMMARIA

1 *Probari quid debeat pro parte rectoris ad consequendas decimas.*

2 *Possessionem Abbatialem retinere, vel domum hereditariam ad quid prosit.*

3 *Quasi possessio, quando fuit habita pro titulo.*

DECISIO CCXLIII.

DEcimas integras Petrus Duenas parochialis ecclesiæ, de Longares, percipere non potest: quia nō habet intentionem fun-

fundatam de iure communi, vt possit dici rector † ad effectum præmissum, quia agit contra Caritaterium, qui est in quasi possessione percipiendi integras decimas, & ad illum excludendum docuit de sua quasi possessione, & antecessores Petri percipiebant congruam portionem a Caritaterio, ita vt non possit dici rector. *ad Rot. decis. 341. in antiq.* Et, quia Caritaterius retinet † domum Abbatialem istius parochialis, iuxta ea, quę dicuntur de herede, qui retinet domum hereditariam, *vt per Doct. in l. gerit. ff. de acqu. hered.* Ita, vt potius iudicandus sit vicarius perpetuus Petrus, quam rector. Et ita Domini tenuerunt in vna Cæsaraugustana Parochialis de Longares *19.* Iunii *1551.* coram Guidobono, *vt in eius lib fol. 201.* die *1.* Iulii. *1551.* & domini eiusdem mensis, & anni, coram eodem fuit firmata ista decisio, quia apparebat, quod Petrus iste percipiebat suam quartam a Caritaterio, & a deputato ab eo, & quia Caritaterius habebat possessionem saltem decennalem, ita vt non possit dici vsurpata, *ad decisio. Rotæ in quartam in no-*
3 *uis.* Et cum constaret de quasi possessione † Caritaterii, satis poterat dici constare de eius titulo, maxime, quia incidenter deducebatur in casu isto, *gloss. & Bartol. in l. quidam in suo de condit. & demonstr. Imol. in clemen. si duobus, vt lit. pend. not. 2. Alexand. consilio 10. numero tertio, lib. 4.* Et ita fuit firmatum diebus supradictis, coram Guidobono in caussa Cæsaraugustana de Longares, *vt in eius lib. fol. 275.*

SVMMARIVM

1 *Decimas omnes, non poteſt quis obtinere, si probauit tantum de receptione decimarum agnorum.*

DECISIO CCXLIV.

1 AGens possessorio ad decimas omnes, obtinet, nisi probet † perceptionem aliarum decimarum, quam agnorum. *Innoc. in cap. licet ex quadam, de testamen. & Rebuff. in tractat. de decimis, quæst. 14. num. 13.* Et ita fuit tentum die *27.* Nouembris *1551.* in caussa Conchen. decimarum, coram Domino Vestano, *vt in eius libro fol. 280.*

DECISIO.

SVMMARIA

1 *Decisio Bellamera 494. declaratur.*

2 *Successor poteſt reuocare male alienata per prædecessorem suum.*

DECISIO CCXLV.

1 DEcisio Ægidii † 494. non habet locum, quando agitur super contractu inualido, & loquitur, quando non interuenit dolus, & in eademmet persona, quæ se spoliauit, quia non poteſt venire contra factum suum: secus autem in successore, *capit. episcopi, vbi Abb. numero primò, de rebus eccleſ. non alien.* maxime, quia Abb. *in d. ca. episcopi numer. 1.* dicit, quod successor † poteſt reuo- 2
care male alienata a suo prædecessore, & ei non obstat defectus Domini. Ita fuit pro maiori parte inclinatum, licet non firmatum in caussa Aquilana legati, vel bonorũ coram Domino Capisucco Lunæ *18.* Ianuarii *1552. vt in eius lib. fol. 22.*

DECLARATORIA

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria Pauli tertii ad fauorem Cardinalis Farnesi, de qua hic, est potius noua dispositio quã mera declaratoria.*

DECISIO CCXLVI.

DEclaratoria † facta per Paulum terti- 1
um, quod indultum Cardinalis Farnesi non fuit reuocatum per quascunque regulas, per eum editas reuocatorias indultorum Cardinalium, non fuit mere declaratoria, quia non declarabat verba dubia indulti Cardinalis Farnesi, sed reualidabat dictum indultum, & erat potius noua dispositio tollens alteri ius quæsitum. *Decia. in l. 1. colum. 1. C. de impub. & aliis subst. Sarnen. in reg. de non tollendo ius quæsitum, quæſt. 13.* Et ita fuit tẽtum, die *1.* Iulii. *1551.* coram Domino Achille in vna Abulen. beneficii, *vt in eius lib. fol. 379.*

DECRETVM.

SVMMARIA

1 *Decretum, de quo hic, est optimum ad tollendas supplicationes, quas solent facere Hispani.*

2 *Moram quis purgare non poteſt pendente lite.*

3 *Decreto, de quo hic, quando quis non possit iuuari.*

DECISIO CCXLVII.

DEcretum appositum in supplicatione reseruationis pensionis huius tenoris, quod Ferdinandus, aut aliquis ex successoribus, non possit beneficium resignare in aliam personam, nisi infra quatuor menses cessionem intimauerit & fecerit, quod resignatarius pensioni assignatæ consenserit, prout ipse Ferdinandus consenserat, alias cessio facta censeatur in fauorem pensionarii, est optimum remedium ad tollendum supplantationes, quas solent facere Hispani, & ideo occurrit, † quod in caussa 1
Carthaginensi beneficii Ferdinandus resignatarius cesserat, non seruata forma decreti. Dubitabatur, *an pensionarius vigore dicti decreti agere posset ad admissionem resignationis?* In eius fauorem fuit resolutum, quod sic, & quod non poteſt hodie † adimplere 2
decretum, cum lis pendeat, & adhuc persistat in mora, nec seruauit formam decreti. Quod, cum sit in fauorem pensionarii, & in odium resignantis: Ideo resi-

DECISIO CCLIII. seu 2.

Beneficium si impetratur, vt deuolutum, solet in supplicatione apponi clausula, detur deuolutio dispositiue in literis, & inc in expeditione literarum exprimitur asus deuolutionis, & illa deuolutio est robanda † per impetrantem, vt satisfiat lausulæ. *Cassad. decisio 5. de præbend.* Nec obstat, quod beneficium esset reseruatum, & deo generaliter posset dici deuolutum. Quoniam in beneficio reseruato nō cadit deuolutio. *Cassad. decis. 8. num. 3. de præbend.* Et ita tentum fuit in caussa Burgen. Præstimonii 9. Decembris *1551.* coram Domino Vestano, *vt in eius lib. fol.* 130.

SVMMARIA.

1 *Deuoluta dicitur caussa secuta ratificatione citationis ante sententiam illorum, ad quorum instantiam per assertum procuratorem cum promissione rati fuit expedita.*

2 *Citatio decreta ad instantiam asserti procuratoris, qui promisit de rato, valet dummodo ratificetur, alioquin caussa non dicetur commissa.*

DECISIO CCLIV. seu 3.

1 Deuoluta † est caussa, si ante sententiam ratificatum est per Dominos portionarios, decretum citationis obtentum per assertum procuratorem eorum nomine, cū promissione rati, & tunc sententia sustinetur: alias caussa non dicitur legitime deuoluta, quia ille procurator, qui decretum citationis obtinuit, promisit de rato, & sic ci-
2 tatio decreta valet, dummodo ratificetur: non secuta autem ratificatione ante sententiam caussa non dicitur commissa, *l. cedere diem, ff de verbo. signifi. cap. super eo. de condit. appos. §. ex conditione, Instit. de verb. signifi.* Et ita fuit tentum die *17.* Octob. *1552.* in vna Toleta. de Alaenina corā D. Reomano, *prout in eius lib. fol.* 303.

DICTIO.

SVMMARIVM.

1 *Dictio (vt) posita in concordia, de qua hic, an stet conditionaliter, vel caussatiue.*

DECISIO CCLV. seu 1.

1 Dictio (vt) posita in cōcordia inter canonicos, & portionarios ecclesiæ Corduben. cuius concordiæ verba sunt hæc, *(quod eligantur, vt fieri solebant ante lites, & cum omni caritate)* si probata est consuetudo, quod canonici antea habebant difficultatem eligendi priuatiue ad Portionarios, stat conditionaliter, sin autem, stat caussatiue. Paul. de Castro *consilio 17. volum 2. Bartol. in tractat. de reprimen. in verbo (prout.)* Et ita tentum fuit in vna Corduben. electionis officialium coram R. D. Chisslanen. die *20.* Maii *1552. vt in eius lib. fol.* 270.

DICTVM STAPHILEI.

SVMMARIA

1 *Staphileus loco hic citato reprobatur a Rota.*

2 *Res iudicata obtenta etiam vigore sententiæ per contradictas operatur, vt in commissione apponatur clausula parito iudicato limita, vt num. 3. & 4.*

DECISIO CCLVI. seu 1.

Dictum Staphilei † *in tractat. de literis gratiæ, & iustitiæ folio 161. a tergo*, vbi dicit, 1
quod quando est vna sententia lata per cōtradictas, quæ transiuit in rem iudicatam, quod datur cōmissio cum clausula *(refectis expensis)* & non cum clausula, *parito iudicato*, non seruatur per Rotam, quia semper vult, quod pareatur iudicato, quando non est † 3
aliqua nullitas resultans ex eisdem actis, vel de qua † incontinenti non possit doce- 4
ri. Ita dixerunt Domini in vna Ispalen. canonicatus, & præbendæ 21. Octobris 1552. coram Domino Fabio Decano, *vt in eius lib. fol. 347.*

DIGNITAS.

SVMMARIA

1 *Canonicus ecclesiæ cathedralis de iure communi nō dicitur esse in dignitate, fal. ex lata interpretatione, nu 2. & 11.*

3 *Canonica, & dignitas æquiparantur.*

4 *Dispositio extenditur ad casum comprehensum sub lata significatione vocabuli Amplia pcedere etiam in exorbitantibus, nu 5. eo maxime in fauorabilibus, nu 6.*

7 *Interpretatio lata fit in matrimonio spirituali.*

8 *Consuetudine interpretamur mentem rescribētis, & patrisfamilias.*

9 *Canonicus in cathedrali de stricta significatione non venit sub nomine dignitatis, nisi aliud ex rescribentis mente suadeatur.*

10 *Interpretatio fieri debet pro validitate actus.*

DECISIO CCLVII. seu 1.

In dignitate canonicus ecclesiæ cathe- 1
dralis, de iure communi ex propria significatione constitutus non dicitur, *vt per omnes in cap. statutum, de rescri. in 6. lib.* Nihilominus secundum † latam interpretationem canonicatus in cathedrali, dicitur digni- 2
tas. *Felyn. in cap. pastoralis, numer. 12. de offic. de lega. Sarnen. in d. cap. statutum, numer. 20. cum sequ. de rescript. in sexto. Rot. decisio. 16. de præben. in non.* vbi canonica, † & dignitas æquipara- 3
tur. Dispositio † enim extenditur ad casum 4
comprehensum sub lata significatione vocabuli. *l. filium habeo ff. ad Macedon.* Quod etiam procedit in † exorbitantibus. *Iason in* 5
instit. de act. in princip. numer. 17. & sequen. Dec in l. 1. colum. 5. C. de transact. Galli. in l. Gallus, § & quod si tantum, colum. 5 ff. de lib. & posth. Et hoc tanto magis † procedit in casu fauorabili, 6
prout est casus, de quo agitur, in breue

dirigitur canonico ecclesiæ cathedralis, vt promoueret vnum ad sacros ordines, qui
7 promouit, & sic sumus in matrimonio † spirituali, in quo fit lata interpretatio, *cap. final. de re iudic. l. cum conditionibus*, §. *si patronus. ff. de conditio. & demonstratio.* Et ex consuetudine constat, quod quando committuntur caussæ probis viris in ecclesiastica dignitate constitutis, diriguntur breuia canoni-
8 cis, ex qua † consuetudine interpretari debemus mentem rescribentis, & patrisfamilias, *gloss. in l. vel vniuersorum, ff. de pign. actio.*
9 Et licet de stricta † significatione non comprehenderetur canonicus in cathedrali sub eo nomine dignitatis, tamen mens rescribentis aliud suadet, *l. scire oportet*, §. *aliud versiculo. sed etsi maxime ff. de excusat. tut.* Et quia agebatur pro nullitate actus ordinis suscepti, quo casu in dubio debet fieri in-
10 terpretatio † pro validitate ipsius. *Decius consilio 77. columna penult. ad medium.* Et pro-
11 pterea canonicus † in cathedrali sub larga significatione de iure venit sub nomine dignitatis. Et ita tentum die 30. Octobris 1551. coram Domino Augustino in vna Tiresonen. pensionis 500. ducatorum, *vt in eius lib. fol. 331.*

DILATIO.

SVMMARIA

1 *Dilatio ad conducendum testes de partibus, si voluerit, & potuerit illos conducere, non datur tanquam calumniosa, vnde colligitur, nu. 2.*
3 *Dilationum materia est coangustanda.*
4 *Dilationes, an semper dentur si voluerint, aut potuerint partes probare.*
5 *Restitutionis in integrum caussa commissa post tertiam sententiam Rotalem, datur dilatio ad conducendum testes ad curiam ad probandam læsionem.*

DECISIO CCLXXXV. seu 1.

Dilatio petita ad conducendũ testes de partibus, si voluerit, & potuerit illos
1 conducere, fuit denegata † tanquam calumniose petita. *Felynus in capitulo de cetero, de re iudic. Cassado. decisione 3. de dilatio.* nec iuste videtur petita, *secundum textum in l. iudices,*
2 *C. de fide instrumen.* Calumnia † enim ex illis verbis colligebatur, dum dicitur, si voluerit, & potuerit, quoniam posset pars dilationem petens, secrete procurare quod iudices, & magnates de partibus impedirent partem, ne posset testes producere, & postea sub prætextu, quod fuerit impedita, se excusare, & sic redderetur caussa immortalis, & petitio dilationis esset potius ad protelandam caussam, quam ad finiendum. *Milis in repert. in verbo termino ad arti-*
3 *culandum dato.* Via † enim dilationum est coangustanda, *l. 1. in fin. C. de dilat. Specul. in titul. de except. §. 1. versic. ceterum.* Nec obstat illud, quod dicitur, quod † dilationes semper dã- 4
tur ad probandum si voluerint, aut potuerint, quia illud habet locum, quando iudex ex officio dat terminum. Non autem quando pars petit dilationem, vt hic, & ideo fuit ordinatum, quod caussa expediatur ex voto omnium Auditorum, die 5. Iunii. 1551. coram Domino Vestano in Tolletan. nullitatis matrimonii, *vt in eius lib. fol. 94. tamen die 26. Iunii 1551.* in dicta caussa post datam tertiam sententiam, cum fuisset commissa caussa restitutionis in † inte- 5
grum aduersus illum, Domini tenuerunt, quod detur dilatio ad adducendum testes ad curiam pro probanda læsione, *vt in eius lib. fol. 309.*

SVMMARIA.

1 *Cessionario non est danda dilatio, quando cedens habuit dilationem ante ius cessum, & quare.*
2 *Cedens non potest præiudicare cessionario post cessionem.*

DECISIO CCLIX. seu 2.

Dilatio non est danda cessionario, † quã- 1
do cedens habuit dilationem ante ius cessum, quia tunc cedendo post dilationem obtentam, potuit præiudicare cessionario, sed si cedens habuit dilationem post ius cessum cessionario, dilatio debetur. Et ratio est, quia cedens † non potest præiudi- 2
care cessionario post cessionem. Ita tẽtum fuit in caussa Compostellana parochialis de Cespon. coram episcopo Montisflascon. 7. Nouembr. 1552. *vt in eius lib. fol 93.*

SVMMARIVM

1 *Dilatio debetur actori, quãdo commisit super vno iure caussam contra reum, & reus lite pendente aliud ius producit.*

DECISIO CCLX. seu 3.

Dilatio debetur actori, † quando commi- 1
sit caussam cõtra reum super vno iure, & pendente lite, reus aliud ius producit. *Cassad deci. 1. de dila.* Et ita fuit dictũ in caussa Tullen. Decanatus 13. Iunii 1552. coram D. Decano, *vt in eius lib. fol. 208.*

SVMMARIVM.

1 *Dilationes citra montes dantur duorum mensiũ, vltra montes quatuor mensium.*

DECISIO CCLXI. seu 4.

Dilationes dantur † si citra montes, duo- 1
rum mensium, si vltra, quatuor mensium. Ita dictum fuit in caussa Tullen. Decanatus, corã D. Decano, Lunæ 13. Iunii 1552. *vt in eius lib. fol. 208.*

SVMMARIVM.

1 *Dilationes ad partes denegantur in caussis exsecutionis, & quando partes pro facto habuerunt illas, & quare, num. 2.*

Decisio

Decisio CCLXII.

Dilationes ad partes denegãtur in causis † exsecutiuis, & quando partes habuerunt illas, quia videntur calumniose petitæ. Ita fuit obseruatum per omnes in vna Barchinonen. parochialis sanctæ Crucis de Lorde coram D. Capisucco Lunæ 24. Octob. 1552. *vt in eius lib. fol. 277.*

SVMMARIA.

1 *Dilationes denegantur illi, qui commisit caussam generaliter super iudicio possessorio.*

2 *Actor debet venire instructus.*

Decisio CCLXIII.

Dilationes Aluaro de Capreto fuerunt denegatæ, quia commiserat caussam
1 super molestationibus † illatis per Antoniũ aduersarium in canonicatu, & præbenda Calaguritana, & commissio erat generalis super iudicio possessorio, quod verificari poterat tam super possessorio retinendæ, quam etiam recuperandæ possessionis, & ideo est effectus actor generalis, qui debet
2 venire instructus, *l. qui accusare. C. de eden. Cassado decisio. 1. de dilati.* Et ita fuit tentum corã Domino Oradino in vna Calaguritan. canonicatus, & præben. die 10. Februarii 1554. *vt in eius lib. fol. 25.*

SVMMARIA

1 *Dilationes non sunt dãdæ illi, qui commisit caussam generaliter, etiam quod velit declarare actionem.*

2 *Declaratio, quæ non dicatur, sed restructio.*

3 *Commissiones præsentatæ citata parte ad dicendum contra, sunt communes, nec impetrans alia parte inuita illis renuntiare potest, numer. 4.*

4 *Agens declarare non potest, ex qua caussa agere voluerit, quando ambiguitas procedit ex multiplicatione caussarum.*

Decisio CCLXIV.

1 Dilationes Capreto non sunt dandæ, † etiam quod declarauerit verba commissionis, qualiter ipse volebat tantum ꝓcedere in interdicto retinendæ, & non
2 adipiscendæ, quia ista non est declaratio † mera, sed restrictio, & commissiones † præ-
3 sentatæ citata parte ad dicendum contra sunt communes. *Sarnen. in regula de annali, quæstio. 14 nume. 2.* Nec impetrans † alia parte
4 inuita, illi renuntiare potest. *Felyn. in rubr. de rescript. numer. 3.* Et quando ambiguitas
5 † procedit ex multiplicatione caussarum, non potest agens declarare, ex qua caussa agere voluerit. *Aret. in l. si quis intentione ambigua numer. 6. ff. de iudic.* Et ita fuit tentum in caussa Calaguritana canonicatus, & præbendæ, die 2. Martii 1554. coram Domino Oradino, *vt in eius libro fol. 44.*

DILIGENTIA.

SVMMARIVM

1 *Diligentia quomodo sit facienda, vt valeat.*

Decisio CCLXV.

Diligentia, quæ fieri debet de reperiendo breue aut supplicationem, seu bullam in registris, fieri debet † per duos Officiales officii, vbi fit, & post factam diligentiam, debent referre medio iuramento, & est citanda pars ad videndum fieri diligentiã, & relationem, & ita erit diligentia recte facta, alias non tenet. Et ita fuit tentum, die 20. Aprilis 1551. in vna Caurien. dell. Gassai, coram Domino Guidobono, *prout in eius lib. fol. 82.* 1

SVMMARIA

1 *Diligentia creditoris ex quibus iudicetur.*

2 *Posse dicimur ea, quæ commode, & secundum honestatem, & vrbanitatem possumus.*

3 *Negligentia præcise non probatur, nisi quis teneatur ad factum certum, & limitatum tempore, & loco, & semper inspicitur, quod quis possit facere illud quod omittit, nu. 4.*

5 *Negligens an dicatur, qui habuit facultatẽ agendi, & excipiendi, & nihil fecit.*

6 *Vim dicitur quis committere vt hic.*

7 *Facere illud, quod commode, & honeste quis facere nequit, dicitur inciuile, & inurbanum.*

Decisio CCLXVI.

Diligens † exactor dicitur Cardinalis Pisanus, qui dum esset creditor bonę memoriæ Pirri Cardinalis Gonzagæ in summa quatuor millium scutorum obtinuit a felicis recordationis Clemente septimo Breue de capiendo fructus propria auctoritate monasterii beatæ Mariæ della Seruãda, quod vacauerat per obitum dicti Pirri Cardinalis, & commendatum fuit Herculi Gonzaghæ, tum quia post breue obtentum, illud Herculi Cardinali, & moderno cõmẽdatario intimari fecit, & cœpit exigere fructus, remediis opportunis. Ita vt non potuerit dici negligens, si non omnes exegerit, *vt in terminis late dicitur per Angel. consilio. 312. num. 4. & 5.* Valde enim inspicitur in exigendo, ne nimis duri, & inhonesti exactores iudicemur, quia ea † dicimur posse, quæ commode, & secundum honestatem, & vrbanitatem possumus, *vt dicit Angel ibi, & Socin. consilio. 100. colum. 3. in prin.* Et circa diligentiam, vel negligentiam imputandam, considerandum est, quod † dicta præcise negligentia, non probatur, nisi quis teneatur ad factum certum, & limitatum tempore, & loco. *Bartol. consilio. 202. incipiend. carissime Domine, quem sequitur Felyn. in cap. si autem, numero tertio, de rescript.* Et semper etiam inspicitur, quod quis possit † facere illud, quod omittit, *cap. si com-* 1 2 3 4

promissarius in princip. de electio. lib. 6 & per glos. in cap. si clericus, de præbend. eod. lib. Quare cum Cardinalis Pisanus non teneretur ad certum & limitatum actum, loco & tempore agendum, non potuit ei imputari negligentia in exigendo, & ideo potest reliquos fructus exigere vsque ad integram satisfactionem contra quoscunque possessores.
5 Nec obstat, quod si quis habuit † facultatem agendi, & excipiendi, & non fecerit, quod sibi imputandum sit, quoniam dici potest negligens, *secundum Socin. consilio. 375. colum. 3. numer. 6. & Felyn. in cap. ex transmissa, de præscript. in princ. & Decius consilio. 454. nume. 6.* Quoniam dicebatur, quod talis facultas
6 exigendi propria auctoritate exerceri non poterat inuitis possessoribus: quia dici poterat committi vis. *Bartol. in l. creditores, in lectura secunda, columna prima, in fin. C. de pignor.* vt in proposito casu non potuit Cardinalis Pisanus propter potentiam eorum, qui
7 obtinuerunt monasterium illud exigere, & ita formaliter consideret Socin. *in d. consilio 100.* Et quia inciuile, & inurbanum fuisset, si fecisset illud, quod commode, & honeste fieri non potest, nec debet, ad quæ addi possunt ea, quæ dicit Decius *in l periculum, in fin. ff. si certum petat* Et ita tentum die 1. Iulii 1551. in vna Mantuana fructuũ, corã Domino Archiepiscopo Barensi, *prout in eius libro folio 253.*

SVMMARIA

1 *Diligentia facta in expediendis literis non prodest acceptanti beneficium, & quare.*
2 *Literarum expeditio de iure communi non est necessaria, & quare.*
3 *Gratia dicitur perfecta supplicatione signata, & expedita.*
4 *Collatio non tribuit plenum ius non secuta acceptatione ex parte prouisi.*

DECISIO CCLXVII.

1 Diligentia facta in expediendis literis, non prodest acceptanti beneficium vacans, & cadens in sua exspectatiua, quia
2 de iure communi non est † necessaria lite-
3 rarũ expeditio, & eo ipso, quod † supplicatio est signata, & expedita, gratia est perfecta. *Bal. in l. humanum, C. de legib. Cardi. in proœmio clementinarum, Gemin. & Franc. in proœm. 6. & late Fely & Deci. in rubri. de constit. Gemin. consil. 106. colu. 3. Cass. decisio. 8 de restit. spoli. Rebuff. super concordatis de mand. apost. §. 1. versicul. literas. pagina 258. & sequen.* Ideo cum gratia sit perfecta sine literarum expeditione, non prohibetur acceptatio literis non ex-
4 peditis, & collatio † non tribuit plenum ius, non secuta acceptatione ex parte prouisi, *cap. si tibi. absenti, de præbend. in 6. Bartol. & alii in l. qui absenti. de donat.* Et ita alias fuit decisum per tres positiones, coram bonæ memoriæ Ioanne Mohedano, *vt refert Peregrinus Fabius in suis decisio. titul. de concess. præbend. decisione 7.* Et ita hodie 24 Aprilis 1557. in vna Bracaren. coram Domino Accorambono Decano fuit confirmatum, *vt in eius lib. fol. 276.*

DISPENSATIO.

SVMMARIA

1 *Constitutionu verba concilii Lateranen. sub Leone 10. ses. 9 §. dispensationes, recensentur.*
2 *Clausula dispẽsationis apposita in aliqua supplicatione, dicens (non obstante concilio Lateranẽ.) an intelligatur, de concilio generali, vel illo sub Leone 10. celebrato.*
3 *Constitutio conciliaris tacite continet clausulam derogatoriam & propterea ei non derogatur per clausulas generales.*
4 *Concilium Lateranen. sub Leone 10. voluit addere concilio generali, ideo speciali indiget derogatione.*

DECISIO CCLXVIII. seu I.

Dispensationes † autem ad plura incompatibilia vltra duo nisi qualificatis, iuxta formam iuris communis, non concedãtur, nisi ex magna, & vrgenti caussa, & personis cuiuscunque dignitatis parochiales ecclesias, & earum perpetuas vicarias ac dignitates maiores, & principales, etiam per viam vnionis, vel commendæ ad vitam, vltra quatuor obtinẽtes, ex nunc terminum duorum annorum præfigimus, vt interim quatuor tantum ex eis retentis, reliquas dimittere teneatur, vt beneficia dimittenda huiusmodi resignare valeant in manibus ordinariorum, ad effectum, vt de illis prouideatur personis nominandis, quacũque reseruatione non obstante, &c. Hæc sunt verba, constitutionis concilii Lateranensis tempore Leonis decimi celebrati, *sessione nona § dispensationes.* Qua disponitur, quod in futurum dispensationes, ad plura vltra duo non dentur, & quatuor quo ad præsentia, videlicet, quod habentes possint retinere quatuor, & qui haberẽt vltra quatuor, tenerentur dimittere infra biẽnium, alioquin lapso biennio, vacarent, & retinẽtes incurrerent pœnas extrauagantis, execrabilis Ioan. secũdi: verum quia in supplicatione erat clausula dispensationis, quorumcunque obtentorum, & obtinendorũ ad annum tantum, & in parte derogatoria dicebatur: Non obstante ordinatione Lateranen. Concilii, videbatur satis fuisse per illam clausulam derogatum concilio Lateranensi præfato. Sed contrarium Domini firmauerunt, ea ratione: quia clausula † di 2
spẽsationis de qua in supplicatione, de qua agitur, loquitur de cõcilio generali, de quo in

in c. 1. de multa, de præb. non de concilio Lateranen celebrato tempore Leonis decimi, de quo nulla mentio fuit facta in dispensatione, & propterea illi non dicitur derogatum, quoniam specialis derogatio (quæ hic non legitur) requiritur, cum concilia-
3 ris † constitutio tacite contineat clausulam derogatoriam, *secundum Archidiaconum in cap. 1. de constitut. in 6. Roman. in l. si vero §. de viro 23. fallen. numer. 45 ff. solut. matrimon. Felyn. in cap. nonnulli, colum. 4. in 1. regu. de rescript.* Et propterea ei non derogatur per clausulas generales. Et quia dictum con-
4 cilium Lateranense voluit † addere concilio generali, ideo de eo erat facienda specialis mentio, & requirebat specialem derogationem. Et ita fuit tentum die 20. Maii 1551. coram Domino Reomano in vna Segobien parochialis de Mingueta, *vt in eius lib. fol. 130.*

SVMMARIA.

1 *Dispensatio præsumitur inter coniuges, qui in gradu prohibito contraxerunt, si per decem annos & vltra, in matrimonio vixerunt, & mortui sunt.*

2 *Temporis diuturnitas facit, quod proles illegitima pro legitima habeatur, concurrēte probabili ignorantia.*

DECISIO CCLXIX.

Dispensatio præsumitur inter virum, & vxorem, qui in gradu prohibito con-
1 traxerūt, si per decē † annos cōtinuos & vltra, in matrimonio vixerūt, & mortui sunt.
2 Quia diuturnitas tēporis † quo in figura matrimonii fuerūt vir & vxor, facit, q̄ proles illegitima ꝓ legitima habeatur, cōcurrente probabili ignorantia. *Abb. in cap. referente. vltim. notab. qui fil. sint legit.* Et ita tentum die 29. Maii. 1551. coram Domino Chissanensi in vna Medusan. dispensationis, *vt in eius lib. fol. 238.*

SVMMARIA

1 *Legatus de latere potest dispensare super defectu ætatis in parochialibus vel aliis, stante consuetudine probata, non obstante Pontificali reductione facultatis legatorum, ad viam iuris, & quare.*

2 *Legatus de latere, quod facere non potest ex facultate sibi concessa, potest ex consuetudine.*

3 *Consuetudo immemorabilis est probanda, vt habeat locum, cap. quod translationem, de of. legat.*

DECISIO CCLXX

1 Dispensare potest legatus de latere † super defectu ætatis in parochialibus seu aliis ecclesiis stante consuetudine probata, & de qua per Imol. *in capit. quod translationem, de offic. leg.* Non obstante reductione ad viam iuris facultate legatorum facta per Pontificem, quia quod non potest legatus ex facultate sibi concessa, † potest ex 2
consuetudine facere, *cap. 1. de offic. leg. lib. sexto, & notant Doctores in gloss. cap. 1. eodem titulo, extra.* Et ita tentum die 5. Iunii 1551. coram Domino Reomano, in vna Briton. beneficiorum, *vt in eius lib. fol. 52.* Et maxime, quia ad hoc, vt habeat locum dispositio, *cap. quod translationem, de offic. leg.* requiritur, † quod 3
probetur immemorabilis cōsuetudo, prout hic probata exstitit, *vt per Doctor. ibidem.* Et ita fuit tentum 27. Nouembris 1551. coram Domino Reomano, *vt in eius libro fol. 288.*

SVMMARIA

1 *Dispensatio obtenta lite pendente, non facta mētione de lite, est nulla, & subreptitia.*

2 *Narrata omnia in dispensatione obtenta lite pēdente sunt verificanda.*

3 *Narrata sunt pars gratiæ.*

DECISIO CCLXXI.

Dispensatio obtenta lite pendente, † non 1
facta mentione de lite, est nulla, & surreptitia. *Milis in repertorio, verbo gratia si est impetrata.* Præterea omnia narrata † in ea 2
verificanda sunt, quia narrata † sunt pars 3
gratiæ. *Egid. decisione 76.* Et ita fuit tentum in vna Posnauien. prætensi matrimonii, die 1. Iulii 1552. coram D. Augustino *prout in eius lib. fol. 292.*

SVMMARIA

1 *Dispensatus, vt possit capere secundum beneficiū etiam in cathedrali, si ex primo non possit viuere, non censetur dispensatum, vt primum capere possit in cathedrali & nu. 3.*

2 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*

3 *Dispensationes sunt odiosæ, & stricte interpretandæ.*

DECISIO CCLXXII. seu 5.

Dispensatus, vt possit capere secundum 1
beneficiū etiam in cathedrali, in euentum quo ex primo non possit se sustentare, non dicitur dispensatus, vt possit capere primum in cathedrali, *argum. cap. quamuis, de præbend. in sexto. Rot. decisio. 48. in antiq. alias prima, de filiis presbyter.* Et ex eo, quia inclusio † 2
vnius est exclusio alterius, *l. cum prætor. in princip. de iudic.* Et præsertim, quia dispensationes † sunt odiosæ, & stricte interpre- 3
tandæ. *Franciscus cap. 1. in vltim. not. de fil. presbyter. & est decisio. Rot. 136. in nouel.* In casu autem, de quo agitur, dispensatus, vt possit habere secundum in cathedrali, si primum non sufficeret, non poterat obtinere primum in cathedrali, quia sacra pœnitentiaria voluit, vt gradatim admitteretur propter defectum natalium. Et ita fuit decisum in caussa Oximen. portionis coram D. episcopo Vestano, 8. & 20. Iunii 1552. *vt in eius lib. fol. 225. & 274.*

G

SVMMARIA

1 *Dispensatio commissaria exsecuta, sine inquisitione praua, non valet, & quare.*
2 *Mandatum de dispensando redditur conditionale ex clausulis, videlicet consideratis diligēter circumstantiis, & si est ita.*

DECISIO CCLXXIII. seu 6.

1 DIspensatio, quando est commissaria, si non reperitur facta † aliqua inquisitio
2 in ea, non est valida: † quia in bulla dicitur consideratis diligenter circumstantiis, & adest clausula (*si est ita*) Ex quibus verbis mandatum de dispensando redditur conditionale, *vt per Paris. consilio. 57. numer. 47. volum 4. & per Felyn. in cap super clausula, si preces, de rescript.* Et ita fuit decisum in vna Oximen. portionis coram Domino Vestano, die *20.* Iunii. *1552. vt in eius lib. fol. 274.*

SVMMARIA

1 *Dispensatio ad beneficium curatum an reddatur surreptitia, si narretur Papæ supplicātem esse in decimo anno, & vltra, cum vere esset in decimo, & quare, nu. 2.*
3 *Beneficia curata conferuntur constitutis in 20. anno.*
4 *Dispensatur facilius cū magis propinquo quo ad ætatem a iure requisitam quam cum alio.*
5 *Dispensationis in materia non valet argumentū a pari, vel a maioritate rationis.*
6 *Dispensatio est prouisio contra iuris regulas, & propterea narratiua verificanda.*
7 *Dictio (&) quomodo intelligatur.*
8 *Dispensationis in materia, falsitas non solū caussa finalis, sed impulsiua, reddit gratiam ipso iure nullam, etiamsi sine dolo facta esset, nu 9.*

DECISIO CCLXXIV. seu 7.

DIspensationis gratia, in qua narratum fuit p Porphyriū qualiter ipse erat cōstitutus in *15* & vltra suæ ætatis anno, & per quam dispēsatPorphyrius, vt parochialem ecclesiam in commendam vsque ad 18. annum posset retinere, deinde in titulum fuit
1 iudicata surreptitia † ex eo, quia probatum fuit per publicum instrumentum, quod erat natus de anno *1531* die *1.* Augusti, & data dispensationis erat die 15. Augusti 1545 & sic compleuerat quatuordecim annos, &
2 dies *14.* Nam Papa † facilius commendam concessit cum illa narratiua, quæ erat in *15.* & vltra, quam concessisset, si narrasset, quod erat in *15.* non completo, quia in casu nostro erat magis proximus *25.* anno, in
3 quo conferuntur † beneficia curata, *cap. ex eo. cap commissa, de elect. in 6. clem. in generali. de ætate, & qualit.* Et facilius dispensatur † cum
4 magis propinquo, quam in alio. Et in ma-
5 teria dispensationis † non valet argumentum a pari, neque a maioritate rationis, *cap. si. de trans. a. prælat. Fely. in cap. postulasti in 10 conclusione, versi. circa tertiam conclusionem, num. 9. cum sequen de rescript.* Et maxime, quia dispensatio † est prouisio contra iuris regulas, 6
& propterea narratiua verificanda est. *Paris. consil. 51. nu 30. volum. 4.* Nec obstat, quod dictio † (*&*) quando non coniungit, resol- 7
uitur in disiunctiuam, quia in casu isto (*&*) coniungit augendo, videlicet, quod est cōstitutus in 15. & vltra videlicet in 16. incepto. *Fely in cap. ad audientiam. el. 2. & penult. de rescr.* Accedat etiam, quod in materia † dispen- 8
sationis, non solum falsitas caussæ finalis, sed impulsiuæ reddit gratiam ipso iure nullam. *Oldra consi. 256. vers. ad primum videtur, refert, & sequitur Dec in cap. cum cessante, not. 2. de appel.* etiamsi sine dolo † facta esset, *secūdum* 9
Paris. in d. consilio. 51 numer. 31. volum. 4. Et ita fuit tentum corā Domino Oradino, in vna Pientina parochialis de Monticello. die *14.* Febr. *1554. vt in eius lib. fol. 10.*

DISPOSITIO.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio patris facta in instrumento, iudicatur vt donatio inter viuos, quando continet actū de præsenti: præsertim, quando in illo instrumento adest clausula, quod non promittit reuocare etiā ex caussa ingratitudinis, nu. 2.*

DECISIO CCLXXV. seu 1.

DIspositio patris † facta in instrumento, 1
iudicatur vt donatio inter viuos, quādo pater facit actus, qui habent effectum de præsenti, vt puta consignando fructus pro victu, & ideo iudicatur, vt contractus. *Bald in l. 3. in fin. Caccial. in l frater a fratre, quæst. 21 ff de condit. indeb.* Accedat etiam, quod in instrumento adest clausula † in quo pro- 2
mittit non reuocare etiam ex caussa ingratitudinis, & ideo iudicatur, vt contractus inter viuos, non autem videtur vltima voluntas. *Deci. consilio. 335. & Cur. iun. consilio. 56.* Et ita tenuerunt Domini in vna Romana domus, & viridarii coram R. D. Montisflascônen. *4.* Nouembris *1552. vt in eius libro fol. 84.*

SVMMARIA.

1 *Intellectus, c. 1. de rescript. in. 6.*
2 *Auditores Rotæ habent iurisdictionem ordinariam in cognoscendo, secus in decidendo.*

DECISIO CCLXXVI. seu 2.

DIspositio, *cap 1. de rescript.* † *in 6.* non ha 1
bet locum in auditoribus Rotæ, qui in cognoscendo † habent iurisdictionem or- 2
dinariam, secus in decidendo. *Rota decisione 175. alias sexto, de iudic. & decisione 362. alias 13. de offic. deleg. in nou. & decisione 594 in antiqu. Mil. in repert. in verbo excommunicatus licet non possit. Franc. in d. cap. 1. colum 6 versiculo decimo quæritur. Felyn. in rubr. de rescript. columna secunda, versiculo, hos quinque casus.* Et ita fuit ten-

tentum in vna Fatfen. Abbatię, coram Domino Guidobono, nono die Decemb. 1552. *vt in eius libro fol.* 493.

DOCTORATVS.

SVMMARIA

1 *Doctoratus expressus in gratia prouisionis est verificandus per impetrantem.*
2 *Papa facilius confert Doctoribus beneficia.*
3 *Literatis facilius prouidetur de beneficiis.*
4 *Doctoratus probatur per publicam vocem, & famam: item.*
5 *Nobilitas.*
6 *Virtus, & similes.*
7 *Habilitas.*
8 *Valor.*
9 *Clericatus.*
10 *Regularis non potest studere legibus, neque in illis doctorari.*
11 *Probatio semiplena per publicam vocem & famam, non sufficit illi, cui ius resistit, sed plenissima requiritur probatio.*
12 *Probare debet asserens regularem studuisse legibus post professionem, cum de iure præsumatur antea studuisse, & doctoratus lauream suscepisse.*

DECISIO CCLXXVII. seu I.

DOctoratus expressus in gratia prouisionis est † verificandus per impetrãtem, ex quo Papa facilius concedit Doctoribus beneficia, *ca. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. cap de multa, de præbend. Innoc. & Abb. sibi col. 2. & in cap. quanto de magistris. Dec. in cap propo-suisti, colum. fi. de probat.* Et literatis † facilius prouidetur. *Felin. & Dec. in cap. cum ecclesiastica, de except.* Quæ qualitas Doctoratus † sufficienter probatur per testes deponentes de publica voce, & fama. *Bald. in l. prouidendum, C. de postul. Alexan. in l. de minore, §. si plurium, vltim. columna. de quæst.* qui concludit qualitatem nobilitatis, virtutis † & similiũ, cum quib. homo † non nascitur, sufficienter probari per famam, sicut dicimus in † habilitatibus, in valore, &c. Et præcipue in clericatu. † Et tamen qualitas clericatus est quid accidens, & non quid naturale, & nihilominus sufficit probatio de publica voce, & fama. Nec obstat, quod sumus in regulari, qui non potest studere legibus, neq; † in illis Doctorari, *cap. non magnopere, ne cleri. vel mon.* Et ideo cum sibi † ius resistat, non sufficeret semiplena probatio per famam; sed plenissima requiratur probatio, *cap. ad decimam. de rest. spol lib. 6. Felyn. in cap quia veri-simile, de præsumt. Ias. in l. si extraneus, colum. 1. ff. de condic. ob caussam.* Quia respondetur, non probari Ioannem Gruzat. accepisse gradũ Doctoratus post professionem, vel quod professus esset ante doctoratum. Et quia vt plurimum fratres regulares, non student legibus, credẽdum est, illum magis euasisse Doctorem, antequam esset regularis, quã postea. Didacus autem, qui agit ad excludendum Ioannem ex isto capite, debet † probare ipsum Ioannem fuisse regularem, antequam legibus studeret. Et tũc intraret difficultas, an doctoratus esset probandus aliter, quam per publicam vocem, & famã. Et ita fuit tentum die 21. Maii 1554. coram Domino Oradino, *vt in eius lib. fol.* 190. Et sufficit, quod fuerit Doctor de facto, vt gratia non dicatur surreptitia, de quo vide infra *in verbo surreptio.*

DOLVS.

SVMMARIVM.

1 *Dolosus non est admittendus ad beneficium cessionis bonorum, vel cap. Odoardus, seu cap. peruenit.*

DECISIO CCLXXVIII. seu I.

DOlosus non † est admittendus ad beneficium cessionis bonorum, vel ad beneficium, *cap. Odoardus, vel cap peruenit*, decisio est in terminis *in antiq. 83. alias 22. de restitut. spoliato.* Quam secuti sunt Domini in caussa Tolletana canonicatus de Dalauera, & parochialis de Barafas coram Reuerendo Domino episcopo Vestano, 14. Martii 1552. *vt in eius libro fol.* 109.

DOMINIVM.

SVMMARIA.

1 *Dominium non probatur per testes de auditu.*
2 *Testes de auditu regulariter non probant.*
3 *Dominium probandum est per testes deponentes de aliquo facto, ex quo resultare possit dominiũ, & etiam non interrogati, debent caussam scientiæ reddere, nu. 4.*
4 *Dominium non probatur si testes dicunt, quẽ esse dominum, vel vidisse eum dominum.*

DECISIO CCLXXIX. seu I.

DOminium nõ probatur † per testes deponentes de auditu, qui regulariter † non probant, *cap. super literis, de test. l. testium. C. eodem tit. cum ibi notatis.* Sed debet † probari per testes deponentes de aliquo facto, ex quo resultare possit dominium, *secundum Bald. & alios in l. cum res. C. de probat. Bartol. in l. 1. numer. 17. versicu. item oppono. ff. si cert petat.* Et testes † etiam non interrogati, debent caussam scientiæ reddere, per quam sequatur acquisitio dominii, vt propterea dicatur dominus ille, pro quo deponunt. *Bald. in l. non solum. C. de testam.* in tantum, quod nullo modo sufficeret, si testes dicerent † quem esse dominum, vel vidisse eum Dominum. *Bart. in l. prima. C. de naut. lib. 11. Innoc. in cap. cum caussam, de test. Decius consil. 221. colum. 3.* Et ita tentum in vna Romana bonorum de Madrigale die 13. Decemb. 1551. corã Domino Reomano, *vt in eius lib. fol.* 87.

SVMMARIA.

1 *Dominium plene est probandũ, cum agitur de rei vindicatione.*

2 *Dominium ex traditione rei acquiritur.*

3 *Dominium probatum, non dicitur traditione nõ probata.*

4 *Dominium per indicia probari, intellige excipiendo secus autem agẽdo, nam plena tunc requiritur probatio.*

5 *Dominium non probat actor rei vindicatione, ex instrumentis locationum, solutionibus, & aliis confessionibus, & adminiculis.*

DECISIO CCLXXX. seu 2.

DOminiũ, quando agitur de rei vindica-
1 tione, necesse est, vt probetur plene, † *l. officium, de rei vindica.* Dominium enim ex
2 † traditione rei acquiritur, *l. traditionibus C. de pact.* Quæ traditio non fuit probata, ergo
3 non † dicitur probatum dominium. *Aymo. consilio. 157. numer. 3. versicul. sed præmissis non obstantibus.* Nec obstat, quod dominium
4 per † indicia probetur, *vt per Iacob. de Aren. Bal. & Salyc. in l. indicia. C. de rei vindic. Socin. consilio. 89 colum 4. versic. & pro fundamento dicebam:* Quia habent locum, quando dominium deducitur per viam exceptionis, non autem actionis, secus quando agitur ad canonizationem dominii, quia tunc requiritur plena probatio, *vt per Bartol. in l. penulti. numero quarto, ff. de condit. instit.* Et ita fuit tentum in vna Capuana Montium coram Domino Vestano, 29. Aprilis & 23. Maii 1552. scilicet ex instrumentis locationum,
5 † solutionibus, & aliis confessionibus, & adminiculis, non probari dominium ad effectũ rei vindicationis, quia ex istis præsumtiue, non plene, probatur dominium, *vt in eius lib. fol. 121. & fol. 150.*

SVMMARIA

1 *Dominium quomodo probetur.*

2 *Instrumentum an admittatur contra probationem dominii, per testes factam.*

3 *Probatio debet concludere,*

DECISIO CCLXXXI. seu 3.

1 DOminium probatur † per emtionem, & traditionem rei, pretii conuentionem, & numerationem, possessionem rei emtæ, fructuum perceptionem, & famam, *vt l. Titia ff de solut. l. cum res. C. de probat. AEgi. decisio. 740 & Alexand. consilio 82. volumine septimo.* Et testes inducti ad illud probandum
2 optime probant, nec instrumentum, † cõtra istam probationem productum, elidit dictã probationem, quia non verificatur, quod ille, qui emit, domum illam posse derit, & potest esse, quod alius possederit, & acquisiuerit domum ex alio titulo, & sic
3 probatio † non concludit, prout concludere debet, *cap. in præsentia, de probat.* præsertim ad elidẽdam perfectam probationem. Et ita tentum die 21. Aprilis 1553. in vna Romana census, coram Domino Decano, *vt in eius libro fol. 267.*

DONATIO.

SVMMARIA.

1 *Patronatus laicorum donatio, accedente consensu episcopi vel Papæ, valet.*

2 *Intellect. c. fin. de conces. præbend.*

3 *Papa est ordinarius ordinariorum.*

DECISIO CCLXXXII. seu 1.

DOnatio iuris patronatus laicorum † 1
facta, accedente consensu episcopi vel Papæ, valida est. *Imol. in cap. final. de institut. & Lambert. in tractat. de iure patronat. secundo articul. 4 quæstio. princip. fol. 137.* Nec obstat text. *in capit. fin. de conces. præbend.* Quoniam † 2
loquitur, quando pro certa persona præferenda daretur facultas, quia tunc esset rimor, quod præsentandus captaret mortem alterius, *vt dicit ibi Abb.* Sed vbi cessat, suspicio non habet locum, *vt declarat Lambertin. in d. tractat. folio 189. 4. colum. numer. 6. & 8.* In casu isto donatio fuit confirmata per Papam, qui est ordinarius † ordinariorum. 3
Et ita fuit resolutum in caussa Cracouien. parochialis coram Domino Accorambono Decano, die 20. Maii 1551. *vt in eius lib. fol. 289.*

SVMMARIA

1 *Donatio facta in vrbe per mercatorem exterum alicui debet insinuari.*

2 *Statutum vrbis, de donationibus insinuandis, prouidet circa solemnitates actus, & non circa habilitatem personarum, ideo attenditur locus contractus.*

DECISIO CCLXXXIII. seu 2.

DOnatio facta per mercatorem exterũ in vrbe alicui, debet † intimari, stante 1
statuto vrbis; quod donationes insinuentur, quia statutum † prouidet circa sole- 2
mnitates actus, non circa habilitatem personarum contrahentium: & ideo attenditur locus contractus *Abb. consilio. 52. versic. sed his non obstantib. volum. 2. Cornel. consilio. 185. numer. 9. volum. 2. omnes Doctores, in l. cunctos populos. C. de sum. trini. & fid. Cathol. vide infra in verbo statutum vrbis, requirens in instrumentis donationum insinuationem.*

SVMMARIA

1 *Donatio iurispatronatus facta compatrono, valet sine consensu episcopi.*

2 *Compatronus non dicitur filius, uiuẽte patre.*

DECISIO CCLXXXIV. seu 3.

DOnatio iurispatronatus facta compatrono, valet sine consensu episcopi. † 1
Lambertin. late in tractat. iur. patron. 12. articu 1. q. princ. 2. partis, lib. 1. fol. 106. Et compatronus, non † dicitur filius viuente patre. *Lambertin.* 2
dicto

dicto tract.2.articu.6.quæst.princ.2.partis, versic. quid modo si pater. Curt. in eodem tractat. in verb. competens,q.7. vt latius videri potest, vt fuit decisum in caussa Salernitana sancti Andreæ sub die *1*.& 5.Iunii *1551. vt in eius lib.f.24.& 66.*

SVMMARIA.

1 Donatio seu retrocessio rei in iudicium deducta facta a non litigante lite pendente, valet.

2 Litigiosi vitium obstat solum litigantibus, non autem tertio, quin possit super re litigiosa contrahere.

DECISIO CCLXXXV. seu 4.

1 DOnatio † seu retrocessio rei in iudicium deductæ, facta à non litigante lite
2 pendente, valet: quia etsi acquisitio † rei litigiosæ facta per personas collitigantium non valeret, tamen acquisitio rei litigiosæ facta per personam alterius quā litigantis, & sic tertii, non est prohibita. *Ange. in auth. de litig. in princip. colum. 3. versic. item ex caussa transactionis. Ægid. decisio. 749 per ca. Abbate sane, de re iudic. lib.6. Curti. senior consil. 72. numer. 9 Paris. in consilio.125. numer. 11. lib. 1.* Et ita Domini tenuerunt in vna Mediolanensi dispensationis coram R.D.Chissanen. die *11.& 29.* Ianuarii *1552. vt in eius lib. fol. 10. & 34.*

SVMMARIVM.

1 Donatio iurata, non indiget insinuatione, quoniam iuramentum illam supplet.

DECISIO CCLXXXVI. seu 5.

1 DOnatio iurata † non eget insinuatione, quia iuramentum illam supplet. *Federi. de Senis consilio. 281. Bald. in ca. cum contingat. de iur. iur. colum 4. vbi Abb & Imol. Rui consil. 132. num. 3. lib. 4. Aym. consil. 118. num. 1. & Grat. consilio. 170. colum fi. volum. 1.* Et ita Domini concluserunt in caussa Mediolanen. dispensationis, coram D.Chissanen. die 11. & *29.* Ian. *1552. vt in eius lib. fol. 10. & 34.* Idem fuit decisum in caussa Romana domus, & viridarii, coram Domino Montisflasconen. 24. Octobris *1552. vt in eius lib. fol. 53.* quia ista est communis opinio *secundum Dec. in consi. 239 colum. 1. in fin. versicu. præterea. Ti raqu. in l. si vnquā, in princ. nu 178. C. de reuoc. donatio.*

SVMMARIA

1 *Donatio iurispatronatus facta per laicum laico valet, si facta reperitur cum episcopi consensu. Idem si cum consensu legati de latere habentis generalem facultatem, nu. 2.*

2 *Legatus de latere in beneficialibus, & iurisdictionalibus concurrit cum ordinario, & inter eos habet locum præuentio.*

3 *Legatus de latere an possit detrahere aliquid iurisdictioni ordinarii.*

4 *Legatus de latere consentiendo donationi iurispatronatus, non infert aliquod praiudicium ordinario.*

5 *Consensus an dicatur impunitus, quando fit contra ius, quod in contrafacientem nihil vltra disponit.*

DECISIO CCLXXVII. seu 7.

DOnatio iurispatronatus facta per laicū laico, † valet si in ea adest cōsensus epi- 1
scopi. *cap. illud de iur. patro.* Et idem est, si ad-
est † consensus legati de latere habentis ge- 2
neralem facultatem, quia in beneficiali-
bus, † & iurisdictionalibus concurrit cum 3
ordinario, & inter eos est locus præuentioni. *Franc. in cap. 1. colum. fina. de offic. legat. in 6.* Nec obstat, quod legatus de latere, nō possit detrahere aliqd iurisdictioni ordinarii, *vt per Franc. in d. cap 1. in fi.* Quoniam respon-
detur, quod legatus † consentiendo dona- 4
tioni, non infert aliquod præiudicium ordinario. Nec Roc. de iurispatrona *in verbo, p con. num. 6.* ex aduerso allegatus hoc dicit, sed bene dicit, quod ordinarius non debet consentire, si est præiudicialis illa donatio
ecclesiæ: sed si † consentit, nihil disponit 5
super hoc. Et ita fuit decisum in caussa Visen. parochialis de Budiosa, coram Domino Vestano 10. Octobris 1552. *vt in eius lib. folio 307.* Et vide infra, *in verbo legatus de latere.*

DOS.

SVMMARIVM.

1 Dos probatur per verba enūtiatiua instrumenti contracti inter alios fauore dotis, etiamsi essent enuntiata inter diuersas personas, nu 2.

DECISIO CCLXXXVIII. seu 1.

DOs probatur † per verba enuntiatiua 1
instrumenti contracti inter alios fauore dotis. *Bartol. consilio. 123. Roma. consilio. 534. & per Alexan. in consilio allegato per Decium in consil. 35.* vbi dicit, procedere, etiamsi essent enuntiata inter diuersas personas. *Deci. in l. ex his, numer. 11. & sequen. C. de milit. testam. & Deci. consilio. 35. numer. 2.* Et ita fuit tentum in vna Ceruí. pecuniaria, coram Domino Guidobono die *20.* Maii *1551. vt in eius lib. fol. 301.*

ECCLESIA.

SVMMARIA.

1 Ecclesia appellatione quid veniat in fauorabilibus.

2 Dispositio eadem habet locum in materia proportionabili.

DECISIO CCLXXXIX. seu 1.

ECclesiarum appellatione veniunt † ec- 1
clesiæ collegiatæ & conuentus monachorum in materia fauorabili, *cap. relatum. in ver. nomine autem ecclesiarum, de test. Ioan. Andr. in cap 2. de restit. in integr in 6. Cardin. in clem. dispēdiosam, de iud.* Cum autem materia, de qua agitur, sit proportionabilis æqualiter monasteriis, sicut ecclesiis, & simus in materia fauorabili, non potest videri caussa

diuersitatis† cur dispositio comprehentes ecclesias, & pia loca non comprehendat monasteria, *vt per Doc in cap. grandi de suppl. neglig prælat. lib. 6. super glos. in verbo monasteriorum, vbi Philip. Franc. numer* 8. Et ita fuit tentum in vna Romana obseruationis contractus, die 25. Maii 1551. coram Domino Chilsanensi, *vt in eius lib fol.* 205.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiã ædificasse dicitur ille, qui dedit domum pro construenda ecclesia.*

DECISIO CCCX. seu 2.

1 ECclesiam ædificasse dicitur ille, qui dedit domum pro constituenda† ecclesia. *Rochus de Curte in tractat. iur. patrona. super verbo fundauit quæstione nona. & Lambert. in eodem tractat. articul decimo tertio quæstio. princip primæ partis. 1 lib fol. 24. versiculo quæro decimo.* Et ita tentum die 26 Iunii 1551. in vna Malacitan decimarum, corã R. D. Baien. *vt in eius lib fol* 237.

SVMMARIA

1 *Ecclesia de qua Papa prouidit absenti, non dicitur vacare quoad Papam, licet vacet, quoad prouisum donec acceptet.*

2 *Pensionis narratiua est verificanda.*

DECISIO CCCXI. seu 1.

1 ECclesia, de qua Papa prouidit absenti, non† licitur vacare quoad Papam, licet quoad prouisum dicatur vacasse quousque non acceptauit, *vt per Doctores in cap si tibi absenti. de præbend. in 6.* Et ideo fuit annullata pensio imposita per Papam super ecclesia Taruisana vacante, quæ vere vacans non erat re pectu Papæ, quia per diem ante prouiderat de ea Reuerendiss. Cardinali Pisano, licet non constaret de eius acceptatione, & sic Camillus de Rubeis, non† verificauit narratiuam suæ pensionis, & ita fuit 2 resolutum in caussa Taruisana pensionis coram Domino Peregrino Fabio episcopo Vestano, die 27. Ianuarii 1552. *vt in eius lib. suo fol* 13.

SVMMARIA

1 *Emphyteotam, vt condemnari faciat ecclesia ad deuolutionem, sufficit si probet solutionem per decem annos cum allegatione tituli, limita, quando agitur de præiudicio tertii, & contra ecclesiam, nu* 2.

3 *Intellectus gloss. & Iaso. in l. 2. C. de iure emphyteotico.*

DECISIO CCXCII. seu 4.

ECclesia, quando agit contra emphyteotam ad emphyteusin soluendam, & probat solutiones decennales, habet intẽtionem fundatam, licet non doceat de titulo emphitheusis: sufficit enim, quod illũ †alleget, & probet solutionem per decem annos. *Bald. in l. 1. num. 15. C. de fideicommiss. Alex. in consil. 153. col. fin. vers. aut sumus, vol 4. Decius in consil. 146. num. 2. versic. & cum pro tali vinea. & in l. si certis annis, nu. 15. vbi Alex. Imol. & alii. C. de pact. Felyn. in cap. cum Bertoldus, nu. 38 de re iudic. Balb. de præscript. 1 parte 3 partis prin. quæst. 10. num 35. Pari. qui attestatur de communi in consi. 7. num 2 vol. 4.* Licet non † sufficiant decennales solutiones, quando agitur de præiudicio tertii, & contra ecclesiam. Et ita procedit opinio gl. & Ias. *in l. 2. C de iur. emphy* Et ita fuit decisum in caussa Portugalen. prædii coram D. Capisucco die 4. Aprilis 1552. *vt in eius lib fol.* 129. 2 3

EDITIO.

SVMMARIVM

1 *Edere quis non tenetur instrumenta ad fundãdam intentionem aduersarii, maxime super delicto.*

DECISIO CCXCIII. seu 1.

EDere quis non † tenetur instrumenta ad fundandum intentionem aduersarii, & maxime super delicto, *argumento, l. qui accusare. C. de edendo.* Et ita tentum die 18 Ianuarii 1552 in vna Tullen canonicatus, coram Domino Accorambono Decano, *vt in eius lib fol.* 28. 1

SVMMARIVM.

1 *Edere instrumentum etiam proprium, quãdo quis teneatur.*

DECISIO CCXCIV. seu 2.

EDere instrumentum † tenetur communitas Alprelli quod confessa fuerat habere licet postea huiusmodi confessionem reuocasset, quia illud habebat in Archiuio suo, & poterat cogi per communem obseruantiam Rotæ de officio iudicis, etiamsi instrumenta essent propria *Rot. decis. 313 alias 5. licet pars in nouel. de probat.* licet fuerit deductum consilium R. in 69 *num. 14. lib 4. & Dec. in c num. 64 de probat.* Et ita fuit tentum in vna Spoletana bonorum coram Accorambono die 8. Maii 1552 *fol* 263. 1

ELECTIO.

SVMMARIA

1 *Electio non cadit inter beneficiatos in simplici parochiali ecclesia. quamuis ipsi sint patroni.*

2 *Campanæ sonus pro congregandis patronis non facit beneficium electiuum, nec ecclesiam collegiatam.*

3 *Beneficia illa dicuntur de iure electiua quæ sunt caput collegii, non alia.*

DECISIO CCXCV. seu 1.

ELectio non† cadit in simplici parochiali inter beneficiatos illius ecclesiæ, quãdo vacat aliquod beneficium in illa ecclesia, licet ipsi sint patroni, nec sonus † campanæ pro congregandis compatronis facit beneficium electiuum, nec ecclesiam collegiatam, nisi constiterit de signis, & insi- 1 2

gniis

gniis a iure ad faciendum collegium requisitis, *vt per Roma. consi. 436.* Et de iure illa
3 beneficia dicuntur electiua, quæ sunt † caput collegii, non autem alia in ecclesia collegiata consistentia. *glo. in cap. quia propter de elect. Staphil. de literis grat. & iustit. fol. 58. in versi. ad secundum Egid. decisione 69.* Et ita fuit resolutum in vna Calaguritan. beneficii de Herenuri. die 22. Maii 1551. coram domino Reomano, *vt in eius lib. fol. 177.*

SVMMARIA.

1 *Electio Abbatis facta per monachos proprii monasterii præualet electioni facta per Abbatem de populeto alterius monasterii.*

2 *Electio Abbatis de iure pertinet ad Abbatem proprii monasterii.*

3 *Electio Abbatis fieri debet per alium scientibus propriis monachis, vt ille in quasi possessione eligendi constituatur.*

4 *Quasi possessio non prodest illi, qui habet contra ius commune, sed requiritur titulus.*

5 *Electio facta ob vnam caussam, non extenditur ad aliam.*

6 *Cessante caussa cessat effectus.*

DECISIO CCXCVI. seu II.

ELectio Abbatis, facta per monachos proprii Monasterii, præualet electioni
1 † factæ per Abbatem de Populeto alterius monasterii, non obstante, quod Abbas de
2 Populeto solus alias elegerit, quia electio † Abbatis de iure pertinet ad conuentum proprii monasterii *c. 1. & c. cum terra de eleç. & notatur in cap. quapropter eodem titulo.* Nec obstat, quod Abbas de Populeto alias elegerit, quia non constabat, quod electiones
3 † factæ fuissent præsentibus, seu scientibus propriis monachis. *Alex. consi. 16. num. 13. lib. 5. Dec. consi. 126. in fin.* Præterea quando
4 ius commune facit contra possidentem, & pro eo qui petit, non sufficit quasi possessio, sed est necessarius titulus prout in iure eligendi ponit Imo. *in cap. 2. num. 5. de in integ. resti. Abb. in cap. constitutus. num. 2. de elect. Rip. in cap. cum ecclesia Lutrina. num. 125. de caus. pos. & propriet. late August. Bero. in cap. 1. num 63. & seq. & in cap. literis num. 87. de rest. spoliato.* qui titulus est iustificandus aliter, quam per possessionem, *vt ibi per Doctor. & in cap. 1. de præscript. in 6. & in cap. 1. de restitut. spol. in 6.* Accedat, quod in hoc casu electiones factæ ab Abbate de Populeto, fuerunt limitatiue
5 factæ † videlicet propter carentiam monachorum proprii monasterii, & non libere. Ideo non extenditur ad alium casum. *Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. num. 1. & 2. ff. de itin. actuq. priui.* Tempore enim electionis factæ ab illis monachis proprii monasterii, cessabat illa carētia monachorum, & ideo
6 debet cessare facultas eligendi Abbatis de Populeto. *argum. l. quia propter necessitatem ff. de regul. iur.* Et ita fuit tentum coram domino Reomano 29. Aprilis 1552. in vna Maioricensi Abbatiæ de regali, *vt in eius lib. fol. 153.*

SVMMARIA.

1 *Electio Prioris Cluniacensium pertinet ad Abbatem ipsorum ex priuilegio.*

2 *Institutio est nomen generale aptum comprehēdere collationem, institutionem, electionem, & quamcunque dispositionem.*

3 *Dictionis (omnimoda) vis, & num. 4.*

4 *Institutio libera non dicitur illa, quæ requirit electionem.*

6 *Disponere libere ille non potest, qui alterius consilium vel electionem expectare debet.*

7 *Pleno iure hæc verba quid important. & nu. 8.*

9 *Impetratur frustra a sede Apostolica id quod de iure communi impetranti spectat.*

10 *Exclusio vnius est inclusio alterius.*

DECISIO CCXCVII. seu III.

POtestas eligendi Priorem monachis, & conuentui sublata fuit per verba priuilegii concessi Abbati † Cluniacensi pro tē- 1
pore exsistenti. Dicebatur enim in priuilegio quod Abbas habeat liberam institutionem, & destitutionem Prioris, ex quibus sequebatur, quod si poterat destituere, (quod plus est) possit etiam conferre, quod minus est, & hoc maxime suadebatur, ex illa clausula subsequenti, ne quis contra ista quicquam facere vel attentare præsumat, quod si aliquis de ipso ordine cōtrafecerit, vel super electione facienda in prioratibus eiusdem ordinis vel confirmationis ipsius a sede Apostolica literas impetrauerit, nisi ipsæ literæ plenam de ipsis mentionem fecerint, nullius penitus sint momenti. Et ratio est, quia verbum instrumento † est no- 2
men generis aptum comprehendere collationem, institutionem, electionem, & quamcunque aliam dispositionem. *Alex. consi. 142. num. 7. lib. 6.* Et quia in priuilegio dicitur, quod omnimoda institutio, & destitutio spectet ad Abbatem. Ergo sequitur quod ad eum spectet collatio, quia quando alicui verbo additur † dictio, *omnimoda*, facit 3
vt illud verbum capiatur, vt genus. & ideo omnia in genere contenta concessa cēsentur. *Glo. in clem. 1. in verbo omnimodam de for. compet. Fely. in ca. grau. ad fi. de offi. ord. & in ca. auditis. nu. 13. de præscri. Pari. consi. 9. nu. 3. li. 1.* Etiāsi illud de quo agitur esset de reseruatis † *Princ. Dec. cons. 197. col. 2. vers.* Præterea propter verbum omnimodam. Adest etiā in dicto priuilegio, quod institutio & dispositio dictorum prioratuum sit libera Abbatis, ergo non est alterius expectanda electio. Nam ea, quæ † requirunt electio-

nem, non dicitur libera institutio. *Cardin. in clemen. prima. in sexta quæstione, in solutione contrariorum. de suppl. neglig. prælat. Dec. consi. 121. in princip.* Et est regulare, quod non di-
6 catur † libere posse disponere ille, qui alterius electionem, vel consilium exspectare debet. *Curtius iunior. consilio secundo, numero 3. colum. 1. Ias. consi. 130. col. fin. vers. quantum ad domos. vol. 4. Cur. in trac. de iurepatro. vers. ipse vel is a quo. num. 31.* Et dicitur etiam in priuilegio, quod Priores, monachi, & loca sint
7 pleno iure † subiecta Abbati Cluniacensi in spiritualibus, & temporalibus, ideo sequitur, quod collatio libere spectet ad illũ, cum alias non diceretur pleno iure subiecta esse, *vt dicit Ab. in ca. cum, & plantarum. col. final. versi. vltimo casu, de priuil. post gloss. magistralem ibi, & Cardina. in §. in ecclesiis in princi.*
8 Et quod † transeant omnia, tradit *Abb. in cap. cum inter. columna quarta. vers. in 3. membro. de re iudicat. Card. in clemen. prima. in sexta opposit. de exces. præla.* Et quod transeant omnia. *Felyn. post Abb. in cap. auditis, de præscrip. num. 8.* Accedat & illa vltima clausula, inhibentes, ex quibus omnib. constat, quod Papa voluit illos omnimoda electione priuare, & quod plus est, voluit, quod illud ius
9 eligendi impetrare non possent a sede Apostolica, a qua frustra impetrassent, quod sibi de iure communi competiisset. *l. 1. C. de*
10 *thesaur. lib. 10.* Et vnius exclusio † est alterius inclusio. *l. cum prætor. ff. de iudi. l. si maritus C. de procur.* Et ita fuit tentum die 29. Febr. 1552. coram domino Augustino, in vna Lugdunensi priotatus *prout in eius lib. fol. 74.*

EMPHYTEOTA.

SVMMARIA.

1. *Emphyteota excusatur a pœna caducitatis si non soluit pensiones decursas lite pendẽte ob prætensiones damnorum & interesse ratione iniustæ expulsionis.*
2. *Emphyteota iniuste expulsus a domino directi potest contra illum agere ad interesse, & omnia lucra, quæ toto tempore erat ab emphyteosi percepturus.*
3. *Emphyteota an habeat bona domini directi hypothecata propter illius contrauentionẽ, vt probabiliter possit vti retentione pensionum debitarum lite pendente. num. 4.*
5. *Caducitas vitatur si non fuit solutum per errorem.*
6. *Spolium domini directi aperit viam emphyteotæ, non solum ad fructus, sed etiam ad totale interesse, & lucrum, & antea non potest dici mora commissa.*

DECISIO CCXCVIII. seu I.

EMphyteota, qui prætendit se esse creditorem occasione damnorũ, & interesse caussatorum propter expulsionem factam a domino, a bonis, potest se excusare a caducitate incursa ob pensiones non so- 1
lutas, quæ lite pendente decurrerunt: tum quia propter expulsionem † potest agere 2
ad interesse, & ad omnes fructus, & omnia lucra, quæ ex bonis erat percepturus toto tempore emphyteosis. *l. si fundus. versi. nam etsi colonus. vbi gloss. & omnes. l. qui fundum. l. si in l. §. si colonus. vbi Castr. l. si insulam. ff. loca.* tum etiam, quia propter † contrauentionẽ 3
domini, emphyteota pro damnis, & interesse habebat hypothecam omnium bonorum domini, vt in instrumento emphyteosis cauebatur, & ideo emphyteota probabiliter † poterat vti retentione pensionum debitarum lite pendente. *Parif. consil. 100.* 4
num. 35. & 36. volum. 2. post Corn. in consilio per eum allegato. Quod suadetur, quia sicut caducitas euitatur, si non fuerit solutum per errorem. *secundum Iaso. in l. 2. q. 19. versi. limita tamen hanc conclusionem. C. de iur. emphyteu.* 5
Pari modo dicendum in casu nostro videtur, dummodo licita fuerit retentio, propter non canonicam caussam spolii commissi a domino, ex quo spolio orta fuit actio 6
non solum ad fructus, sed etiam ad totale interesse & lucrum, quæ omnia ex liquidatione in actis facta erant deducenda, & antea non poterat dici mora incursa. *secundum Bald. in l. acceptam. oppositione sexta. C. de vsuris. & per Afflict. decis. 205.* Et ita fuit resolutum coram domino Antonio Augustino, in vna Bononiensi locationis bonorum 8. Iunii. 1552. *vt in eius lib. fol. 93.*

SVMMARIA.

1. *Emphyteota cessans in solutione, pendente lite, incurrit caducitatem.*
2. *Offerre partem an, & quando quis teneatur petenti totum.*
3. *Intellectus ad l. si rem. §. fin. ff. de pignorati. actio.*

DECISIO CCXCIX. seu II.

EMphyteota pendẽte lite super caducitate, si cessat in solutione pensionis, incurrit caducitatem. † *Capic. deci. 16. num.* 1
sexto. versic. sed quoniam. Et ratio est, quia ius superueniẽs pendente iudicio ex caussa de præterito, facit conualidati iudicium. *l. si rem. §. fin. ff. de pignorat. actio. l. si mandauero tibi, vt a Titio. ff. manda. Bart. in l. si Titius. num. 2. ff. de verbo. oblig. Capell. Tholos. q. 30. late Ant. Gabriel. per multos annos per me visus post hæc scripta comm. opin. libro 2. conclus. secunda. numero primo. de iud.* Non obstat doctrina Bartol. *in l. qui solidum. ff. de leg. 2.* Quia in casu suo vera est, dum dicit, quod si quis petit † totum, non tenetur partem offerre, 2
ex quo

quo a principio, vere non debebat totum, sed si pendente lite totum debetur, non habet locum doctr. Bartol. per leges allegatas per Capic. *in d. decis. 16.* Qui textus † omnes loquuntur, quando ius superuenit circa eandem rem petitam. Et ita fuit resolutum die 26. Octobris 1551. In vna Bononiensi locationis, coram domino Antonio Augustino, *vt in eius lib. 1. fol. 238.* Supradictam decisionem domini confirmarunt die 4. Nouembris 1551. *vt in eiusdem lib. 2. fol. 49.* de qua decisione videas infra *in verbo iudicium.*

SVMMARIA.

1 *Emphyteota incidit in caducitatem, propter iuramentum ob cessationem vnius termini tantũ, in solutione canonis seu mercedis: item propter statutum Bononiæ, de quo hic.*

2 *Oblationes emphyteotæ non attenduntur, quando non sunt pro integra summa debita.*

3 *Caducitati datur locus, ex defectu solutionis in vno numo.*

DECISIO CCC. seu III.

1 EMphyteota ex cessatione vnius termini tantũ in solutione canonis, seu mercedis, † incidit in caducitatem, propter iuramentum appositum in contractu. *Alexand. consi. 85. vol. 1.* Item propter statutum
2 ciuitatis Bononiæ disponens, † quod si cessauerit in vna solutione, emphyteota incurrat in caducitatem, nec faciũt oblationes, quia non fuerunt factæ pro integra summa
3 debita, & defectus solutionis † in vno numo, aperit locũ caducitati. *Ias. in l. 2. q. 16. nu. 54. C. de iur. emphyt. & in authent. qui rem. num. 16. versic. reuertor. C. de sacrosa. ecclesiis. Andr. Sicul. consi. 36. in fin. volum. secund. Gozadi. consil. 99. num. 8.* Et in illam partem domini inclinarunt die 2. Decembris 1551. coram domino Augustino in vna Bononiensi locationis, *vt in eius lib. fol. 52.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota, vt cadat ab emphyteosi ob caducitatem, requiritur domini explicita declaratio, & an sufficiat illa facta per generalem procuratorem. num. 2.*

DECISIO CCCI. seu IV.

EMphyteota nũquam cadit ab emphyteosi propter caducitatem, nisi declaretur per dominum, & explicite. *Cassa. decisi. 2. de loca. vide infra in versi. mandatum*
1 *procuratoris.* Nec potest † procurator generalis declarare, quia requiritur speciale mandatum. Vide infra, *procurator generalis.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteosis simpliciter patri concessa sine filiorum mentione, censetur pro se, & filiis, non vt heredibus concessa: ita vt illis præiudicare non possit alienando.*

DECISIO CCCII. seu V.

EMphyteosi ecclesiæ concessa simpliciter patri, absq; mentione filiorum, censetur † pro se & filiis, non vt heredibus cõcessa, & tunc pater non potest filiis præiudicare alienando, *secundum Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua. vers. 78.* Et est magis communis opinio, de qua attestatur Alexand. *consil. 106. num. 9. & consilio 107. num 10. vol. 4. & Iaso. latissime in consil. 213. numer 4. lib. 4. Dec. consi. 239. num. 6. & Ruinus consi. 48. num. 6. & 12. lib. 1. Gozad. consi. 75. num. 4.* Et ita tẽtum in vna Romana Vineæ, die 10. Maii. 1552. coram domino Augustino, *vt in eius libro fol. 226.* 1

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota agnatus est præferendus, quando ecclesia voluit alteri concedere, secus si velit penes se retinere.*

DECISIO CCCIII. seu VI.

EMphyteosis si est finita, & ecclesia vult rem penes se retinere, non tenetur agnatis mortui illam renouare, sed si ecclesia voluisset alium inuestire, tunc præferẽdus est agnatus illius, cui fit in emphyteosin prius res ecclesiæ concessa, *secundum Ab. in cap. bona. eccl. colu. penult. num. 28. versic. in gloss. fin. de postula prælat. Curt. senior consil. 48. colum. 3. num. 9. versic. & idem sequitur Panormitanus Aretin. in l si mihi. & Titio. colum. 5. post princip. versic. hoc autem præcipue est verum, de verbo. obligat. sequitur Rip. in l. 1. colu. 2. vers. contrarium tenet Dec ff. de priuil. credit. Gozad. consi. 39. num. 21. Corsettus in d. cap. bonæ in additione in verbo reuocationem, in tertia limitatione.* Et ita fuit decisum in caussa Portugallensi prædii. coram domino Capisucco Lunæ, 14. Iunii 1552. *prout in eius lib. fol. 217.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteosi finita per generationem finitam, vel alio modo sine culpa emphyteotæ, potest ecclesia censum augere, & cogi ad renouandum, & quibus? quæ opinio habet locum etiam in ecclesia: limita nisi ecclesia velit per se retinere. nu. 2.*

DECISIO CCCIV. seu VII.

EMphyteosi finita per generationem finitam, vel alio modo, sine tamen culpa emphyteotæ, potest ecclesia censũ augere, & cogi ad renouandũ, potius descendentibus emphyteotæ, quam aliis. *secundum Barto. in l. 1. num. 1. ff. de priuileg. cred. & in l. si mihi. & Titio num. 7. de verbo oblig. & in l. 1. §. permittitur de aqua quoti. & æsti. quam opinionem communiter sequuntur Doctores secundum Alexand. consil. 80. numer. 11. lib. 1. & Rip. in d. l. 1. num. 6. de priuileg. cred. vbi alios adducit. Quæ opinio habet locũ etiã in ecclesia. secũdũ Anchar. in consi. 174. col. fi. ver. vlterius aduertendũ & Bar. in d. l. 1. de pri. cred. legtur in præl. Goz. cõs. 86.*

num. 24. & Ruin in consi. 131. num. 36. volum. 1. Et ita fuit resolutum in caussa Portugall. prædii, coram domino Fabio Decano *13* Ianuarii. *1553. vt in eius lib. fol. 5.* Quam cõ-
1 clusionem limita, nisi † ecclesia vellet pro se retinere, secundum magis communem opinionem, de qua per *Abb. in cap. bona, el. 2. numer. 28. versi. in gloss. fin. de postul. prælat.* Et per alios allegatos in decisione facta coram Capisucco in hac eadem caussa. sub die *13.* Iunii *1552. vt in eius lib. fol. 217.*

EPISCOPVS.

SVMMARIA.

1 *Episcopus non potest synodum congregare sine consilio capituli.*
2 *Episcopus non potest statuta condere sine consilio capituli. & num. 4.*
3 *Consilium alicuius vbi requiritur, quid seruandum.*

Decisio CCCV. seu I.

1 EPiscopus non potest synodum congregare sine consilio † capituli. *Innocent. in cap. nisi, de auctorit. & vsu pall.* Nec minus
2 potest † statuta condere, sine consilio capituli. *cap. quarto. de his, quæ fiunt a prælat. Dominic. & Archid. 18. distinct. cap. in summa. & in cap. 1. num. 13. de constit. lib. 6. Fely. in cap. super his. de maior & obed. & firmat post alios Henric. Boich. in tractat. de synodo. tertia part. num. 137. versi. limit. 2.* qui attestatur de communi opinione, & vbi consilium alicuius re-
3 quiritur ad faciendum aliquem actum, debet prius ille actus tractari in præsentia illius, & super eo consilium eius peti, & debito termino exspectari responsum *cap cum olim, vbi Abb. numero secundo, de arbit.* Et est ratio, quia capitulum posset caussas allegare, ex quibus episcopus moueri posset, & meliores rationes sumere pro expeditione actus gerendi. *Domi. in capite primo. de constitut. in 6. Ioan. Andr. in regula, nullus ex consilio. de reg. iur. eod. lib.* Ex prædictis fuit resolutum in vna Illerdensi iurisdictionis. 8. & *16.* Iunii *1552.* coram Reomano, videlicet constitutiones
4 † factas ab episcopo de rigore iuris, non fuisse rite & recte factas, quia non interuenit consilium capituli, vt de iure requiritur. Verum quod de æquitate canonica tenentur illas seruare, quia sunt æquæ, & sanctæ. *vt in eius lib. fol. 133. & 260.*

SVMMARIA.

1 *Episcopus potest suam iurisdictionem exercere, in quacunque parte suæ diœcesis, & contra quoscunque etiam inuitos in ea exsistentes, quod extenditur etiam ad Vicarios suos. num. 2.*
2 *Episcopus quamuis interdum retinuerit generalem Vicarium in aliquo loco diœcesis, tamen communitas illius loci non potest contra episcopũ intentare se manuteneri in illa possessione, & quare? quæ nota ad fauorem episcopi Vercellensis, contra communitatem terræ Bugellæ.*
3 *Subditus contra dominum non habet quo ad iurisdictionalia remedium, vti possidetis.*
4 *Consuetudo nulla in contrarium potest episcopũ impedire in corrigendis excessibus subditorũ.*
6 *Præscribi non potest contra episcopum circa iura episcopalia.*
7 *Quasi possessionis status in actu negatiuo in his præsertim, quæ sunt meræ facultatis minime conceditur.*

Decisio CCCVI. seu II.

EPiscopus in quacunque parte suæ diœcesis, quoad omnes vbique exsistentes intra fines suæ diœcesis, & etiam contra inuitos potest † exercere suam iurisdictioné. 1
cap. venerabilibus. & c. de Xenedochiis, de relig. domi. gloss. quam omnes Doct. sequuntur in clem. 1. in verb. aut eorum. de foro compet. Quare siue episcopus sit in ciuitate, vel alibi, per diœcesin, & siue per se, siue per Vicarios † suos 2
quouis modo solitus sit exercere iurisdictionem, dicendum est, mediante assistentia iuris communis esse quæsitum episcopo quasi possessionem indifferenter, prout sibi de iure communi facultas competit, *Ant. de Butr. in cap. si. num. 46 de caus. possess & propriet. Mil. in repertorio in verb. possessio seu quasi.* Nec obstat, quod aliquando episcopus † retinuerit Vicarium generalem in a- 3
liquo loco diœcesis, ex quo communitas seu vniuersitas dicti loci, petat eam manuteneri in illa possessione, quoniam respondetur, quod subditus † contra dominum 4
non habet quoad iurisdictionalia remediũ vti possidetis. *Bar. in l. 1. §. huius interdicti. ver. sed pone. ff. vti possidet.* Nec vllá † consuetudo, 5
quæ in contrarium deduceretur, posset episcopum impedire in corrigendis excessibus subditorum. *cap. irrefragabili. de officio ordinarii.* Nec præscribitur contra episcopũ circa iura episcopalia. *cap. cũ ex officii. de præscript.* Nec † in actu negatiuo in his præser- 6
tim, quæ sunt meræ facultatis, datur status 7
quasi possessionis. Ideo fuit per omnes cõclusum, episcopum Tirasonensem, in quasi possessione exercendi iurisdictionem, manutenendum esse vbique in omnes subditos suæ diœcesis, cum habeat assistentiam iuris communis. *Barto. in l. 1. §. huius interdicti. ff. vti possid.* Ita tentum in caussa Tirasonensi iurisdictionis, coram domino Achille de Grassis 20. Maii *1551. vt in eius lib. fol. 241.*

SVMMARIA.

1 *Episcopus Melitensis an sedere debeat immediate post magnum magistrum, vel alium loco ipsius, illo absente, & num. 2. & per totam.*

Intel-

2 *Intellectus ad Abbatem in c. postulasti. nu. 9 de concess. præben.*
3 *Antiquitas præfertur in congregationibus: limita si adest episcopus.*
4 *Episcopalis dignitas, culmen dicitur dignitatū, & omnes alias dignitates antecellit.*
5 *Vicarius sedens, vt canonicus, non habet primū locum, secus si sederet vt vicarius.*
6 *Episcopus successor debet sedere in eodemmet loco sui prædecessoris.*

DECISIO CCCVII. seu III.

EPiscopus Melitanus iuxta conuentionem inter Imperatorem, & Hierolymitanam religionem, in fundatione insulæ Melinetan. debet habere magnam crucem, & esse de cōsilio, & quia super præeminentia inter ipsum & alios milites, & Priores religionis cōtrouersia vertebatur, coram domino Guidobono, fuit dubitatū, an episcopus in cōsiliis, & aliis locis debeat sedere, & incedere immediate post magnū Magistrum, vel alium, qui absente magno Magistro, vt caput præsideat? dicebatur pro parte episcopi, quod episcopus intra-
1 bat † in consiliis vti episcopus, licet non sit caput in loco, sempipse debet sedere post caput. *Abb. in cap. postulasti. num. 8. de concess. prebenda. Felyn. in rubr. de maiorit. & obedien. colum. 2. in fin. versic. episcopus. Cassane. in Catalog. gloss. mundi. part. 4. considerat. 45.* Et quia episcopus sedet, vt episcopus, & magna crux, ei data fuit vti episcopo. Ideo debet sedere post caput. Nec obstare diceba-
2 tur, quod dictum Abb. † *in d. cap. postulasti. & aliorum*, procedat inter subditos, quia ista responsio non est vera. Nam loquitur in episcopo, qui exsistit in studio, & sedet in vniuersitate scholarium, quia sedet post rectorem, & tamen nō est inter subditos suos.
4 Nec obstat, quod in congregationibus † attenditur antiquitas receptionis, quoniam secus est, quando concurrit dignitas epis-
5 copalis, quæ † culmen dignitatum dicitur. *vt habetur in c. 1. de præben. Abb. in c. cum Victorien. col. 4. de elect. Ias. in l. imperium. col. 4. ff. de iurisdict. omn. iud.* Et alias omnes dignitates antecellit Cardinal. *in cap. de priuileg. & est tex. in cap. innotuit. de ele.* Non obstat, dum
6 dicitur, quod Vicarius, qui sedet vt canonicus, non habet primum locum. *Fely. in c. ex literis. in primo. nor. de prob.* Quia illud procedit, quando non sedet, vt vicarius, sed tamquam simplex canonicus, alias secus esset. Accedit ad hoc conuentio facta per Imperatorem cum religione, dū conuentum fuit, episcopum debere insigniri magna cruce, & sic insignitum in consilio recipiendum, & per consequens honorandū
7 tamquam episcopum. Præterea sui † prædecessores primum locum post magnum Magistrum habuerunt, in quorum loco episcopus subrogatus fuit, ideo in illo loco & priuilegio debet admitti. *l. sic eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cauti. Bart. in l. si quis. §. 1. C. de inofficio. test. Rip. in 2. responso. col. 4. vol. 2.* Et ita tenuerunt domini per duas positiones die 1. & 6. Iunii 1551. In vna Melitan. præeminentiarum coram dom. Guidobono, & caussa fuit expedita, & fuit confirmata sententia lata per Illust. & Reueren. Cardinalem Verallum, tūc auditorem, *vt in lib. Guidoboni. fol. 30.* Vide & infra, *in versi. praeminentia.*

SVMMARIA.

1 *Episcopo attestanti in sua collatione, quem esse filium patrimonialem, non creditur, & quare.*
2 *Agens, vt filius patrimonialis, debet se talem probare.*

DECISIO CCCVIII. seu IV.

EPiscopo attestanti † in sua collatione 1
quem esse filium patrimonialem, non creditur, cum non attestetur super his, quæ ad officium suum pertinent. *Rota decis. 424. alias 11. de iur. patro. in nou.* Et ita fuit tentum die 22. Iunii 1552. coram domino Ioanne Baptista Guidobono, in caussa Calagurita. beneficii de Vnza, in qua fuit dictum, quod agens, † vt filius patrimonialis debet se pro- 2
bare talem, nec per assertionem episcopi probatur se esse patrimonialem filium, per supradicta, *vt in eius lib. fol. 234.*

SVMMARIA.

1 *Episcopus habēs alternatiuam, si postea obtinuit indultum, non censetur alternatiue renuntiasse.*
2 *Priuilegium secundum nunquam tollit primū, nisi priuilegia sint inter se contraria.*
3 *Priuilegio nunquam censetur renuntiatū, quando alia potest capi contectura.*
4 *Priuilegio primo, vt dicatur renūtiatum, requiritur, quod actus gestus sit incompatibilis cum priuilegio.*

DECISIO CCCIX. seu V.

EPiscopus habēs alternatiuam, si postea obtinuit indultum a Papa conferendi in omnibus mensibus, si confert aliquod beneficium vigore indulti, non † videtur 1
renuntiare alternatiuæ, quia priuilegium secundum † nunquam tollit primum, nisi 2
priuilegia sint inter se contraria, *Ant. de But. in c. de offic. leg. super glos. 1.* Et quando capi potest alia † coniectura quam renuntiationis priuilegii, nunquam censetur priuile- 3
gio renuntiatū. *Anto. de But. in ca. accedentibus col. 2. vers. per prædicta conclude, de priuil.* Et vt primo † priuilegio renūtiatū dicatur, requiritur quod actus gestus sit incompatibilis 4
cum priuilegio, nec in eo aliqua coniectura capi possit, quam renuntiationis.

Alex. consil. 33 colum. 3. versic. Quinimo si dicatur Gabella *lib. 3. Fely. in cap. cum accessissent. colum. 3. vers. ad hoc facit notabilis doctrina. post Anto. de Butr. de constitut. vbi etiam Dec. col. penult. vers. 5. intelligitur.* Et ita fuit decisum in caussa Placentina Parochialium, coram domino Achille de Grassis 22. Maii. *1552. vt in eius lib. fol. 182.*

ERECTIO.

SVMMARIA.

1 *Erectio parochialis concessa ob fluminis inundationem, quando non dicatur subreptitia.*

2 *Erectio Parochialis propter inundationes est legitima.*

3 *Subreptio non omnis reddit gratiam nullam, sed illa quæ de iure exprimi debet.*

4 *Exprimenda sunt omnia, quæ inducere possunt Principem ad denegandum.*

5 *Expressio non vitiat, quando Princeps fuisset nihilominus concessurus.*

DECISIO CCCX. seu I.

ERectio parochialis ecclesiæ concessa per Papam hominibus del Prato, ex quo ipsi in casu necessitatis baptismatis, vel administrationis aliorum sacramentorum tempore crescentiæ fluminis lubricati accedere non poterant ad parochialem ecclesiam, licet in ea eiusdem capellæ vicinæ sub inuocatione statuti Pauli
1 mentio facta non fuerit, non ideo † dici potest sub eptitia, quoniam caussa concessionis erectionis fuit, ne incolæ carerent sa-
2 cramentis propter inundationes, quæ est † legitima. *ca. ad audientiam. de ecclesiis ædifican. & capell. a vicina,* de qua mētio facta non fuit, non habet domum pro rectore, nec in ea retinentur fons baptismatis, & alia sacramenta, & quando flumen excrescit, nō potest rector venire ad celebrandum in d. ca-
3 pella, quare cessat subreptio: nec omnis † omissio reddit gratiam subreptitiam, sed illa tantum, quæ ex iuris dispositione exprimi debebat. *Egid. decisio. 698. versic. 3. principaliter. Rot. in anti. decisio 468. circa fin. versi. concludo. ergo. Felyn. in cap. postulasti. col. 3. in fin. versic. declara etiam notabiliter.* vel quæ
4 expressa † non sunt, inducere potuissent Principem ad denegandum. *Egid decisi. 698. col. 1. ver. 3. quantumcunq. in gratia.* sed si Prin-
5 ceps † etiam his omissis, esset omnino concessurus, expressio non vitiat. *Egid. decisio 4. Rot. decisi. 350. in antiquis. Cassador. decis. 3. vt lit. pendent. & decis. 10. de præbend. Felyn. in cap. super literis colum. 4. de rescrip.* Et ita fuit tentum pro maiori parte 6. Martii. *1554.* corā dom. Oradino, in vna Barchinonensi erectionis, *vt in eius lib. fol. 55.*

Æ T A S.

SVMMARIVM.

1 *Aetas ingrauescens expressa in gratia coadiutoria, debet verificari in 68. anno.*

DECISIO CCCXI. seu I.

AEtas ingrauescens expressa in gratia coadiutoriæ, debet † verificari in 60. 1
anno, quia tunc dicitur ætas ingrauescens, & quis senio confectus. *l. aut ætate. in gloss. ff. de donatio. caussa mort.* Et ita tenuerunt domini in vna Tullensi de Castineto coram domino Prospero de sancta Cruce episcopo Chissanensi decima Ianuarii *1552. vt in eius lib. fol 6.*

SVMMARIVM.

1 *Aetas 70. annorum non probatur ex aspectu, quia sunt detrahendi 10. anni iuxta stylum Rotæ.*

DECISIO CCCXII. seu II.

AEtas *70.* annorum non probatur per testes deponentes Gerardum ex aspectu habere *76.* annos, quia sunt detrahendi
decem † anni iuxta doctrinam Bartoli *in l. de ætate. ff de mino. num. 10.* quam Rota tenet & seruat. Et ita dixerunt domini in caussa Tullen. de Castineto, decima Decembris *1551.* coram eodem domino Prospero, nec non *11.* mensis Ianuarii *1552. prout in eius lib. fol. 6. & 7.* 1

SVMMARIVM.

1 *Aetas expressa in gratia est per impetrantem verificanda, quia est pars gratiæ.*

DECISIO CCCXIII. seu III.

AEtas expressa in gratia debet verificari † per impetrantem, quia est pars gratiæ, 1
& fundamentum eius intentionis. *gl. & Io. And. in c. 1. de lit. contest. in 6 Fely. in cap. ad aures. colum. 3. versi. 3. conclusio. & in cap. constitutus. columna prima. circa principium. de rescript.* Et ita fuit dictum per dominos in caussa Burgensi dimidiæ portionis de Corro, coram domino episcopo Montisflasconensi, Lunæ 29. Decembris *1552. vt in eius lib. fol. 178.*

SVMMARIA.

1 *Aetas probatur per librum baptismi ecclesiæ Parochialis.*

2 *Aetatis probatio quo pacto totaliter perfici possit.*

3 *Filiatio quomodo probetur.*

DECISIO CCCXIV. seu IV.

AEtas probatur † per librum baptismi, qui bene conseruatur in ecclesia paro- 1
chiali, argumento eorum, quæ dicuntur per omnes *in c. ad audientiam. de præscrip Dec. in c. cum caussam. col. 3. vers. 4. fallit. de proba. & in consil. 596 col. 1. in fin. sequitur Aym. cons. 158. num. 5.* Et totaliter † perfici potest huiusmodi probatio ex testificatiōe patris cū 2
iuramento, prout dicimus de filiatione, quæ

3 † quæ etiam probatur ex scriptura & annotatione propria patris in eius lib. cui creditur. *Saly. in l. si minore. col.* 4. *C. si in integr. rest. Cur. iu. consi.* 118. *num.* 8. *Parisi. consi.* 10. *nu.* 58. *vol.* 2. Et ita dicebatur in vna Fulginatensi canonicatus, & præbendæ coram do. Reomano die 15. Iunii 1551. *vt in eius lib. fol.* 220.

SVMMARIVM.

1 *Aetas ingrauescens cum infirmitate verificatur in 60. annis, & quid debent testes deponere vt probent.*

DECISIO CCCXV. seu V.

1 AEtas ingrauescens cum infirmitate verificatur † in 60. anno. Et testes deponentes super ipsa ætate ex aspectu, debent taliter deponere, quod ex eorũ dictis possint detrahi decem anni, & sic debent deponere, quod septuagesimum agat annum iuxta doctrinam Bartoli *in l. de ætate. num.* 10. *ff. de minor.* Et ita tentum die 11. Decembris 1551. coram domino Chissanensi in vna Tull. Prioratus de Castinero, *vt in eius libro fol.* 177. quod fuit confirmatum in eadem caussa, coram eodem domi. Prospero die 10. Ianuarii 1552. *vt in eius lib. fol.* 54.

EVICTIO.

SVMMARIA.

1 *Euictionis promissio facta per mulieres in alienatione rei minoris, in qua non interuenit decretum, valet.*

2 *Intellectus ad Salyc. in l. & si is. C. de prædiis minorum.*

DECISIO CCCXVI. seu I.

1 EVictionis promissio facta per mulieres in alienatione rei minoris, in qua non interuenit decretum, valet † & agi potest contra bona illorum, qui promiserant de euictione. *l. & si is C. de præd. minor. & ibi Cynus. Bal. & alii. idem Cyn. in l. non dubium. in* 8. *num. in* 2. *opposi. C. de legib. & Barto. in l. cum lex. in prima oppositione. colum. fin. ff. de fideiuss. Imol. in cap. cum contingat. num.* 18. *de iureiuran.*

2 Nec obstat, quod intellectus † Salyc. *ad d. legem, & si is*, loquatur in mare, & non in fœmina, quia Salicet. bene loquitur in casu, videlicet in muliere alienante fundum dotalem. Et ita fuit tentum die 23. Maii 1552. in vna Anchonitana rescissionis contractus, coram domin. Reomano, *vt in eius lib. fol.* 191.

SVMMARIA.

1 *Euictio non habet locum, quando res euincitur per imprudentiam, stultitiam aut sordes iudicis, & ratio, num.* 3.

2 *Periculum casus fortuiti pertinet ad emtorem.*

DECISIO CCCXVII. seu II.

DE euictione non tenentur Antonius, & Bernardinus nulliter condemnati a domino Auditore Cameræ: quoniam quotiescunque † res euincitur per imprudentiam, stultitiam, aut sordes iudicis, nunquã fideiussor de euictione tenetur, nam periculum † casus fortuiti pertinet ad emtorẽ. *l. Lucius. ff. de euictio. Bartol in l. exceptione. ff. de fideiussoribus.* Et ratio est † quia ille a quo res euincitur potest agere contra euincentem, & dicere de nullitate, & repetere rem euictam indebite, nulliter, & indefense. *Salyc. in d. l. si per imprudentiam in fine principii.* Et est de mente Barto. *in d. l. exceptione. in distinct. per eum posita.* Et ita fuit tentum die 12. Decembris 1552. coram domino Augustino in vna Abulensi pensionis, *prout in eius lib. fol.* 433. 1 2 3

SVMMARIVM.

1 *Euictionis iudicio non tenetur communitas, quæ vendidit bona confiscata contra aliquem, si illa postea per Principem fuerunt condemnato restituta, & quare. num.* 2.

DECISIO CCCXVIII. seu III.

DE euictione non † tenetur communitas Bononiensis, quæ vendidit bona confiscata illis de Alidosiis, quæ postea mãdato Principis dictis Bentiuolis restituta fuere Ratio est, † quia casus fortuitus euictionis post contractam emtionem ad emtorem, nõ autem ad venditorem pertinet, *l. Lucius. ff. de euiction.* Agat ergo emtor contra Principem, de cuius mandato domus fuit ablata. Et ita firmarunt domini die 13. Aprilis 1551. coram Reuend. P. domino Barensi in vna Bononiensi Palatii, *vt in eius lib fol.* 42. 1 2

EXAMEN.

SVMMARIA.

1 *Examen testium dicitur nullum si factum est citato procuratore substituto, qui non acceptauit mandatum.*

2 *Procurator quis non dicitur nisi onus acceptet.*

3 *Stylus volens, quod sufficiat citari procuratores nominatos, quãuis non acceptauerint, quomodo procedat.*

4 *Intimationis ad constituendum procuratorem in partibus reperibilem, effectus.*

DECISIO CCCIX. seu I.

EXamen testium nulliter † factum dicitur, si citatus fuit procurator substitutus ad videndum iurare testes, qui non acceptauerat onus procurationis. Nam procurator, non dicitur nisi † onus acceptet. *l. 2. ff de proc. Cassador decisio 3. de rescrip.* Et maxime, quia aderat alius procurator principalis, qui acceptauerat, & erat in eodem loco, nec fuit citatus. Neque habet obstare stylus volens satis esse, quod citentur procuratores nominati, licet non constet de eorũ acceptatione, quia dictus stylus pro- 1 2

cedit † in illis procuratoribus constitutis
3 in Curia, vt intersint executioni processuum remissoriæ, & compulsoriæ in partibus, qui procuratores, licet non acceptent, tamen possunt citari, & partes bene procedunt eis citatis. Et ea est ratio, quia in curia monitæ fuerunt partes ad constituendum procuratores, in partibus reperibiles, † cũ
4 comminatione, quod alias procedetur per affixionem ad valuas, & stante ista intimatione imputandum est eis, si non eligerunt procuratores reperibiles, & acceptantes, & ex prædictis fuit annullatum quoddam examen in vna Bertusensi canonicatus, & præbendar coram Reueren. domino Federico Fantuccio 2. Decembris 1552. *vt in eius lib. fol. 189.*

EXCEPTIO.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio cessionis litis & caussæ, est exceptio litis finitæ si uti est exceptio rei iudicatæ.*

Decisio CCCXX. seu I.

1 EXceptio cessionis litis, & caussæ medio iuramento facta, est exceptio litis † finitæ, quemadmodum est exceptio rei iudicatæ, *cap. 1. de lit. contest. & l. postquam liti. C. de pactis.* Et præterea fuit resolutum in caussa Mediolanensi pensionis prima Iulii 1551. coram Reomano, Reuerendissimum Cardinalem de Cæsis non esse audiendum, quia cesserat medio iuramento liti, & caussæ, *vt in eius libro fol. 287.* & vide supra *in verbo confirmatio.*

SVMMARIA.

1 *Exceptio exstinctionis pensionis per professionem quando super ea non fuit iudicatum, requirit altiorem indaginem & ideo non impedit solutionẽ pensionis.*
2 *Monachus ex dispensatione pensionem retinere potest.*
3 *Possessione sua quis de facto priuandus non est.*

Decisio CCCXXI. seu II.

1 EXceptio exstinctionis pẽsionis per professionem quando super ea non fuit iu-
2 dicatum, † non impedit solutionem pensi-
3 onis quia requirit altiorem indaginem, cũ monachus ex dispensatione † pensionem retinere possit, *vt per Gigan. de pensio. q. 17. nu. 7. in fine.* Nec quis est † priuandus sua quasi possessione de facto, *ad text. in cap. querelam de electio & in cap. consultationibus de iurepatronat. Cassiador decis. num. 7. in fin. & numer. 8. de rescript.* Ita tentum in vna Barchinonensi pensionis, coram Accorambono Decano, Veneris decima Martii 1552. *vt in eius lib. fol. 88.*

SVMMARIA.

1 *Exceptio excommunicationis a principio deducta in vim dilatoriæ, potest in articulis declarari, quod est opposita in vim peremtoriæ.*
2 *Dubia res declaratur ex voluntate proferentis.*

Decisio CCCXXII. seu III.

EXceptio excommunicationis licet a principio sit opposita in vim dilatoriæ, tamen si in articulis deducitur in vim perẽtoriæ, debet intelligi in vim peremtoriæ deductam fuisse, secundum voluntatem proferẽtis in articulis declaratam. Et ratio est, quia quando res est dubia † voluntas in- 2
terpretatur secundũ mentem proferentis. *l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. & ibi Bar. & Ang.* Et ita fuit tentum in caussa Farfensi Abbatiæ coram domino Guidobono, 19. Februarii 1552. *vt in eius lib. fol. 45.*

SVMMARIA.

1 *Excipiens generalia, contra, quod sibi præseruet.*
2 *Excipiens generalia contra non videtur renuntiare rei iudicatæ.*
3 *Renuntiare, quod quis voluerit iuri suo præiudiciali, non præsumitur.*
4 *Rei iudicatæ renuntiat, qui patitur iura produci & caussam instrui.*
5 *Rem iudicatam habens contra se non auditur in verificatione nouorum iurium, non parito iudicato.*

Decisio CCCXXIII. seu IV.

EXcipiens generalia contra, licet non opponat contra productionem iurium 1
in specie, tamen quia potest † opponere cõtra admissionem iurium ex diuersis caussis, vel quia obstat producendi res iudicata, vel quia iura non sunt releuantia, vel quia non sunt in forma probanti, vel quia respiciunt petitorium, non videtur † renuntiasse 2
rei iudicatæ, si contra instrumenta producta & contra rem iudicatam, nihil aliud opposuit, nisi quod dixit generalia contra: & maxime, quia in dubio non est † creden- 3
dum, quod ille voluerit renuntiare iuri suo tam præiudiciali. Nec obstat decisio facta in caussa Vasionensi canonicatus, & præbendæ, coram domino Mohedano, sub die 23. Martii 1547. vt in decisione Peregrini Fabii *decisione 114.* quia DD. diuersificabant casu, cum in caussa Vasionensi fuerint † producta iura, & dati articuli, & caus 4
sa instructa, ita vt ex omnibus gestis videretur constare de iniustitia sententiæ, & ideo visum fuit renuntiasse rei iudicatæ. In casu autem isto iura non fuerunt verificata, & de nouo † producens non potest admit 5
ti ad verificandum, nisi parito iudicato, & ideo secus, & ideo resolutum fuit in caussa Ispalensi canonicatus & præbendæ, coram domino Fabio Accorambono, Decano, die 2. Decembris 1552. *vt in eius libro fol. 432.*

Excom-

EXCOMMVNICATVS.

SVMMARIA.

1 *Declaratoria incursus censurarum lata per A C. a qua fuit appellatum, & inhibitum per iudicem ad quem, sed tandem commissio reformatoria signaturæ præsentata fuit ipsi Cameræ auditori: licet pars citata non fuerit ad dicendum contra dictam commissionem, potuit nihilominus A. C. procedere eadem die præsentationis commissionis ad publicationem excommunicationis, & affixionem cedulonum sine alia citatione: & num. 3. atque per totam.*

2 *Attentata dicuntur, quæ facta sunt in spretum inhibitionis totalis.*

4 *Rescripti ex sola præsentatione iudex habet iurisdictionem actu, & illius exercitium.*

5 *Citatio ad dicendum contra commissionem, non est de substantia, & eius omissio non vitiat.*

6 *Contemnens notorie parere literis Apostolicis, potest excommunicatus declarari sine alia citatione, & etiam post appellationem sine noua commissione.*

DECISIO CCCXXIV. seu I.

1 DEclaratoria † incursus censurarum contentarum in literis Apostolicis ob eorum, non paritionem, fuit lata ab A. C. contra communitatem presbyterorum, ad instantiam Antonii de Castello 2. Iunii 1550. a qua pro parte communitatis 4. eiusdem fuit appellatum, & causa appellationis eiusdem fuit commissa in Rota domino Reomano, a quo fuit obtentum inhiberi, & fuit Antonio, & A. C. inhibitum, in forma: verum Antonius commissionem appellationis obtinuit reformari in signatura iustitiæ, quæ rescripsit, vt A. C. procederet ad vlteriorem exsecutionem, quæ commissio fuit dom. Reomano per cursorem præsentata, die 18. Iunii 1550. & eadem die in acie Campi Floræ, communitas fuit per Auditorem Cameræ publicata excommunicata, & affixi cedulones. Sed quia publicatio & affixio fuit facta, antequam communitas esset citata ad dicendum contra commissionem reformatoriam, prætēdebatur pro parte communitatis publicationem, & affixionem fuisse attentatas, tamquam factas † in spretum inhibitionis Rotalis. *ex Rot. de-*
2 *cisi. 379. ad fin. versi. sed quicquid sit. alias est decisio. 51. de appellat. in nou.* His tamen non obstantibus, domini resoluerunt, videlicet,
3 quod Auditor Cameræ potuit † facere publicare, & affigere statim præsentata vltima commissione, non exspectata citatione ad dicendum contra illam, quia iudex per so-
4 lam † rescripti præsentationem habuit iurisdictionem actu, & eius exercitium. *Spec. de competentis iudicis additione. §. viso. numer. 3. Rot. decisio. 419. alias 21. de concessio prabend. in nou. Franc. in cap. super eo il. secundo. numer. 19. & seq. de appell.* Nec facit, quod communitas non sit citata † ad dicendum contra com 5
missionem, quia hoc non est de substantia, & eius omissio non vitiat. *Rot. decisi. 33. alias 2. de rescript. in nou. Egid. decis. 27. Cassado. decis. 8. num. 7. de rescript.* Ideo potuit procedere ad publicationem declaratoriæ vigore literarum decretarum, absque alia citatione. *Roma. consi. 482. num. 5. & 6. Felyn. in cap. Rodulphus num. 41. versi. intellige primo. de rescri.* Et quia dicta communitas † notorie literis 6
Apostolicis præfatis parere contemserat, ideo potuit publicari & affigi, ipsa nō citata. *Felyn. in cap. 2. num 4. de sponsa. & in d. cap. Rudolphus. num. 41. versic. intellige secundo* Et etiam post † appellationem, absque aliqua alia commissione. *Francus in cap. peruenit. nu. 5. & 6. atque in cap. pastoralis. §. verum quia. nu: 27. de appel.* Et ita tentum die 19. Octobris 1551. coram domino Reomano in vna Gerundensi molestationis, *vt in eius libro fol. 104.*

EXSECRABILIS.

SVMMARIA.

1 *Exsecrabilis non restituitur, quando ex actis cōstat illum esse exsecrabilem: intellige si constat notorie. num. 3.*

2 *Decretum irritans appositum in extrauaganti, exsecrabilis, inficit titulum, & possessionem.*

3 *Spoliatus notorie non datur restitutio.*

4 *Spoliator non debet admitti ad probandum exsecrabilitatem spoliati, sed spoliatus est restituendus.*

5 *Reseruatio probata obstat agenti spolio: secus si venit probanda.*

6 *Exsecrabilem non posse agere spolio quomodo intelligatur.*

7 *Acta faciunt notorium.*

8 *Exsecrabilis, quod agat spolio, intellige, vt hic.*

9 *Spolii iudicium est priuilegiatum.*

10 *Spolio agenti non obstat exceptio tertii,*

DECISIO CCCXXV. seu II.

EXsecrabilis non † restituitur, quando 1
ex actis constat illum esse exsecrabilē, quia decretum † irritans appositum in ex 2
trauaganti, exsecrabilis, inficit titulum, & possessionem. *Rot. deci. 17. de restitut spoliat. in antiquis. Bisignet. decis. 1. vers. & esto. eod. tit. Egid. decis. 536. vers. ratio est. Cassad. decis. 3. de rescriptis. num. 10. super regul. Sarnen. in regul. de annali. q. 55. & 58.* Hoc autem intellexerunt domini in casu, quo constaret ex actis notorie † de exsecrabilitate. Et ratio est, quia 3
quando constat † notorie de non iure agentis spolio, non datur restitutio. *Rot. decis. 13. de restitut. spoliat. in antiquis. & 16. in nou. eod tit.* Sed si spoliator † vellet admitti 4 5

ad probandam exsecrabilitatem, ad excludendum spoliatum, tunc non esset admittendus, sed tūc spoliatus esset restituendus, sicut dicimus de relevatione, quæ quando
6 † est probata obstat agenti spolio, secus autem si vellet illam probare spoliator, quia talis exceptio non admitteretur, *vt est decis. Rotæ in antiq. 11. de restit. spolia. in nou. decis. 3. in vltima additione. num. 5. in versi sed in hoc est differentia. eod. tit.* Et ita concordantur opiniones hinc inde contrariæ. Illa autem opinio, quæ habet exsecrabilem, non † pos-
7 se agere spolio, intelligi debet, quando ex actis constat de exsecrabilitate, & sic noto-
8 rie, cum acta † faciunt notorium. *Rot. decisi. 439. alias vltima, de restit. spoliat. in nou.* Altera
9 autem opinio, quæ exsecrabilem † agere posse spolio permittit, *vt voluerunt Oldrad. consi. 227. num. 5* Et Specu. *de pact. § post. in fi.* & plures alii relati per Sarnen. *in regul. de triennal. q. 10. num 22.* intelligi debet, quando de exsecrabilitate non constat notorie ex actis, sed spoliatus vult ad exsecrabilitatem probandam admitti. Et ratio est, quia
10 iudicium spolii est † priuilegiatum, & agenti spolio non obstat exceptio tertii. *cap item cum quis. de restit. spoliat. Rot. decisio. vltima. alias 439. num. 2. de restitut. spoliat. in nou.* maxime in casu isto, in quo spoliator, non intendit probare possessionem suam esse anteriorem illa spoliati, & sic non spoliasse, sed videtur fateri ipsum spoliasse, sed propter exsecrabilitatem probandam spoliatum excludi debere a restitutione, quod tamen admitti non debet. Et ita fuit decisum, *vt alias est decisum 21. decisio. Crescen. & Put. decis. 13. de restit. spol* Et nouissime meo tempore ita fuit resolutum in vna Vicentin. beneficiorum, coram domino Decano, *vt in eius lib. fol. 251.* die 14. Nouembris 1552.

EXSECVTIO.

SVMMARIVM.

1 *Exsequi potest sententia contra cedentem beneficium in fauorem certæ personæ cessionarii, & quare. num. 2.*

Decisio CCCXXVI. seu I.

1 EXsequi potest sententia contra cedentem beneficium in fauorem certę personæ cessionarii, quia cedens remansit in possessione, & sustinuit litem. Ita fuit tētum in caussa Tolletan. parochialis die 2. Decembr. coram dom. Capisucco. Vide infra in verbo resignatio, quæ incipit, *resignauerat beneficium.*

SVMMARIA.

1 *Tertius, quando possit impedire exsecutionem sententiæ.*

2 *Natalium defectum patiens, est incapax beneficiorum, si de illo in actis constat.*

3 *Intellectus l. is a quo. ff. de rei vindicatio.*

4 *Tertius possessor, si vult exsecutionem impedire soluendo expensas condemnati, contra quem est res iudicata, potest.*

Decisio CCCXXVII. seu II.

EXsecutio sententiæ impeditur per Mudaram tertium possessorem † fructuum 1
canonicatus & præbendæ, quos alias resignauerat in fauorem Roderici, reseruatis sibi fructibus, titulo, & denominatione canonici, ac regressu, per cessum, recessum, vel decessum dicti Roderici, in quibus canonicatu & præbenda, cū quidam Ortegiza ius prætenderet, imo vigore prouisionis ordinariæ per obitū Dominici de Sornozo mouit litem in Rota, tam contra Dominum Rodericum, quam contra Mudarrā, lite sic pendente, Ortegiza cessit in fauorem Alphōsi, qui obtinuit se admitti ad prosecutionem caussæ huiusmodi. Post dictam admissionem Alphonsus processit p contradictas contra Rodericum, & obtinuit canonizari gratiam suam, quæ sentētia in iudicatum transiuerat, iterum cum ad caussam nō esset citatus Muderra reseruatarius, ideo se opponebat exsecutioni dictæ sententiæ. Alphonsus replicabat de pluribus, ad infringendam reseruationem Muderræ, propterea certa fuit dubitatio, an constaret de bona reseruatione fructuum Muderræ, ita vt posset impediri exsecutio sententiæ, ad hoc, vt Rodericus, non veniat declarandus. Primo dicebat Alphonsus, quod dicti canonicatus, & præbenda sibi competebant, quia Mudara non habebat 2
ius in illis, cum pateretur defectum natalium. *cap. literas, de fil. presbyt. & c. 1. eod. tit. lib. 6.* Quem defectum cum negaret Mudarra, & in actis talis defectus non esset probatus, domini dicebant eidē nō nocere. Dicebat secundo Alphonsus, quod ipse volebat cauere de restituenda possessione iuxta formam. *l. is a quo. ff. de rei vind* Et q. propterea 3
erat facienda exsecutio. Fuit † responsum p dominos, quod cū non constaret de possessione Muderræ, ideo nō erat locus. *l. is a quo ff. de rei vind.* Quæ procedit, quādo condēnatus possidet, non autem quando tertius, qui nō fuit citatus, possideret. *Alex. in l. a diuo Pio. §. si super rebus. nu. 9 ff. de re iud.* Quo vero ad expensas, quas Rodericus Alphonso soluere tenebatur, Mudarra non poterat exsecutionem impedire, sed si Mudarra vellet illas † soluere, tunc posset impedire ex- 4
secutionem, quia non erat proprie tertius, sed tertius & possessor. *Felyn. in cap. veniens, num. 11. & seq de restit.* Nisi obstarent sibi cōfessiones hæresis, & defectus natalium, si p-barentur. Et ita tentū die 20. Febru. 1551.

in vna

in vna Ispal. canonicatus & præbendæ, coram dom. Accorambono Decano, *vt in eius lib fol.* 101.

SVMMARIA.

1 *Exsequi potest episcopus, non obstante appellatione confratrum, negantium soluere charitatiuum subsidium, si confratres sunt de loco pio.*

2 *Appellanti quando ius commune resistit, potest fieri exsecutio.*

3 *Confraternitas vt non dicatur laicalis, & per consequens subsit episcopo, quæ continere debeat.*

Decisio CCCXXVIII. seu III.

EXsecutio sentētiæ realis facta post appellationem interpositam ad sedem Apostolicam a declaratione incursus pœnarum in edicto emanato ab episcopo cōtra certos confratres, qui debebāt soluere charitatiuum subsidium episcopo, non di-
1 citur† attētata. Quia episcopus poterat ad
2 vlteriora procedere, ex quo appellanti† resistebat ius commune. *Rot. decisio.243. alias 35. in tit. de appellat. in nou.* Nec obstat, quod decisio illa loquatur in eo, qui habet præsumtionem iuris contra se, ita vt allegando exemtionem, debeat illā probare: & ideo cum in casu nostro ista confraternitas allegaret se esse laicalem, & per consequens non haberet præsumtionē iuris contra se, cum episcopus non habeat iurisdictionem contra illam. Ergo &c. Quia fuit replicatū
3 & tentum, quod iam dicta confraternitas† habeat hospitale, cum campanili, & campanis & ibi celebrantur Missæ, & est locus pius de iure, & sic subiectus episcopo, & ideo confraternitas habebat præsumtionē iuris contra se, quousque contrarium non appareret, & sic non attentauit episcopus exsequendo, maxime, quia ei inhibitum non fuerat, neque de alia temeritate poterat redargui. *Rot decis.38. de appell. in nou.* Et ita tentum die 30. Octob. 1551. coram do. Decano in vna Lucana caritatiui subsidii, *vt in eius lib. fol.* 263.

SVMMARIA.

1 *Exsecutiue quādo procedendum sit contra intrusum lite pendente.*

2 *Ordinarie non exsecutiue proceditur, quando tituli sunt ambo pares.*

3 *Cessione abdicatur omne ius accedente.*

Decisio CCCXXIX. seu IV.

1 EXsecutiue procedi debet † contra intrusum lite pendente, quando ille, qui est intrusus, habet alium titulum, non descendentem ab eodem fonte, a quo descendit titulus illius, qui petit exsecutionem.
2 Quia quando tituli sunt ambo pares † etiā per obitum, ordinarie procedendum est, & per tres instantias, non autē exsecutiue, *per doctrinam Bartoli in l. fin. C. de edic. diui Adriani tollend. col. penult.* Quam opinionem omnes sequuntur, *vt refert ibi Decius num.* 4. Nec obstat, quod Spinellus videatur pariter venisse ex eodem fonte cum veniat per obitum Caroli, ex cuius resignatione venit Michael, qui hodie vult exsecutiue procedere, iuxta ea, quæ videntur decisa in vna Abulensi siue Salamantina de Rabe, coram Mohodano episcopo Rauellensi. Quoniam respondetur, quod Spinellus intrusus lite pendente non habebat titulū parem, cum antea Carolus cesserit ius in fauorem Michaelis, per cuius cessionem † 3
omne ius a se abdicauerat. *Rota de renuntiat. decisio 1. in nou.* Et sic tituli erant diuersi, & non erant ambo per obitum, prout erat in casu supradictæ decisionis. Et ideo contra sic intrusum lite pendente, exsecutiue procedi potest. *Rota decis.5. vt lit. pendent.* Et ita fuit inclinatum in caussa Larinensi præpositur æ, decimo Februarii 1552. coram domino Chissanensi, & similiter resolutum in eadē caussa die decimo nono eiusdem, *prout in eius lib. fol.* 91.

SVMMARIA.

1 *Exsecutio rei iudicatæ non impeditur pendente caussa restitutionis in integrum, in qua sint latæ duæ sententiæ conformes, sed tamen suspensæ per appellationem.*

2 *Res iudicata in beneficialibus est exsequenda, non obstante restitutione in integrum a maiore postulata: secus si postulata sit a minore, vel ecclesia. num.3.*

4 *Generalia contra opponens, non dicitur passus discuti de iniustitia rei iudicatæ.*

5 *Appellatione suspenditur sententia.*

Decisio CCCXXX. seu V.

EXsecutio sententiæ, & rei iudicatæ nō 1
† impeditur pendente caussa restitutionis in integrum, in qua sunt latę duę sententiæ conformes, sed tamen suspensæ per appellationem. Ratio est, quia in beneficialibus res iudicata debet † exsecutioni 2
demandari, non obstante restitutione in integrum a maiore postulata. *Cassad. decis. 1. de restit. in integ. & septima. de appel. Staphyl. in tract. de liter. grat. & instit. fol. 162. & est de mente omnium in l. 4. §. condemnatum ff. de re iud & in cap. suscitata. de in integ. restit.* Et ita seruatur in practica. Secus† est, quando est postulata 3
a minore, vel ecclesia, *vt dicunt doctores in locis præallegatis.* Nec obstat, quod videatur detecta iniustitia rei iudicatæ per processū ad vlteriora in caussa restitutionis in integrum commissa per Rodericum. Quoniā fuit responsum, quod Alphonsus contra iura producta semper dixit generalia contra, ita vt ex hac† oppositione passus dici nō

scopi spectantia. Et ita fuit dictum die 28. Martii 1552. coram Domino Augustino in vna Calciaten. dimidiæ portionis, *prout in eius lib. fol. 103.*

SVMMARIA.

1 *Exspectans si litigiosum beneficium acceptauit lata contra eum sententia, quæ transitum fecit in iudicatum, an possit aliud acceptare.*
2 *Litigiosum beneficium acceptari non potest.*
3 *Res iudicata pro veritate habetur.*

DECISIO CCCXXXVI. seu 2.

EXspectans si acceptauit vnum beneficium litigiosum, & contra eum fuerit lata sententia, quæ transiuit in iudicatum, nõ
1 dicitur consumsisse gratiam suam, sed potest aliud vacans acceptare, & sufficit, quod sine culpa sua lata sit sententia contra eum, licet non appellet. *Rot. decisio. 15. de concess. præbend. in antiqu.* beneficium enim litigiosum
2 acceptari non potest. *Sarnen. in regul. de triennal quæstio 4.* Nec obstat, quod lis esset nulla, quia caussa fuit commissa sine expeditione literarũ, de qua expeditione nõ constat factis diligentiis, *iuxta decisionem 5. Cassad. super regu.* quia respondetur, quod si non constat de expeditione literarum, non propterea sequitur, quod non essent expeditæ literæ, quia poterat esse, quod Rodericus esset prouisus ab ordinario, ita vt diligentiæ non suffragarentur, & sic cum sententia, & res iudicata fuerint contra acceptantem, quæ
3 pro † veritate habentur, satis fuit excusatus ad hoc, vt posset acceptare aliud beneficiũ. Et ita fuit tentũ die 28. Nouem. 1552. in vna Tolletan. parochialis de Cẽto Puzello, corã Domino Augustino, *prout in eius lib fol. 376.*

SVMMARIA

1 *Prouisus a Papa præfertur exspectanti, ante illius acceptationem.*
2 *Papa potest prouidere intra mensem concessum exspectanti.*
3 *Mentio aliqua in Papæ prouisione facienda, non est de exspectante, quando talis non acquisiuerat ius in re, nec ad rem: imo etiam si habuisset ius ad rem, num. 4.*
5 *Clausulæ, anteferri, vis.*
6 *Clausulæ, dummodo alteri non sit ius quæsitum, effectus.*
7 *Clausulæ, non obstantibus, energia.*
8 *Papa concedendo alteri potestatem, semper maiorem penes se retinet.*
9 *Practica exspectãtis est, vt singulis dieb. acceptet.*

DECISIO CCCXXXVII. seu 3.

EXspectanti præfertur prouisio Papæ facta ante illius acceptationem, † etiam
1 quod ipse intra mensem acceptet: quia Pa-
2 pa potest † prouidere infra mensem, & valet sua prouisio. *Rot. decis. 24. alias 17 de præben. in nou. Felyn. in ca. in nostra, correlario. 28. de rescrip. Cassad. decisio. 5. num. 2. de concess. præbend.* Et maxime, quia iam Papa tempore acceptationis exspectantis prouiderat. & tempore dictæ prouisionis Papæ, aliquod ius nec ad rẽ, nec in re eidem exspectanti acquisitũ erat, & ideo non † fuit necesse, quod fieret 3
mentio de exspectante in prouisione Papæ, cum etiam si exspectanti ius † ad rem fuisset 4
acquisitum, de eo mentio non fuisset necessaria in dicta prouisione. *Cassad. decis. 3. nu. 3. de præben.* Quod eo magis erat dicẽdum in hoc casu, stantib. clausulis appositis in prouisione, videlicet clausula, anteferri, per quam posterior in data † præfertur priori 5
habenti solum ius ad rem, *c. cuidam. de præbẽ. li 6. Rot. Bisig de conces. præb. decis. 8. Sarnen in q. 1. de non toll. iure quæsit. & in tract. mandatorum de prouiden. nu. 100.* Et isto casu non obstat clausula † dummodo alteri non sit ius quæsitũ, 6
ex qua solum reseruatur ius in re, nõ autem ad rem. *Sarnen. in c. caussam. de rescript in 7.* vbi refert ita consuluisse Calderinum, & Romanum. Nam per clausulam, non † obstan- 7
tibus specialib. vel generalib. impetrationib. vna cum decreto irritanti, constare videtur de voluntate Papæ, quod voluerit vti potestate sua. *Philip. Fran. in c. dudum, num. 13. vers. hodie tamen, de præb. lib. 6.* Et sic Papa per illas clausulas voluit præiudicare exspectãti, cum nunquam auferat † a se potestatem, 8
licet alteri concedat: quia maiorem penes se semper retinet, *c. dudum, de præb in 6. Aymo. consil. 126. colum. 2.* Et ideo practicatur, quod 9
exspectantes singulis dieb. acceptant, & petunt prouideri per exsecutorem. Et ita tẽtum die 11. Decemb. 1551. coram D. Capisucco in vna Bolacen. canonicatus & præben. *vt in eius lib. fol. 118.*

SVMMARIA

1 *Exspectatiua reuocata an & quando tribuat titulum coloratum.*
2 *Conditionali ex actu agi non potest nisi purificata conditione.*
3 *Conditio actui inserta debet exstare, vt actus sortiatur effectum.*
4 *Conditio expressa in exspectatiua, quid operetur.*

DECISIO CCCXXXVIII. seu 4.

EXspectatiua † reuocata licet regulariter 1
(vt sæpe sæpius Rota tenuit) tribuat titulũ coloratum, tamen quãdo acceptãs vigore illius acceptauit sub conditione, si beneficiũ caderet sub sua exspectatiua, & sub eadẽ conditione esset tradita possessio, & hodie cõstaret, quod cõditio defecerit, quia tempore acceptationis exspectatiua erat reuocata, nõ tribueret titulũ coloratũ. Et est ratio, quia illa acceptatio, & omnia inde secuta nõ possunt aliquid operari, cum ex actu † 2
conditionali agi non possit non purificata

conditione, *cap. olim. in 1. vbi gloss. in verb. traditum sub conditione. de restit spoli. Dec. consi. 107.*
3 *prope finem.* Et conditio † actui inserta debet exstare, ad hoc, vt actus sortiatur effectum, *l 3 §. qui fideicommissariam, de hered. instit. Bald. in addi. ad Spec de Instit. edit. col. fin. vers. quando*
4 *conditio.* Et maxime, quia ista conditio, † quæ fuit expressa, valde operabatur, quia si non addebatur in acceptatione, poterat gratia consumi, etiam quod non caperetur beneficium acceptatum. *Rom. consil. 32.* vbi si non fuisset apposita hæc conditio, non consumebatur. *gloss in c. cum in multis, de rescript. lib. 6. Staphy. de literis grat. & instit fol. 3.* Ergo eius expressio cum operetur, reddit actum conditionalem. *Bartol & alii in l. 3. ff. de leg. 1.* Et ita pulcre, & subtiliter fuit decisum in caussa Giennen. de Torres campo, coram Domino Guidobono 14. Martii 1552. & fuit confirmata 28. Martii 1552. *vt in eius libro fol. 75. & fol. 95.*

SVMMARIA.

1 *Exspectans potest acceptare intra mensem a die vacationis, & petere sibi prouideri intra alium mensem a die acceptationis.*
2 *Diuisibilitas regulariter ex intentione facientis actum.*
3 *Acceptatio secunda quando non est bona, potest quis redire ad primam.*
4 *Titulus quando multiplicari possit.*
5 *Acceptans quando vti non potest acceptatione anteriori, & prouisione posteriori.*

DECISIO CCCXXXIX. seu 5.

1 EXspectans † potest acceptare infra mensem a die vacationis, & petere sibi prouideri infra alium mensem a die acceptationis, quia regula de publicando ita dictat,
2 & actus est diuisibilis, quæ diuisibilitas regulatur ex intentione facientis actum. *Bar. in l grege. §. illud. de fideiussor.* Quod eo magis
3 procedit, quia quando secūda † acceptatio non est bona, potest quis redire ad primā secundum Gemi. *in c. cum in multis, colum. fin. vers. quarit hic Lapus Abb. de rescript.* qui loquitur in diuersis beneficiis. Quod multo magis dicendum est in hoc casu, in quo sumus super eodemmet beneficio, & in quo
4 titulus † multiplicari potest. *Abb in cap. post electionem, de concess. præbend.* Et ideo valida iudicata fuit acceptatio facta die 17. Nouembris, & valida prouisio facta die 15. Decembr. quia ambæ fuerant factę infra mensem a die vacationis beneficii, & acceptationis respectiue, & hoc dummodo cum prouisione posteriori 15. Decembris, non adesset etiam acceptatio, quia tunc si constaret, quod vigore illius acceptationis po-
5 sterioris esset facta prouisio, acceptans † nō posset vti acceptatione anteriori, & prouisione posteriori, quia prouisio veniebat ex acceptatione secundæ inualida, & sic ex radice infecta. Et ita fuit decisum in caussa Ispalen. beneficii sanctæ Luciæ, coram Domino Capisucco Mercurii 10. Februarii 1552. & Lunæ 15. eiusdem mensis & anni, *vt in eius lib. fol. 53.*

EXPENSÆ.

SVMMARIA.

1 *Expensæ litis decernendæ sunt decretis alimentis, & quare.*
2 *Alimenta habere aliud est, & aliud habere expensas litis.*
3 *Expensarum condemnatio facienda non est, quando sententia prima reuocatur ex nouiter deductis, etiam stante stylo Rotæ mandante condemnationem expensarum fieri debere, nu. 4.*

DECISIO CCCXXXX. seu 1.

EXpensæ litis † decernendæ sunt decretis alimentis, tanquam separatæ ab ali- 1
mentis, quia aliud est † habere alimenta, & 2
aliud est habere expensas litis. *Abb & Fely. in cap. ex parte. de accu. num. 4. & 9.* Et ita fuit tētum in vna Romana status, & alimentorū, coram R. D. Chissanen. die 28. Martij 1552. *prout in eius lib fol. 166.* An expensarum † con- 3
demnatio facienda sit, vbi sententia prima reuocatur in secunda instantia ex nouiter deductis. *Rot. decisio. 251. alias 20 de dolo & contu. in nou. decis. quod non sequitur. Mil. in ver. expensa 2. Abb in c fi. col. 12. de dol. & contu. Guid. Pap decisio 436. & q 48. numer. 55. & decis. 137. & decis. Tholos. 222. Franc. in c 1. §. fina in fi. de appel. in 6 & in c. quoniam contra. col. 3. de proba. Cor. cōs. 182. col. fi. vol. 3. & per Sarnen. in regu. de annali q. 41. nu. 3 & q. 1. num. 1.* Et quamuis ex aduerso oppositum fuerit, quod in Rota † semper fit 4
condemnatio expensarum, *prout attestatur Cassador. decisio. 13 de rescript.* tamen contrariū in casu isto tenuerunt Domini die 4. Martii 1552. coram Domino Reomano, in vna Gerūden. molestationum, quod Sant. Ant. de Castillo, non sit condemnandus in expensis, eo quia habuit primo sententiā pro se coram A. C. quæ fuit reuocata per Rotā ex nouiter deductis: & fuit mādatum, quod ita poneretur in sentētia, *prout in eius lib. fol. 79.* Ista decisio fuit confirmata coram Domino Frantuccio in hac eadem caussa 14. Octob. 1552. *vt in eius libro fol. 347.*

SVMMARIA

1 *Expensæ non sunt soluēdæ nisi caussa omnino terminata.*
2 *Exsecutoria post rem iudicatam datur.*

DECISIO CCCXXXXI. seu 2.

EXpensæ solui non debent, nisi † quando 1
caussa est finita super possessorio suspēso petitorio, vel per tres sententias cōformes, vel per vnam, quæ transiuit in iudicatum.

Staphyl.

...ap. hyl in tract. de commissio, & literis gratiæ, §. ... personalis num 19. & Rot. decis. 15. de restit. ... innou ... dum dicit, quod ille spoliatus potest vigore suæ executoriæ recuperare expensas, sed post † rem iudicatam executoria datur: ergo, &c. Et ita fuit tentum in vna Tholetan. parochialis de Ispes, coram Domino Augustino die 9. Decembr. 1552. vt in eius lib. fol. 412.

SVMMARIA

1 Expensarum solutio facienda est in loco, in quo iudicium est agitatum.

2 Oblatio solutionis expensarum facta in alio loco, quam, vbi iudicium agitatum est, non releuat.

DECISIO CCCXXXII. seu 3.

1 EXpensarum solutio † fieri debet in loco, vbi iudicium agitatum est *Soc. in cons. 302.*
2 *num. 3. lib 2* Et oblatio † alio loco facta non releuat. *Assl. Ct. decis. 150. num. 10.* Et ita fuit pluries iudicatum, vt dixerunt, & rursus iudicarunt Domini in caussa Tolletan. canonicatus, & præbendæ Magistralis coram Domino Oradino 18. Iunii 1554. *vt in eius libro fol. 286.*

SVMMARIVM.

1 *Expensarum condemnatio facta contra plures, intelligitur, vt vnusquisq; pro rata teneatur.*

DECISIO CCCXXXIII. seu 4.

EXpensarum condemnatio, quando est facta cõfuse, quia sunt plures collitigantes condemnati, intelligitur, vt vnusquisq; teneatur pro sua parte. Itaque obseruarunt Domini in vna ciuitatis Ducalis expensarum, coram R. D. Montisflasconen. Mercurii 26. Octob 1552. *vt in eius lib fol. 75.* 1

SVMMARIA.

1 *Expensæ necessariæ sunt detrahendæ de fructibus, & quare.*

2 *Expensæ necessariæ etiam per malæ fidei possessorem deducuntur.*

DECISIO CCCXXXIV. seu 5.

EXpensæ necessariæ † sunt detrahendæ de fructibus. Et ratio est, quia non poterant fructus colligi, nisi factis illis expensis necessariis *l. fructus ff. solut matrimon.* quæ † etiam per malæ fidei possessorem deducuntur, *gloss. est in vers. fructus quam sequuntur Doctores in cap grauis, de restit spolia. l. si a Domino §. fructus. ff de petit. hered* Et ita fuit per dominos tentum in caussa Tiburtina melioramentorum, coram episcopo Montisflasconen. Lunæ 14. Nouembris, 1552. *vt in eius lib. fol. 102.* 1 2

FINIS PRIMAE PARTIS.

DECISIONVM ROTÆ ROMANÆ, RECOLLECTARVM IN COMPENDIVM

A

R.P.D. PAVLO ÆMILIO VERALLO, ROSSANENSI PRIMVM ARCHIEPISCOPO CAPVTAQVENSE, deinde Episcopo, Sacri Palatii Rotæ auditore.

PARS II.

FACVLTAS.

SVMMARIA.

1 *Facultas Papæ dispensandi super ætate in ecclesiis parochialibus post restrictionem, de qua hic, nihil operatur.*

2 *Decretum irritans a Papa in prouisione appositũ, ligat etiam ignorantes: limita, quando opponeretur a legato de latere,* 3.

DECISIO I.

FACVLTAS Legato Bonon. olim concessa di pẽsandi super ætate in ecclesiis Parochialibus restricta per Clementem septimum ad terminos iuris cõmunis non obstante quãuis cõsuetudine, post
1 dictam restrictionẽ † nihil operatur. Quia reperitur reprobara, & habet cõtra se clausulam decreti irritantis. *Abb. post alios in cap. dilecto numer. 14. de preben. Fely. in cap. cum accessissent, num. 7. colum. 3. in fi. vers. tertia declaratio. de constitutio. Cassador. decis. 12. super regul. num. 5. Goz. 1. consil. 101. num. 26. Rip. lib. 1. resp. c 5. num. 6.*
2 Quæ clausula † decreti irritãtis apposita a Papa ad nullitatem actus, ligat etiam ignorantes. *Fely. in cap. ceterum, num. 19. colum. 10. ad medium, vers. 3. restrictio. de rescrip. Cassad. ead decis. Gozad cons 61. nu. 4.* licet secus esset, quando opponeretur a Legato de latere. *Cassado. decisio. 3. in tit de decreto, & Rebuff super reg. cancellar.* Et ita fuit tentum die 22. Maii 1552. coram Domino Reomano, in vna Britonorien. beneficii, *prout in eius lib. fol. 173.*

SVMMARIVM.

1 *Facultas transferendi concessa in prima constitutione pẽsionis an intelligatur retenta in scedula retentionis beneficiorum.*

DECISIO II.

FAcultas transferendi concessa in prima constitutione, siue assignatione pensio-
1 nis facta alicui, non intelligitur † retenta in scedula retentionis beneficiorum, & pensionum, quæ datur promotis ad cathedrales ecclesias, si expresse in scedula nõ dicatur: videlicet. Et cum retentione pensionis cũ eadem facultate transferendi, per rationes allegatas in decisione facta in caussa Aretina siue Senen. pensionis coram Domino Decano, 16. Decembr. 1552, *vt in eius libro fol. 474.* quanquam videre licet extẽsam intra in verbo retentio.

FALSITAS.

SVMMARIA

1 *Falsitas, & delictum non præsumuntur nisi probetur.*

2 *Interpretatio facienda est, quod falsum non sit commissum.*

3 *Præsumtio qualibet capienda est, vt falsitas non præsumatur, etiam verba impropriando.*

4 *Instrumenti fides non tollitur ex aliquibus coniecturis, & leuibus præsumtionibus.*

5 *Falsi probatio debet de necessitate concludere.*

6 *Rasura scripturæ quando non inducat coniecturam falsitatis, & numer. 7. & 8. sed contra numer. 11.*

9 *Testis vnus sufficit ad coadiuuandum instrumẽtum, & excludendum malam præsumtionem illius rasuræ.*

10 *Scriptura extracta ex archiuio plenam fidem facit.*

12 *Rasura reddit suspectum instrumentum, quãdo non est de ea facta mentio per notarium, qui publicauit illud.*

13 *Instrumentum præsumitur falsum, quãdo caret debitis solemnitatibus:*

14 *Atramenti diuersitas argui facit falsitatem.*

15 *Rasura præsumitur facta per partem in instrumento, quando illud habuit præ manibus.*

16 *Sigillum vnius scripturæ quando apparet super additum ex alia scriptura, fidem illius minuit.*

Decisio

Decisio III.

1 FAlsitas,† & delictum non præsumuntur nisi probentur, *l. merito, ff. pro socio. Aymo consilio.8.num.1.* Et ideo potius facienda in-
2 terpretatio,† quod falsum non fuerit commissum quam econtra. *Cepo.conf.crim.21.nu.*
3 *18.* & quoties alia præsumtio †sumi potest, illa recipiēda est potius, quam falsitas præsumatur, etiam verba impropriando, *vt per Imolam in consil.101.colum.2.circa medium, refert Aymo d.consil.8.num.2.* Et quoniam Petrus Capra ex quibusdam præsumtionibus nitebatur instrumentum institutionis impugnare de falso, ex quo inferebat, quod illi non erat adhibenda fides, Respondebatur
4 quod ex †aliquibus coniecturis, & leuibus præsumtionibus non tollitur fides instrumenti. *Socin.consi.98 colum 4.ver.circa tria.* Et
5 maxime quia probatio falsi † debet de necessitate concludere. *Alexa.consi.190.col.3. vol.7. Iaf.in l.iurisgentium §.quod fere, ff.de pact. & in consil 62.col.1.vol.1.& 153.colum.4.volum.2. Dec.consi.101.colu.1. Marian.iun.consil.39.consi. 5.num 44.volum.2. Aymo d.consi.8.num.1.* Potissima coniectura erat quædam rasura bis
6 in eodem instrumento facta, quæ rasura † secundum opinionem quinque dominorū
7 non cōstabat ea ratione, quia veritas † scripturæ rasæ verificabatur ex præcedētibus, & sequentibus, & ideo non obstat, *secundum gloss.in cap.cum venerabilis, vers. item quod si rasura, vbi Anton.colum fin. & Abb.in finalibus verbis ibi, & tunc non sunt necessaria.de relig.dom. Iaso.in l.fi.C.de edict.diui Adr.tol colum.7.& in 4. limitatione, & ibi Alexand.colum. 6. & Deci.col.*
8 *10.* Præterea rasura † non attenditur, quādo veritas ex aliis instrumentis vel scripturis comprobatur. *Bal.in l.falsus, colum.4 in fi.ver. si autem omnino consonant.l.de fur. Iaso.consil.114. colum. fi. vers. propterea, & notabilius, volum.1.*
9 vel quando ex testibus veritas coadiuuatur, in quo casu etiam vnus testis sufficit. *Bald. in l.si veritas, colum.1. verf. & nota, quod censura.C.de fideiuss. & sequitur Iason. in d.consil. proxime allegato,* & quia instrumentum erat extractum ex Archiuio bis citato aduersa-
10 rio, & nihil opponente, & scriptura † extracta ex Archiuio plenam fidem facit, *authen. hac. C. de fi. instr. & ibi gloss. penult. & fi. Alexand.consi.138.colum.3.vol.1. Roma.consi.319.* At quatuor ex dominis quorum ego vnus eram, tenebant contrarium, dicebāt enim,
11 quod rasura † de qua agitur, erat in parte substantiali. Et ideo iuuabat, & reddebat instrumentum suspectum de falso. *Abb.in cap.ex literis, nu.4 & ibi Fely.colum.penulti.de fid. instr. & est text.cum gloss.& ibi Bar. Bal. Paul & alii in l.iubemus, C.de prob.* Et tāto magis reddebatur suspecta talis rasura, quia non erat † facta mentio de ea per notarium, qui pu- 12
blicauit instrumentū, cum ita semper fieri consueuerit. *Fely.in d.c.ex literis in 6 declar. de fid.instr.* Accedat etiam quod scriptura non habebat debitas solemnitates† requisitas, *l.* 13
iubemus.C.de testam. ex quo colligebatur alia coniectura falsitatis, *vt considerat Dec.consilio. 319.num.8. & sequ.* augebatur etiam suspicio propter diuersitatem atramenti, † *vt dicit* 14
Curtius iun.consil.52.in fin & Abb.consilio.10. colum 2.lib.1. Alexa consil.41.colum.1 vol.1. Et quoniam dicebatur, in Archiuio fuisse positum per partem, quæ instrumentum illud produxit. Quare † ab ipsa parte præsumi- 15
tur facta rasura, *vt per Bal.in l.si vnus.C.de test. & facit quod dicit Fely.in d.c.ex literis col.pen.ver. nota.4.* Accedat etiam, quod sigillum† ap- 16
positum in instrumento erat suspectum, qa videbatur sublatum, ab aliqua alia bulla, & positū in literis institutionis, de quibus agitur, ex quo illius fides multo magis minuebatur, *c.inter dilectos, de fid.instr.* Quapropter ex supradictis rationibus dubium non fuit resolutum, sed Domini fuerūt varii, & cum materia esset exēplaris, & pulcra, volui opiniones Dominorum hic annotare sub die *13.* Nouēb.*1551.* coram D. Augu.in caussa Illerdē.parochialis de Azelor, *vt in eius li.f.79.*

SVMMARIA

1 *Falsitas probatur per coniecturas vehementes; & quando tendunt ad eundem finem coniungūtur ad faciendam plenam probationem, & maxime in his quæ sunt difficilis probationis.*
2 *Falsitas difficilis est probationis.*
3 *Falsitas quando agitur ciuiliter, per coniecturas vehementes probatur.*

Decisio IV.

FAlsitas † probatur, per coniecturas vehementes, & quando tendunt ad idem, & ad eundem finem, coniunguntur, & faciunt plenam probationem, *l.qui sententiam, C.de pœnis, traditur per Felyn.post Abbat.in c.cum caussam, colum. 4.vers.2.casu numer.10.de probat.* Et maxime in his, quæ sunt difficilis probationis, vt est † falsitas. *Boer.decisio.319. nume.5. in fin.* Et præsertim, † quando agitur ciuiliter. Et ita fuit tentum, in vna Bononien. bonorum de Bucchis coram D. Fabio Accorambono 10. Iunii 1552. & confirmata fuit per dominos die 4. Nouembr. eiusdem anni, *vt in eius libro fol.90.& 98.* 1
2
3

SVMMARIVM.

1 *Falsitas quando est nociua, vel apta nocere, tunc committens punitur pœna falsi.*

Decisio V.

FAlsitas quando est nociua, vel apta nocere, tum committens illam punitur † pœna falsi, *vt per Bart.in l.damus, & ibi apostillā in verbo noceat.C.de falsis. Anchar.consil.24.Soz.* 1

consi.103.& 104. Ias.consil.153.num.4.Paris.consil. 151.num.23.volum.4. Et ita fuit tentum in vna Bononien. de Bucchis coram Fabio Accorambono 21. Nouembr. *1552.* fuit postea caussa posita 28. Nouembris *1552.* & dubitatum, an falsitas fuerit nociua, vel apta nocere, *vt in eius lib. fol. 411.*

FAMA.

SVMMARIVM.

1 *Fama probat Doctoratum, nobilitatem, & alias similes qualitates.*

DECISIO VI. seu I.

1 FAma probat † Doctoratum, nobilitatẽ, & alias similes qualitates. Alexan. *in l. de minore, §. tormenta. vlt. colum. ff de quaest. vide supra in verbo Doctoratus.* Et ita fuit tentum in vna Pamphilonen. Hospitalariæ, coram Domino Oradino 21. Maii *1554. vt in eius lib. fol.* 190.

SVMMARIVM

1 *Famæ probatio fit etiam si testes dicant, quod publice dicitur, licet testes non specificent a quibus audiuerunt, & hoc ex obseruantia Rotæ.*

DECISIO VII. seu 2.

1 FAmæ probatio † fit etiam si testes dicant, quod publice dicitur, licet testes non specificent, a quibus audierunt, & alia requisita posita *per Bar. in l de minore, §. tormẽta, de quaest.* Nam Rota seruat in hoc dictũ Baldi, *in cap. per tuas. post principium. in verbo publice, de probat. & in c. præterea, colum. 1. in fi. de testib. de qua testatur Cassa. decis. 3. de probat.* Et ita meo tempore firmatum fuit in vna Bononien. bonorum de Bucchis, coram Domino Fabio Decano, Veneris 20. Maii *1552. vt in eius lib. folio 236.* Et idem tentũ fuit die 10. Octob. 1552. in vna Romana Castrorum, de Gaetanis, coram Domino Guidobono, *vt in eius lib. fol. 299.*

SVMMARIVM

1 *Fama publica cum vno teste de veritate non probat in criminalibus & quare: amplia etiam si de crimine ciuiliter agatur, nu 2.*

DECISIO VIII. seu 3.

1 FAma publica † cum vno teste de veritate, non probat in criminalibus, quia hæ duæ semiplenæ probationes non coniunguntur. *glo. in c. veniens, il 1. de testib & ibi omnes Alexan consil. 143. lib 7. Dec. consi. 429 nume. 9.*

2 Quod procedit etiam † si de crimine ciuiliter agatur, *vt per Anton. in d. cap. veniens, & per Abb. in fin de testib. Ioan. de Anania consi. 9. Dec. in consil. 59. Dec. in consil. 210. ante finem.* Et ita fuit tentum in caussa Meten. Monasterii coram Domino Guidobono prima Apr. *1552. vt in eius lib fol 116.* Et fuit confirmatum 4. Maii *1552 vt fol 144 in eod lib.*

SVMMARIA.

1 *Fama vt concludat, debet probari ante litẽ motã.*

DECISIO IX. seu 4.

FAma vt concludat debet † probari ante 1 litem motam super eo, super quo probatio famæ requiritur. *tex est in c. licet ex quadam, de testib. ibi ante litem motam, sequitur Abb. ibidem num. 3. Rom consi. 775. Crot. in tractat. de testam. num. 308. Dec. consil. 52. nume. 1. Corn consil. 62. num. 13. volum. 1. & consi* 146 *num 8. volum. 3. Cæpol. in ciuilibus, consil 31. nu. 9.* Et ita te[illegible] fuit in caussa Romana Castrorum de Gaetanis, corã Domino Guidobono 10. Octob. *1552. vt in eius lib. fol. 299.* Idem fuit decisum, in caussa Tirasonen. prætensæ erectionis 16. Nouembris 1551. corã D. Achille de Grassis Episcopo Montisflasconen.

FAMILIARITAS.

SVMMARIA

1 *Commensalitas, & familiaritas ad finem creationis in Prothonotarium per legatum Apostolicũ, probatur non ita exacte.*

2 *Commensalitas ad finem reseruationis, quomodo probetur.*

DECISIO X. seu I.

FAmiliaritatis, & commensalitatis probatio quæ requiritur ad hoc, vt demonstretur, quod legatus poterat illum creare Prothonotarium, cum in eiusdem legati facultatibus dicatur (vt erga tuos familiares, & continuos commensales reddas te liberalem) &c. non debet † ita exacte esse 1 facta, quo ad ipsam commẽsalitatem, sicut quando agitur de inducendo reseruationem, quia tunc debet probari † commen- 2 salitas edentium per quatuor menses in tinello, *vt per Sarnen. in regula de impetr. beneficia per obitum famil. Cardin quaest. 13. num. 3.* Et ita fuit tentum in caussa Aurien. Parochialis, de Carmedo coram D. Vestano *9* Martii & *13* Iunii *1552. vt in eius lib. fol. 80. & fol. 250.*

FATALIA.

SVMMARIA

1 *Fatalia non currunt ob impedimentum non expeditæ remissoriæ, quod prouenit ex facto mixto, & ex facto appellati.*

2 *Remissoria appellati impedit cursum fatalium, & num 3.*

4 *Æquitas sæpe per Rotam solet amplecti, præcipue in materia desertionis.*

DECISIO XI. seu I.

FAtalia appellationis lapsa pendente termino ad expediendum remissoriam, an inducant desertionem necne, fuit disputatum in vna Tolletã. de Alcaron. *10* Octob. *1552* coram R. P. D. Ioanne Suauio Reomano, & Domini fuerunt diuersi in eorum opinionib. tenentes aliqui pro non desertione allegabant, quod impedimentum † 1 non expeditæ remissoriæ, nedum prouenit ex facto mixto, sed etiam ex facto appellati,

ti, quibus casibus fatalia concurrunt, *secundum Abb. in cap. ex ratione, colum. 2. num. 7. versic. aut impedimentum & ibi Franc colum. 3. vers. secundum impedimentum, & Dec. numer. 8. vers. tertius casus, de appel. Additio ad Matthesi. notab. 2 4 per tex in clem. quamdiu de appel.* Quinimo
2 sola remissoria† aduersarii, quæ durauit per vndecim menses, impedit cursum fataliũ. *Rot. decisio 65. in nou.* quia impedimentum (vt
3 dixi) solius appellati, excusat† appellantẽ a desertione. *Abb. in d. cap. ex ratione, numer. 8. versic quandoque, & ibi Philip. Franc. colum. 3. vers. tertium impedimentum, & Deci. numer. 10. versic. quartus casus, & Rot. decisio. 7. in addi. num. 3 & decisio. 15 de appell. in nou.* Tenentes autem pro desertione, fundabant eorum opinionem in non modica culpa appellantis, quia tempora expeditionis remissoriarum omnia lapsa erant per annum, & vltra, & sic videntur facere rationes allegatæ per *Cassad. decisio. 9. de appell. in secunda opinione ibi relata.* Sed quia ambæ partes postea præsentarunt eorum remissorias, ideo omnibus
4 dominis visum fuit æquissimum,† quod videretur de bono iure, de quo si constaret, audiretur appellans, non obstante lapsu fatalium. Vide in lib. Reomani anni *1552. fol. 292.*

SVMMARIA

1 Fatalia currunt post decretam remissoriam, quæ non fuit in tempore præfixo expedita.

2 Fatalia non currere pendente termino remissoriæ iure cautum non reperitur.

3 Intellectus ad decis. præcedentem.

DECISIO XII. seu 1.

1 FAtalia currere post decretam† remissoriam, quæ non fuit expedita in tempore præfixo, tenuerunt Domini in vna Segobien. sepulturæ corã Domino Reomano, *12.* Decembr. *1552.* ea ratione, quia secundum Cassad. *decisio. 9. num. 1. versi. pars alia, de appell.*
2 non reperitur iure cautum, quod fatalia nõ currunt pendente termino remissoriæ. Et licet contrarium fuisset dictum in caussa Tolletan. de Alcaon. 10. Octobris *1552.* coram eodem Domino Reomano prout habetur in præcedenti decisione, id tamen
3 fuit† quia remissoriæ erant expeditæ, & pẽdebant exsecutiones illarum in partibus, & videbatur impedimentum mixtum, & tandem fuerunt reproductæ, ideo Domini voluerunt, quod videretur de bono iure. At in ista Segobien. sepulcri, non fuit expedita remissoria appellantis quamuis fuerit vt supra decreta, ita vt visus fuerit in culpa, & ideo pro desertione in hac caussa inclinarunt *prout in lib. Reomani fo. 298.*

SVMMARIA.

1 Fatalia non currunt impedito facto Principis, vel partis.

2 Fatalia non currunt quando effluxerũt ex caussa appellati.

3 Præsentans iudici rescriptum, vel mandatum, facit illud cum parte ex aduerso commune.

4 Citatio partis non requiritur ad dicendum cõtra mandatum de supersedendo præsentatum.

5 Impediti protestatio non requiritur, quando aliunde impedimentum detegit.

DECISIO XIII. seu 3.

FAtalia non currunt impedito † facto Principis, vel partis. *Abb in cap. ex ti sinuatione, numer. 3. 2. not. de appell. facit text in clem. quamdiu de appell. Boer decisione 247. numer. 14.* Idem † quando effluxerint ex caussa appellati, quia longiores inducias procurauit. 2
Cassad decisio 9. de appell. nume. 5. Franc in cap. ex ratione, numer. 36. versi. circa tertium impedimentum, de appell. At in casu, quia Andreas Vella Impetrauerat mandatum de supersedendo in caussa, & illud iudici præsentauit † fuit effectum commune, taliter, quod Berar- 3
dus potuit illo vti. *Rot. decisio. 402. in nou.* Nec partis citatio† requiritur de stylo ad dicẽdum contra hoc mandatum de supersedẽ- 4
do, nec requiritur protestatio† appellantis super impedimento, quando aliunde 5
impedimentum detegitur. *Felyn. in cap. ex transmissa, numer. 10. de præscript. Franc. in cap. si. de appell. Deci. consilio. 356. Iason in l properandum §. sin autem C. de iudiciis. Crescen. decisione 335.* Et magis credendum est, quod aduersarius consenserit, † vt tempora in suspenso stare debuissent, postquam præsentauit 6
mandatum, quam vt induceretur lapsus fatalium. *Roman. consilio. 220. nume 9. Alex. consi. 13. colum 3. vol. 3. Decius in cap ex ratione, colum. 8 de appella.* Et ita fuit tentum die 29. Maii. *1551.* coram Vestano, in vna Segobien. beneficii de villa Castri. *vt in eius lib fol. 71.*

SVMMARIVM.

1 Fatalia an currant appellanti, postquam auditor tenuit terminum, ad sententiam, & non subscripserit.

DECISIO XIV. seu 4.

FAtalia an currant appellanti † postquam auditor tenuit terminum ad sentẽtiam, 1
licet non subscripserit, si interim fatalia lapsa sint? Domini variarunt in quadã caussa Britononien. Castri Polentæ, *vt in lib. D. Prosperi Episcopi Chissanensis sub die 15. Iunii 1551. & 13 Nouembris.* Et ideo fuit captum temperamentum, vt videretur de bono iure. Et ita factum fuit.

FAVORABILE.

SVMMARIA

1 Fauorabilis dicitur dispositio mandans, quod instrumentum rogetur per notarium Archiuistam, & non valeat nisi registretur in libris Archiuii, & per totam.

I

2 *Dispositio facta ad supplantandum malos mores falsificantium, dicitur fauorabilis.*
3 *Statutum fauorabile est seruandum in vtroque foro.*
4 *Præfatione ex statuti seu priuilegii colligitur mẽs statuentium, seu priuilegiantis.*
5 *Statutum annullans testamentum, non insinuatum iuxta formã statutorũ dicitur fauorabile.*
6 *Dispositio aliqua, vt cognoscatur an sit fauorabilis, vel odiosa, attenditur illud quod principaliter agitur.*
7 *Dispositio facta ad obuiandum fraudibus & falsitatibus, dicitur fauorabilis, & extendibilis.*
8 *Dispositio inducta ad publicam hominum vtilitatem dicitur fauorabilis.*
9 *Fraus est prohibita de iure naturali.*
10 *Dispositio emanans ad rescindendas falsitates, dicitur continere publicam vtilitatem, & est fauorabilis.*

DECISIO XV. feu r.

FAuorabilis an odiosa sit dispositio, per quam disponitur, quod instrumentum rogetur per notarium Archiuistam, & non valeat nisi sit registratum in memoriam li-
1 brorum Archiuii? Et dicendum est esse † fauorabilem, quia facta fauore vtilitatis, cum sit principaliter facta ad supplantan-
2 dum † malos mores fallantium. Et ita in simili dicit Baldus, *in cap.* 1. §. *si quis per* 30. *si de feud. fuer. contr. inter dom. & agnat. in vsibus feu.*
3 Ex quo inferebat, quod † statutum tale erat seruandum in vtroque foro, late comprobat Socinus *consilio.* 97. *versicul.* 2. *in cap. difficultas, lib.* 1. Et ex præfatione statuti seu pri-
4 uilegii colligitur mens statuentium, siue priuilegiantis, *l. fina. ff. de hered. instit. Roma. consilio.* 436. *versic porro.* Et in terminis statuti
5 annullantis † testamentum non insinuatum iuxta formam statutorum, vt dicatur fauorabile, voluit Ioan. Calderinus *in disputatione sua incipiente, Bononiensi statuto cauetur, sequitur Alexand. consilio.* 119. *colum.* 1. *versic. & subdit. Ioan. Cald. lib.* 6. *& in colum. fin. magis in terminis Bartol. in leg.* 1. *numer.* 30. *C. de*
9 *summa trinitate.* Et ad cognoscendum an † aliqua dispositio sit fauorabilis, vel odiosa, attenditur illud, quod principaliter agitur, *l. si quis nec caussam. ff. si certum pet. Calder. consil.*
7 14. *de verbo signif.* dispositio enim ista † (vt in proœmio dicitur) fuit facta ad obuiandũ fraudibus, & falsitatibus, ergo fauorabilis, & extendibilis. *Felyn. in cap. de quarta, colum.* 5. *in fin. de præsumt.* insuper dispositio, de qua
8 agitur fuit inducta ad publicam † hominũ vtilitatem, ideo dicitur fauorabilis. *Deci. in cap. ecclesiæ sanctæ Mariæ, colum.* 3. *in fi. versic. & materia fauorabilis, de constitutionibus.* Accedit etiam, quod dispositio, de qua agitur, quia tollebat suspicionem fraudis, dicebatur conformis iuri naturali, secundum quod fraus † est prohibita. *Bal. in authen. ingressi.* 6
colum. 6. *versi. item quod dixi. C. de sacrosanct. eccles.* Et ideo dicitur fauorabilis, & quia emanauit † ad rescecandas falsitates, dicitur con- 10
tinere publicam vtilitatem, & ideo dicitur fauorabilis. *Alexand. consilio.* 171 *colum.* 2. *versic. fortificatur lib.* 7. Et ita die 1. Iunii 1551. fuit tentum in vna Romana obseruationis contractus coram Domino Chissanen *prout in eius lib. fol.* 321.

FEVDVM.

SVMMARIA.

1 *Proœmium inuestituræ ostendit rationem finalẽ concessionis.*
2 *Fœminæ ex quibus verbis inuestituræ excludantur a feudi concessione.*
3 *Iuramentum fidelitatis appositum in feudo, continet seruitium personale, quod non cadit in fœminis.*
4 *Concessio noua dicitur, quando prima alteratur, prout hic.*
5 *Linea masculina, & fœminina, quomodo dicatur, vt comprehendatur sub renouatione.*

DECISIO XVI. feu r.

FEudum concessum fuit per Gregorium XII. bo. me. Baptistæ de Sabellis Castrorum Terrani, Montisboni, & Troquetarũ Sabinen. diœcesis sub his verbis, videlicet: *cupientes, vt terræ, & Castra sanctæ Romanæ ecclesiæ per viros, qui statum, & honorem dictæ ecclesiæ diligant, pacem ament, concordiam nutriant, subditos non grauent, & sine personarum exceptione iustitiam ministrent, ac sapienter, & prudenter terras huiusmodi gubernent & regant, & attendentes deuotionem tuam erga nos, & Romanam ecclesiam, necnon circumspectionem, industriam, strenuitatem personæ tuæ, & alias virtutes tuas, ac sperantes in Domino, quod ea, quæ sagacibus tuis studiis duxerimus committenda, promtis affectibus, & sagaci diligentia, tua deuotio prudenter & fideliter exsequetur, te ac heredes, & successores tuos vsque ad tertiam generationem inclusiue, prædictarum terrarum, & Castrorum, territoriorumque, districtuum, & pertinentiarum ac iurium eorundem, etiamsi consistant in Castris, & fortalitiis, & villis quibuscunque, tenore præsentium Vicarios, Rectores, & Gubernatores in temporalibus generaliter facimus, constituimus, ac etiam deputamus, & quod teneamini fidelitatis iuramentum præstare Romano Põtifici.* Post mortem Baptistæ succedit Pandulphus filius illius, & post mortem Pandulphi, Io & Lucas ipsius filii successerunt: mortuo Ioanne Baptista iunior eius filius remansit, & ex Baptista, Antimus, & Helena filii, qui Antim° vltimo obiit remanente Helena sorore. Lucas post obitum Ioannis fratris sui expo-

fuit feli. reco. Iulio Papæ II. anno octauo sui Pontific. tenorem concessionis castrorum prædictorum, Gregorii XII. factæ vt præfertur Baptistę seniori, & quod ipse, & filius Io. an. sui fratris eadem Castra tenebant illorũ fructibus inter ipsos certo modo diuisis, & quod erant ad tertiam generationem: ideo petierunt prorogationem dictæ concessionis, ac nouam concessionem, quam idem Iulius concessit sub his verbis, scilicet constitutionem, & deputationem in Vicarium in temporalibus terrarum, seu castrorum, dicto Baptistæ, vt præfertur factas cũ omnibus, & singulis præmissis, ac aliis in literis Gregorii prædecessoris huiusmodi contẽtis clausulis, ad heredes, & successores tuos, & nepotum prædictorum per lineam masculinam descendentium apostolica auctoritate perpetuo extendimus, prorogamus, & ampliamus, teque, & nepotes tuos, & nepotum prædictorum per lineam masculinam heredes, & successores, vt præfertur, descendentes, Vicarios perpetuos, in temporalibus dictorum castrorum, & eorum territorium cum mero & mixto imperio, & gladii potestate, eadem auctoritate de nouo constituimus, & deputamus. Obiit Lucas secundo inuestitus a Iulio secundo, cum filio Io. sui fratris præmortui, cui Ioanni successit Paulus eius filius, qui pariter obiit, relictis Luca & Honorio filiis viuentibus, qui post mortem Antimi agunt contra Helenam tanquam masculi, & agnati, & prætendunt ipsis deberi portionem Antimi, & ius quod habebat in castro Roquetarum, prætendentes, quod fœminæ non comprehendantur in inuestituris prædictis, ideo fuit orta dubitatio, an fœminæ comprehendantur in inuestituris iam dictis? Super quo dubio, ego eram in voto quo ad primam inuestiturã, quod Helena non veniebat, quia in prœmio
1 innestituræ ex quo † colligitur ratio finalis, *l fin. de hered. institue.* In illo enim dicitur, & per viros, qui statum & honorem &c.
2 In quibus verbis † fœminæ non comprehẽduntur, *vt in l. 1. & ibi omnes, ff. de legib. gloss. pragm. sanctio. de elect. ca. sicut §. deinde. in glos. in verb. virum.* Præterea in eadem adest iura-
3 mentum † fidelitatis, quod continet seruitium personale, quod per fœminas adimpleri non potest. *Dec. consil. 139. colum. 2. versi. non obstant allegata in contrarium. Alex. consi. 9. col. 2. vers. praterea do. Ianninus volum. 5.* Quo ad
4 secundam inuestituram, cum sit noua concessio, quia conceditur perpetuo, & alteratur prima concessio. *Decius in ca. de caussis, de offic. deleg* Et Helena filia Baptistæ Iunioris primi inuestiti in 2. inuestitura, non faciat gradum descendentiæ, cum inuestitura sit concessa, pro se, & filiis, & descendentibus per lineam masculinam, & Helena non descendit ex secunda linea masculina, sed sit principiũ † lineæ fœmininæ primi inuesti 5
ti. Quare non potest comprehendi sub dicta renouatione. Pau. de Castren. *in l. maritus, nu. 5. C. de procuratoribus. Alex. in l. Gallus. §. nunc, & ibi clarius Sozi. colum. 2. vers. 2. deiicitur, ff. de liber. & posthum & in consil. 53 in princ. vers. sed præmissis, non obstante, volum. 6. Curtius Sen. consil. 40. in 5. col. 7. Parisius consil. 22. nu. 44. vers. nõ obstat aliud. vbi de cõmuni testatur, & approbat Castr. vbi supra vol. 3. Rui cõs. 126. vol. 1.* Et Domini inclinabant in voto meo, tamẽ caussa non fuit resoluta, quia dom. Decanus ponens dixit, quod vt melius caussa intelligitur, volebat restringere dubium. Hæc fuerunt dicta in caussa Saninen. castrorũ Rocquetarum, coram Accorambono, die 24. Apr. 1553. *vt in eius lib. fol. 98.*

SVMMARIA.

1 *Concessio noua in feudum qualis dicatur, & numer. 5.*
2 *Clausula etiam de nouo etiam concedimus, vis.*
3 *Generationes quomodo computentur in feudis.*
4 *Opinio magis communis est illa, vbi sunt doctores maiores numero, & auctoritate.*
6 *Linea de fæminina vel masculina quãdo quis dicatur.*

Decisio XVII. seu 2.

SVccessiue die 26. Maii 1553. dubitatum fuit, an inuestitura Iulii secundi sit prorogatio primæ Gregorii, vel noua concessio, ita vt dom. Helena possit succedere tãquam descendẽs per lineam masculinam? Et resolutum fuit, quod esset noua conces-
sio † ita vt feudum non comprehendat do. 1
Helenam fœminam, etiam quod in inuestitura Iulii adessent verba, *prorogamus, extẽdimus,* & similia, tum quia aderat clausula, etiam de nouo † concedimus, & Papa vo- 2
luit de nouo concedere, tum quia erat mutata substantia primæ inuestituræ, quia respectu Baptistæ Iunioris erat finita tertia generatio † in eius persona, cum Baptista 3
senior faceret primam generationem. *Bal. in authen. si quas ruinas. C. de sacr. sanct. eccl. Curt. iunior in tract. feud. in tertia parte, vers. 2. circa istã partem. Alex. cons. 125 volum. 5.* Et ista est magis communis opinio, quia in ea † sunt do- 4
ctores maiores numero, & auctoritate, tum etiam, quia fuit mutata forma, † & qualitas 5
primæ concessionis, ita vt non possit dici prorogatio, sed noua concessio. *Abb. in cap pater, & gener. numer. 12. & Felyn. in cap. de caussis, numer. 2. versic. 2. limita. de offic. deleg.* Et in supplicatione dictum fuit, & de noua

concessione, per quæ verba apparet, quod cōcedens, voluit de nouo concedere. *Bartol. in l. 4. versicu. aduerte de damn. infect. Boer. decisione 184. nume. 22.* Hoc stante, Helena, † non dicitur esse de descēdentibus ex linea masculina, sed quod est caput lineæ fœmininæ. *doctr. Castren. in l. maritus C. de procurator.* quæ est communiter approbata. Et ita tentum in caussa Sabinen. castrorum, Rocquetarum, coram Domino Decano, die 26. Maii. 53. *vt in eius lib fol 101.*

6

SVMMARIA.

1 *Inuestitura facta vsque ad tertiam generationē, non extenditur vltra nepotem, & primus inuestitus in prima generatione comprehenditur.*

2 *Dictio vsq; potest stare inclusiue, & exclusiue.*

3 *Inuestitura sub his verbis videlicet, te, & successores tuos, vsq; ad tertiam generationem, an includant personam inuestiti.*

4 *Castrensis in l maritus. C. de procurator. communiter secutus.*

Decisio XVIII. seu 3.

PRæterea die 5. Iunii 1553. fuit dubitatum, an generatio Baptistæ senioris fuerit finita in persona Ioannis, & si sic an Illustr. D. Helena possit dici descendens per lineam masculinam. Domini tenuerunt, quod in-
1 uestitura facta vni, vsque ad tertiam † generationem, quod non extendatur vltra nepotem, & quod includatur primus inuestitus in prima generatione. *Specul. in titu de locato. §. nunc aliqua versic. is. Bartol. consilio. incipiente. concessa alicui emphyteosi. Bald. in l. 2. columna prima, in fin. & sequen. versicul. quaro quando per præsumtionem, & Salic. ibidem columna secunda, versic. sed quarto potest dubitari, vbi Iaso numer. 203. C. de iur. emphyteotico Ang. Aret. in §. ideo colum. fin. in fin. in gloss. inferre institut. de locato. Paul. de Castro consilio. 337. colum. 1. vol. 2.* qui tenent hanc partem, etiam si esset dictum in ipsius tertiam generationem. Et idem Castr. *in authen si quas ruinas, col. fin. vers. remanet dubium. C. de sacrosanct. eccl. Imol. in l. quod dicitur col. 9. vers. aduerte tamen circa quartam, de verbo oblig. Alex. consi. 110. vol. 3. Corn. cōsi. 51. colum. 4 numero quarto, versi. & est verus, volum 3. Soci. consil. 25. colum. 2. & sequen. versi. quare ad summam, alio. vol. 1. Goz. consi. 2. col. penulti. versicul. 6 ex alio. Curt. in tractat. de feud. 3. parte, numer. 51. versicul. 2. circa istam materiam.* Nec obstat, quod dicatur in inuestitura inclusiue fuit, quia ideo factum fuit, quia dictio,
2 vsque, † poterat stare inclusiue, & exclusiue. *Marian. Socinus consilio 5. colum. penult. versicul 2 principaliter, volum. 1.* Et voluit tollere illam dubietatem, quod intelligatur inclusiue, verum quia ego dicebam, quod illa
3 verba † posita in inuestitura, te & successores tuos vsque in tertiam generationem inclusiue, videbantur respicere heredes, & successores Baptistæ senioris, cui erat facta concessio, & non includere personam eius, cum dicat Bald *in d. authen. si quas ruinas C. de sacrosanct. eccles.* Quod si concessio fit ad tertiam generationem alicuius, venit pronepos, *quem sequitur Imol. in l. quod dicitur colum. 9. ff. de verbo oblig.* Cum ergo in inuestitura dicatur, te ac heredes, & successores tuos, vsque ad tertiam generationem inclusiue, videbatur idem dicendum, vt non comprehēderet ipsum inuestitum, cū ipse non sit sui ipsius successor. Et hanc opinionem tenet Socin. distinguendo, *in consilio. 25. colum. 3. versic. ex quib. volum. 1.* Et hoc idem clarius tenuit Card. *in clemen. 1. §. ipsius versi. quaro de intellectu de pœnis*, sed Domini contrarium tenuerunt per supra allegata. Quo ad secundam partem fuit tentum, quod opinio Paul. de Castr. *in l. maritus. C. de procurat.* dicatur communis, idem consuluit Castren. *consilio 337. incipiente præsupponen.* Quod dicunt statutum, secundum antiquam impressionem; quam opinionem sequuntur communiter doctores, *vt per Alexand. in l. Gallus, §. nunc de lege; & ibi clarius Socin. colum. 2. versic. 2. deciditur. ff. de libe & posthum Alexa. in consilio. 53. colum. 2. versic sed præmissis non obstan. volum. 6 & consil 43. vol. 3 Curt. iun in consi. 172. col. 2. vers. confirmantur præmissa. Paris. consi. 22. col. 5. versic. non obst. aliud vol. 3. Rui consil 126. colum. 5. versic. non obstat. etiam volum. 1. & consi. 110. colum. penult. versi. & quam ista proneptis volumine secundo, ac consil. 2. volum. 5. versicul. etiam magis & clarius, atque colum. fin versic non obstat alia ratio, volum. 1. Crot. in l filius familias, § diui. numer. 136. in fi. vbi dicit istam communem, ff. de lega 1.* Ita conclusum in d caussa Sabinen. castrorum Rocquetarum, coram Accorambono, die 2. Iunii 1553. *vt in eius lib. fol. 363.*

4

FIDEICOMMISSVM.

SVMMARIA

1 *Fidecommissarius, nisi dicat se heredem illius cui succedit, præsumitur potius succedere vti fideicommissarius, quam vti heres.*

2 *Actus nunquam factus censetur vti heres, quādo potuit fecisse, vt alius.*

3 *Verba enuntiatiua instrumenti, an præsumantur emissa propter aliud, & non operentur, nisi quoad contrahentes & quid quando de enuntiatis contingit principaliter dubitari, numero quarto.*

4 *Intellectus ad Bartol. in l. gerit. num. 15. ff. de acquir. hered.*

Decisio XIX. seu 1.

FIdeicommissarius si potest succedere, vt heres, & fideicommissarius, intelligitur

gitur, quod vt fideicommissarius successerit potius, quam, vt heres nisi dicat se here-
1 dem illius † cui succedit. Et ita tentum fuit in caussa Romana Casalis 13. Aprilis *1551*. coram Domino Ant. Augustino, vbi Antonius testator reliquerat heredes, Baptistam, Stephanum, & alios filios, & inter eos fecit fideicōmissum, mortuo Stephano, Baptista. Et alii fratres diuiserunt hereditatem, & dicebatur, quod Baptista successit Stephano pro tertia parte pretii cuiusdam granarii subiecti fideicommisso, ideo dicebatur, quod vt heres Stephani successerat, non vt fideicommissarius, quia si vt fideicōmissarius voluisset succedere, dictū fuit quod succedebat patri, qui fecerat fideicōmissum, non Stephano fratri, *l. coheredi. §. cum filii ff. de vulg & pupil. & l. ex facto, in prin. & in §. non tātum. ff. ad Trebellian.* Sed contrarium fuit de-
2 cisum, ea ratione: quia quādo actus† potest fieri ab aliquo vt i alio, nunquam censetur factus, *vt heres l. Iulianus, §. si ff. de acquir. hered. Bart. in l. gerit. num. 21 eo. tit.* Nec obstāt verba enuntiatiua apposita in instrumento diui-
3 sionis, videlicet † cui Stephano successit Baptista, quia fuerunt emissa propter aliū, & non operantur, nisi quo ad contrahētes, non ad fauorem tertii. *Bart. in l. ex hac scriptura, colum. fin. de donatio. Socin. in consilio 213. col. 4. lib. 2. & consil. 65. colum. 4. lib. 4. Deci. consil. 42.*
4 *in 4. dub.* Et maxime quando de enunciato † contingit principaliter disputari, *l. optimam C. de contrahen. & committen. stipul. Antonius de But in c. illud. in quarto not. de præsumtio. Bald. in l. ad probationem, colum. 2. C. locati. Aymo, qui alios refert, in tracta. de antiq. temp par. 1. num. 57.*
5 *& 57* Et ita loquitur Barto. *in l gerit.* † *num. 15. ff. de acquir. hered.* dum dixit, quod verba enuntiatiua emissa propter aliud, non operātur aditionem hereditatis. Et in omnem euentum illud procedit, quando simpliciter refert se heredem, & nō potest ad aliud inferri ex verbis, secus est, quando possunt verba aliud importare, *vt dicit ibidem Bartol. num. 17. & est text. in l. si quis intentione ambigua. cum ibi notatis, ff. de iudiciis.* Accedat etiam, quod Baptista in instrumento diuisionis, nō vocauit simpliciter se successorem Stephani, sed limitate in tertia parte pretii granarii fideicommisso subiecti, & ideo dixit se succedere Stephano, quia eius morte aperiebatur via ad fideicommissum, non quia voluisset succedere, vt heres. Et ita fuit tentum coram Augustino in vna Romana Casalis, *fol. 40. eius lib.*

SVMMARIVM.

1 Fideicommisso renuntiatum non censetur per cessionem generalem, in qua nulla mentio de fideicommisso facta fuit.

DECISIO XX. seu 2.

Fideicommisso per cessionem generalē, in qua nulla mentio facta fuit de fideicommisso, renuntiatum non † censetur. Et 1
maxime, quia dicta cessio facta fuit ad alium effectum. *Bartol in l qui Romæ § duo fratres in 5. & 6. quæst. vbi omnes. ff de verb. oblig.* Et ita fuit tentum die *15.* Maii *1551.* coram Domino Decano Accorambono, in vna Romana domus Montis Citorii, *prout in eius lib. fol. 37.*

SVMMARIA.

1 Fideicommissum cōditionale non transmittitur ad heredes, nisi ex coniectura ta mente testatoris expressa, vel tacita.

2 Coniectura nominationis & prædilectionis, quomodo intellecta.

3 Coniectura, quæ fortiores dicantur.

DECISIO XXI. seu 3.

Fideicōmissum conditionale non † trans- 1
mittitur ad heredes, nisi ex coniectura ta mente testatoris expressa, vel tacita. *Baldus in l. si pater colum. fi in 4. quæst. C. de institu. & substit. & in l. vnica. C. de his qui ante apertas tabulas. Parisi. consil. 77. colum. 3. lib. 2.* Coniecturæ 2
autem, quæ ponūtur per doctores maxime, *per Socin. in l. heredes mei § cum ita. colum. 5. num. 10. cum sequ. versi. aduerte, ff. ad Trebell.* scilicet nominationis, & prædilectionis, non habēt locum in casu nostro, in quo succedunt illi de agnatione, sed doctores loquūtur: quādo extranei erant substituti, & coniecturæ pro parte heredum episcopi Zantonen. Et sic illorum de agnatione sunt † fortiores il- 3
lis heredum dictæ Claudiæ de Sabellis, qui sunt extranei, maxime ponderando verba secundi testamenti, in quo dicit, quod si alios instituerat, illud fecit, quia tempora tūc id postulabant, cum essent declarati rebelles, & ideo ordinem materiæ sequens attestatus est testator se dicto secūdo testamēto Cardinalem, & episcopum Zantonen. instituisse, quos alias in primo testamento non instituerat, quia abundabat redditibus ecclesiasticis, & per institutionem factam de isto episcopo, bona conseruabantur in familia, & si aliter fecisset testator, non fuisset secutus ordinem naturæ, vt attestatur in hoc vltimo testamento se sequi velle, *l. fin. C. de hered. institu. l. Titius, §. Lucius, ff. eod. tit. Alexan. consilio 51. lib. 1.* Et ita tentum die *19.* Octobris. *1531.* coram Fabio Accorambono, in vna Romana domus, siue fideicommissi, *vt in eius lib. fol. 86.*

SVMMARIA

1 Fideicommissum particulare, quod dicatur, & an sit illud, quando non est institutus alius heres, num. 2.

2 Fideicommissum non censetur vniuersale, quādo

testator fecit testamentum per particularia, & an tunc detrahatur Trebellianica, nu. 4.

3 *Filius institutus in re certa, si est grauatus illam restituere, non detrahit Trebellianicam.*

DECISIO XXII. seu 4.

1 Fideicommissum particulare dicitur † illud, quod fit alicui legãdo corpora hereditaria, puta bona quæ habeo in tali castro sub nomine corporum, *l. si quis seruus, §. si cui certam, cum l. sequ. de leg. 2. & ibi Paul. de Castro, & Doctores declarant, facit text. in l. quotiẽs, § fin. ff de vsufruct.* Nec obstat, quod quando
2 alius † non est institutus heres, tunc censeatur fideicommissum vniuersale, *l. quoties, vbi omnes. C. d. fami. hercis. Paris. consilio. 34. colum. 3. libro secundo.* quia videtur secundum glo. cõmuniter approbatum, *in d. l. quotiens, in ver-*
3 *bo diuidit in fi.* vbi quando testator † fecit testamentum per particularia, tunc fideicõmissum non censetur vniuersale, de quo legato particulari facto in testamento minus solemni, vbi heredis institutio facta
4 nõ est, Trebellianica † detrahi non potest, *tex. est in l. mulier §. fi. ff ad Trebellian. & in l. ex lex falcidia. § final. ff ad l. falcidiã.* Et ita per illũ text. dicit Bald. *in l. filium, columna nona, versi. ubi sed dic. & ibi Iason. colum. 6. versicu. 2 principaliter. C. famil. hercis. Cuma. consilio. 67. versic.*
5 *alia item ratione.* Quia filius institutus † in re certa, si est grauatus illam restituere, non detrahit Trebellianicam. Et ita fuit tẽtum 15. Maii 1552. coram Domino Baren. in vna Romana seu Oblixien. bonorum, *folio eius lib. 341.*

SVMMARIA

1 *Fideicommissum non inducens casum in omnem euentum, quod dicatur.*
2 *Alienationis prohibitio facta ad tempus, post illud videtur permissa.*
3 *Clausula in fine posita, quando referatur ad præcedentem.*
4 *Dictio (tunc) quando denotet extremitatem temporis.*
5 *Voluntas sola in fideicommissis est spectanda.*
6 *Voluntas potius, quã verba, attenditur.*
7 *Verba testamenti sunt attendenda.*

DECISIO XXIII. seu 5.

Fideicommissum relictũ a testatore sub his verbis videlicet, relinquo nepoti meo omnes census aquæductus, & territoria quæ habeo in Patria Leodien. sub conditione, quod si contingeret ipsum nepotem meum ab hac vita decedere, nullis relictis heredibus, vel relictis, & vno vel pluribus viuentibus, & ad ætatem 15. annorum completorum non peruenientib. tunc ipsi census aquæductus, & territoria nullo vnquam tempore alienari, seu pignorari possint, sed semper ad propinquiores deuoluantur. Non dicitur per illud inductus casus in † omnem euentum, sed tantum casu quo proximiores succederent, scil. quando nepos decederet, vel sine filiis, vel cum filiis, 1
qui tamen decessissent antequam cõpleuerint 15. ann. Et ratio est, quia prohibitio † 2
alienationis facta ad tempus, post illud videtur permissa. *Bart. in l. patrem filium, §. fundum de leg. 3.* & quia clausula in fi. posita † non 3
refertur ad præcedentem, quando præcedens clausula habet propriam determinationem ad præcedentia. *Alexand. consilio. 11. numer. 4. volum. 4. Felyn. in cap. caussam quæ. numer. 22. versic. limita. 3 de rescript. Paris. consil. 36. numer. 16. volum. 1. Socin. iun. consilio. 98. num. 31. vol. 1. Ruin consi. 1. nu. 1. vol. 5.* Præterea illa dictio † (tunc) apposita in illa dispositione, 4
denotat extremitatẽ tẽporis, *l. 4. §. fin. de cõd. & demonst.* dum ibi dicitur, tunc proximiores succedant, quando nepos decesserit nullis relictis filiis vel relictis, & descendentibus, antequam compleuerint 15. annum, & tunc proximiores prohibiti sint alienare, non obstãte, quod in fideicommissis voluntas sola sit † spectanda. *l. pen. de legat. 1.* imo 5
potius † voluntas, quam verba attenditur. 6
l. virum. C. de fideicommiss. Et quod prohibitio videatur inducta ad hoc, vt bona semper remanerent in familia. Quæ ratio deberet procedere in omni casu, etiam si filii exstarent, & mortui essent post 15. annum, quia videtur, quod inducta fuerit prohibitio in omnem euentum, scili. decedente nepote sine filiis, vel cum ipsis, sed tamen decedentibus ante completum 15. annum, & sic nullam aliam mentem testator habuit, quam illam, quæ colligitur ex verbis testamenti, a quibus non est recedendum, *l. non aliter. de legat. 3.* Et ita fuit decisum in vna caussa Leodien. Aquæductus, coram D. Capisucco 28. Martii 1552. *vt in eius lib. fol. 69.*

FIDES MALA.

SVMMARIA

1 *Mala fides quo pacto arguatur præcipue ex scientia, num 2. & 4.*
3 *Successorum mala fides quomodo eliciatur.*
5 *Præscriptio impeditur sola scientia rei alienæ.*
6 *Mandati enuntiatio inducit bonã fidem.*

DECISIO XXIV. seu 1.

In mala fide est religio † Hierosolymitana, quæ mutuo accepit summam 15. mil. & quingentorum ducatorum de anno 1550. a quodam Ioanne de Tagamanen. auctore Matthæi eiusdem heredis, & successoris, quia de mutuo veram notitiam, & scientiã 1
† habuit religio, ex quo literæ cambii per quas constabat religionem veram debitricem esse dictæ summæ, repertæ fuerunt annotatæ, & descriptæ in libris dictæ Religionis, 2

ligionis, & in eorum Archiuio nuncupato, (la cancellaria) conseruatæ, & sic de vera
5 scientia rei alienæ, adeo vt successores† etiam, qui non receperunt pecunias ipsas muruo, veniant dicendi in mala fide. *Felyn. in cap. si diligenti. colum. 2. num. 4. de præscript. Socin. in consi. 75. col. fin. vol. 1. Beltrand. consi. 139. colum. 2.* Et eo magis, quia aliqui ex eis, qui mutuo acceperunt pecunias pro religione, adhuc viuunt, & sic constat de scientia rei alienæ, ergo est probata mala fides. *Bal. & Ang. in l. si quis C. de præscriptio. 30, vel 40. annorum. Fely. in cap. illud. nu. 1. de præscrip. Balbus in repet. l. Celsus. in paruis. fol. 180. col. 8. ad fin. ff de vsucap. Socin. consi. 187. col. fi. vers. præterea. vol. 2. Balb. in tract. de præscriptio. in 2. part. 3. par. principalis. q. 15.* Imo sola† sci-
5 entia rei alienæ impedit præscriptionem *secundum Bald. in l. nec creditores, & ibi gl. in ver. longi. C. de pignora. tit. actio. Fely in c. illud. nu. 1. & in c. si diligenti. num. 5. de præscriptio.* Nec obstat illud, quod dicebatur, religionem fuisse in bona fide, ex quo recepto soluit personæ asserenti se habere mandatum a
6 Matthæo, qua tamen non habuit receptor quietationem, cum enuntiatio † mandati inducit bonam fidem. *Alexan. cons. 191. sub num. 4. vol. 6. Boer. decis. 28. col. penult.* Quia magis communis conclusio est in cõtrarium, secundum Barto. *in l cum vir. col. fin. ver. præterea sic non potest dici. ff. de vsucap. pro emt. Bal. in l. 1. col. 1. & ibi Salyc. circa fi. C. de reb. alien. vel non. Alexan. in l. qui in aliena. in prin. de acq. here. & cons. 1. col. fi. vers. 2. volum. 4. & consil. 35. vol. 7. Felyn. in c. si diligenti. colum 3. in princ. num. 5. de præscript. Socin. cons. 80. col. 2. versic. præterea venditio. Balb. in tract. præscriptio. in secunda parte. secunda part. principalis, in prima quæstione. num. 5. Ruin. consi. 58. colum. penult. volum. 1.* Et ita fuit tentum die 4. Maii 1551. coram Domino Vestano in vna Maioricensi siue Rodiensi pecuniaria, *vt in eius lib. fol. 315.*

FILIVS.

SVMMARIA.

1 *Legitimi sunt filii ad effectum succedendi, qui nati sunt ex viro & vxore, qui contraxerunt bona fide, & per decem annos, & vltra vixerunt in figura matrimonii.*

2 *Dispositio. l. generaliter. C. de secundis nupt. in quibus filiis procedat.*

3 *Pœnæ secundo nubentis, habent locum nedum si mulier secundo contraxit, verum etiam si viuat cum amasio, vel viuat luxuriose.*

4 *Pœnæ secundo nubentium scilicet intra annum luctus, hodie sunt sublata.*

DECISIO XXV. seu I.

Filii nati ex viro & vxore, qui contraxerunt in gradu prohibito; & tamen per 10. annos & vltra vixerunt in figura matrimonii, cum bona fide, legitimi † sunt ad ef- 1
fectum succedendi. *l. diuus. § primo. ff. de nuptiis. Abb. in cap. referri. not. vlti. qui fil. sint legit.* Et ita alias fuisse decisum dixerunt domini antiquiores. Et propterea in istis filiis procedit. † *l. generaliter. C. de secundi. nupt.* 2
Quia aut istæ nuptiæ sunt validæ, & nulla est difficultas, quin habeat locum. *d. l. generaliter.* aut sunt inualidæ, & incestuosæ, & in eis pariter habet locum dispositio eiusdẽ l. quia non debet esse deterioris conditionis contrahẽs iustas nuptias, quam ille qui iniustas nuptias contraxit. *auth. de restit. & ea quæ par. §. fin. vbi glos. in verbo volumus. & in l. his solis. C. de reuocandis donation. Abb. in ca. 1. num. 7. de cler. coniug. & traditur in l. 3. § primo ff. de donatio. inter vir. & vxor.* Et pœna secũ-
do † nubentis, nedum habet locum si mu- 3
lier contraxit secundo, verum etiam si viuat cum amasio. *Bald. in l. 1. in fin. ff. de his, qui notantur infamia. Io. de Garro. in rubr. C. de secundis nupt. in prima parte. num 62.* Et in muliere luxuriose viuente. *Barto. in d. l. his solis. C. de reuoc. donati. Hippolyt. in l. 1. col. 29. C. de raptu. virginum. Sylua nuptialis. fol. 64. num. 45.* Quæ pœnæ hodie sunt sublatæ per ius canonicum contra secundo scilicet nubentes infra annum luctus, per dictũ Apostoli, quando dixit, mulier, mortuo viro, nubat in domino. *cap. penult. & final. de secundis nupt. Io. de Garron. in authent. eisdem pœnis. num. 3. & seq. & num. 21. & in l. 1. num. 51. & seq. C. de secundis nuptiis. Prapos. Ale[...]. post Cardin. in d. c. fi. Io. Vicaren. in d. l. generaliter. nu. 15. C. de secũdis nupti. Guid. Pap. consi. 120. Aymo. consil. 36.* Et ita fuit tentum die 29. Maii 1551. coram dom. Chissanensi in vna Mediolanensi dispensationis, vide in verbo *lex decis. 3.*

SVMMARIA.

1 *Filiis primi matrimonii reseruantur bona paterna ac materna, & patri vel matri ipsorum ad secunda vota transeuntibus, alienatio illorum interdicitur.*

2 *Publicæ honestatis iustitia an matrimonio impedimento sit.*

3 *Ratificare an filius tacite possit transitum ad secunda vota patris vel matris, ita vt non detur locus. l. generaliter. C. de secund. nupt.*

4 *Adire videtur hereditatem, qui alienat rem hereditariam.*

5 *Donans reseruando sibi vsumfructum, non videtur velle tacite ratificare secũdũ matrimoniũ.*

DECISIO XXVI. seu II.

Filiis primi matrimonii bona acquisita 1
ex hereditate materna vel paterna reseruantur, † & patri vel matri transeunti ad secunda vota, alienatio illorũ prohibetur. *l. generaliter. C. de secundis nupt.* Quare cum alias quidam Petrus Paulus de Cataranis,

qui habuit duas vxores, & ex vtraque filios bona filiorum primi matrimonii in Io. Angelum alienasset, Angela filia Petri Pauli, ex prima vxore post mortem patris, donauit filiis secundi matrimonii bona omnia sibi deuoluta per transitum patris ad secūda vota, deinde egit contra Io. Angelum, cui fuerant illa bona translata. Ex aduerso fuit oppositum, quod Angela non poterat opponere contra secundum matrimoniū, quod scilicet fuerit nullum stante impedimento publicæ honestatis, & sic, quod non
2 habet † locum dispositio legis generaliter. *C. de secundis nuptiis.* Item quia donauit bona filiis secundi matrimonii, adeo vt per istam donationem videatur ratificasse secundū matrimonium: & etiam, quia contra secūdum matrimonium nunquam reclamauit. Itaque dubitauit episcopus Chissanēsis an
3 per dictam donationem ratificauerit † Angela secundum matrimoniū, ita quod non sit locus pœnę. *l. generaliter. C. de secūdis nupt.* Et domini tenuerunt, quod per illam donationem Angela non ratificauerit secundum matrimonium, cum in ipsa donatione appareat manifeste, quod voluerit donare bona sibi deuoluta, propter trāsitum ad secunda vota, ergo in necessarium antecedēs voluit pœnam agnoscere, argumento. *l. si quis. C. de iur. delibe.* Vbi omnes, dicentes, quod
4 qui † alienat rem hereditariam, videtur hereditatem adire. *Corneus consil. 79. num. 10. volum. 4.* Quia qui vult necessarium antecedens, *&c. l. ad rem mobilem. ff. de procur.* Præ-
5 terea si donauit † reseruando sibi vsumfructum, apparet, quod noluit tacite ratificare secundum matrimonium. Et ita fuit tentū die 10. Nouembris 1551. coram domino Chissanensi in vna Mediolanensi dispensationis, & confirmatum per omnes vnanimiter, coram eodem Chissanensi 2. Decēbris 1551. *vt in eius lib. fol. 48.*

SVMMARIA.

1 *Consentire quando quis non dicatur consignationi delegatæ.*
2 *Industria personæ, quando dicatur electa.*
3 *Pactum resolutiuum, quid operetur.*

DECISIO XXVII. seu III.

Fillia erat præsens, quando Gentilis de Boccapadulis consignauit Antonio patri cedulam mille ducatorum in instrumēto transactionis inclusorum, & dicto Antonio facultatem dedit exigendi dicta scuta mille. Quem Antonium postea cum Gentilis interfecerit intra paucos dies, non vi-
1 detur, quod † consenserit illi consignationi iuxta terminos. *l. 2. §. voluntatē. ff. solut. matri.* quia Gentilis fuit ille, qui post paucos dies interfecit Antonium fratrem, ita vt non potuerit illa mille exigere. Quare eidē Gentil. imputandum est, qui tam nefando cum eius facto operam præstitit, vt illa mille non fuerint recuperata, quia tanto magis isto in casu videtur, quod fuerit electa industria personæ Antonii, † quo casu alie- 2
ri exactio data non censebatur *l. inter artifices. ff. de solutio. l. vnica. §. nec autem. C. de cadu. toll. Dyn. in reg. qui per alium, de regul. iur. in 6.* Et quia in transactione aderat pactum resolutiuum, videlicet, quod si illa non exigerentur, quælibet pars remaneret in suis terminis, in quibus erant antea, in omnibus, & per omnia, & sic isto casu decisum fuit, quod non intraret dispositio. *l. 1. §. voluntatem. ff. sol. matrimon.* Et rescinderetur transactio coram domino Accoramboro in vna Romana hereditatis, & bonorum. die 2. Decembris. 1551. *prout in eius libro fol. 253.*

FRVCTVS.

SVMMARIA.

1 *Fructuum condemnatio fit a die intrusionis, quando sumus in beneficio reseruato, vel spolio violento, in petitorio autem fit a die motæ litis, & quare, num. 2.*
3 *Intrusus, qui nullum ius habebat, condemnatur ad fructus a die mota litis, ita & eius heres. num. 4.*
5 *Beneficii detentor tenetur fructus restituere a die malæ fidei.*
6 *Fides mala, quando incipit.*

DECISIO XXVII. seu I.

Fructuum condemnatio † fit a die intru- 1
sionis, quando sumus in beneficio reseruato, vel in spolio violento. Et a die motæ
litis fit † in petitorio, vel spolio simplici, 2
quia ante motam litem detentor erat in bona fide, sed per motionem litis, effectus fuit malæ fidei. *Rot. decis. 4. & 5. de restitut. spol. alias decis. 24. & 25. in non.* Contra intru-
sum vero, qui nullum † ius habebat, fit con- 3
demnatio a die motæ litis, & pari modo
contra eius † heredem. Ratio est, quia de- 4
tentor beneficii tenetur fructus restituere
a die malæ fidei, & mala fides † tunc incipit, 5
† quando est mota lis dicta, *decis. 4. de rest.* 6
spolii in no. Et ita fuit tentum coram domino Reomano die 29. Ianuarii 1551. in vna Ispalensi fructuum, *prout in eius lib. fol. 36.*

SVMMARIA.

1 *Fructuum perceptor, an dicatur locator.*
2 *Pretium succedit loco rei.*
3 *Pretium fructuum habere, & ipsos fructus paria sunt.*

DECISIO XXVIII. seu II.

Fructus percepisse dicitur ille, † qui locauit beneficiū alteri, & locatarius soluit locatori pretium: & ratio est, quia pretiū succe-

succedit loco rei. *l. quia ff. de vsufruct. legat. v-bi glo. Parisi. consi. 55. num. 65. lib. 3.* Imo idem
3 est † habere pretium fructuum, sicut si quis haberet fructus. Et ita fuit tentum die 9. Maii 1552. coram domino Reomano in vna Cæsaraugustana fructuum, *prout in eius lib. fol. 167.*

SVMMARIA.

1 *Fructuum condemnatio non comprehendit distributiones quotidianas.*

2 *Distributiones quotidianæ dantur qualibet hora interessentibus.*

3 *Distributiones quotidianæ non veniunt appellatione fructuum, intellige de illis, quæ singulis diebus distribuuntur, secus si in fine anni. numer. 4. & 5.*

Decisio XXIX. seu III.

1 FRuctuum perceptorum condemnatio facta per Auditorem, non † comprehen-
2 dit distributiones quotidianas, quæ † dantur interessentibus qualibet hora pro seruitio personali, & appellatione fructuum non veniunt distributiones quotidianæ, per extrauagantem, cum nonnullæ. *la prim. de præben. in communibus. Felyn. in cap. ad aures. num. 59. vers. 29. casus de rescript. Rebuff. in tit. de collat. in glo. in verbo distributiones, super concordāt. & glo pragm. in tit.* quo tempore quisque debeat esse in choro, in verbo distributiones, quo vero ad alias distributiones,
4 † quę fiebant in fine anni pro seruitio facto etiam vnius diei veniunt in sententiam, &
5 debentur, quia licet non sint † vere fructus, tamen magis sint fructus, quam distributiones quotidianæ, quia non quotidie distribuuntur. Et ita fuit tentum die 12. Feb. 1552. coram domino Augustino in vna Salamantina canonicatus, & præbendæ, *prout in eius lib. fol. 406.*

SVMMARIA.

1 *Fructus percepti & debiti vigore sententiæ, sunt bene & concludenter liquidandi.*

2 *Testes quid deponere debent, vt concludant perceptionem fructuum debitorum ex sententia supra allata.*

3 *Fructus percepti probantur per testes, qui interfuerunt perceptioni.*

4 *Fructuum probatio an sit difficilis.*

5 *Fructuum, qui percipi potuerunt, probatio est difficilis.*

Decisio XXX seu IV.

1 FRuctus percepti, & debiti vigore sententiæ cōdemnatoriæ ad ipsos fructus, sunt bene & concluderēter liquidandi. Et ad hoc
2 vt testes † bene concludant, deponere debent de vero, non de verosimili, & præsumpta perceptione. Et ideo dixit Bald, *in l. 1. in fin. C. de fructib. & litis expen.* Quod fructus percepti probantur per testes, qui interfuerunt perceptioni, & debent deponere de quantitate fructuum deductis expensis: alioquin agens ad fructus succumbit. *Grat. consil. 86. col. 2 versi. vltimo. lib. 2.* Sed cum in hoc casu testes non deponerent de perceptione actuali, sed in potentia, fuit dictū quod nihil probant. Nec obstat quod dicebant aliqui ex dominis, quod cum probatio huiusmodi esset difficilis, poterat cōcludi per coniecturas, *secundum Bart. Bald. & alios, in l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de eden.* Quia respondebatur per alios dominos, quod probatio fructuum perceptorū, 4
non erat difficilis, cum probari possent per illos, qui interuenerunt illorum perceptioni, *vt voluit Bald. in d. l. 1. C. de fruct. & lit. expen.* Sed bene est difficile probare fructus, q. percipi potuerunt, & in istis † versatur arbitrium iudicis. *l. si traditio. C. de act. emt.* Et 5
ita fuit tentum die 19. Octobris 1551. coram domino Achille, in vna Tiburtina fructuum, *vt in eius lib. fol. 132.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus possunt liquidari per testes, quorum vnus probet de vera scientia: & alii de publica voce, & fama cum iuramento in supplementū, & quare.*

Decisio XXXI. seu V.

FRuctus possunt liquidari per testes, quorum vnus probet de vera scientia, & alii de publica voce & fama, cum iuramento in supplementum, quia satis liquidatio pbata est vsque ad illam summam per eos expressam. Et ita tentum fuit die 30. Octobris 1551. coram domino Augustino, in vna Palentina canonicatus & præbendæ, *vt in eius lib. fol. 75.* 1

FVMVS.

SVMMARIA.

1 *Fumus pro concessione remissoriæ, an colligatur ex confessione facta in actis postea reuocata.*

2 *Remissoria in concessione sufficit talis qualis probatio.*

3 *Remissoria an sit releuans prius videndum, antequam concedatur.*

4 *Commodo litigantium, non dispendio est consulendum.*

Decisio XXXII. seu I.

FVmus pro concessione remissorię colligitur † etiam ex cōfessione facta in actis licet postea fuerit reuocata, quia in istis 1
Rota † contentatur de tali quali probatione, † sed an sit releuans remissoria videndum est, antequam decernatur, quia si non 2 3
esset releuans, non foret concedenda, quia esset frustratoria, cum exspectatio, † & finis non commodum, sed dispendiū potius vtriq; parti fuisset allatura, *argum. eorum, quæ* 4

dicuntur per Cassad. decis. 2. num. 1. de dilat. Ita fuit tentum in caussa Visen. Prioratus seu parochialis de Budiosa, coram domino episcopo Vestano 30. Maii 1552. *vt in eius lib. fol. 91.*

GLOSSA.

SVMMARIA.

1 *Narratiua partis si Papa se fundat quæ est de facto alieno, an stetur.*

2 *Gloss. in verbo, fecisse narramus. in cle. 1. de probat. reprobatur.*

DECISIO XXXIII. seu I.

1 GLossa in verbo. *fecisse narramus, in cle. 1. de probat.* in eo, in quo dicit, quod quando Papa † fundat se super narratis, quæ sint de facto alieno, quod probat quousque non
2 probetur contrarium, non † seruatur per curiam Romanam, *vt inquit Bonifa. de vita. in eadem. clem. 1. de probati. col. 3. versi. conclude ergo, quod glos. Ant. de But. in cap. post cessionem col. 5. versi. 8. cas. de probat. Cald. consi. 2. ibi, nec obstat clem. 1. Oldrad. consi. 258. colum. 1. versi. item non obstat. Dominic. in cap. si Papa. §. fi. in fine. vers. non obstat. clemen. de priuileg. in sexto. Ant. in consil. 163. colum. 3.* prout domini tenuerunt in Vlixbonen. Prioratu, coram Guidobono 31. Maii 1552. *vt in eius libro fol. 125.*

GRATIA.

SVMMARIA.

1 *Gratia (si neutri) non verificatur, quando fundatur in præbenda, in qua non est lis.*

2 *Gratia si neutri, verificatur, & purificatur ex lite super exsistente, & eius euentu.*

3 *Clausula gratiæ si neutri, super lite mota, vel mouenda intelligitur super eodem canonicatu.*

4 *Signaturæ stylus non consueuit concedere gratias si neutri, propter lites mouendas.*

5 *Subreptio quo pacto eliciatur.*

6 *Verisimile non est Papam voluisse concedere gratiam si neutri, super falsa lite.*

7 *Subreptio nō tantum fit in gratiosis, sed obreptio exprimendo falsum.*

8 *Obreptio exprimendo falsum magis vitiat actum.*

9 *Obreptio continet dolum, & crimen.*

DECISIO XXXIV. seu I.

1 GRatia si neutri, † Antonii Diaz est subreptitia, quia fundatur in præbenda secundum Bernardini, super qua nulla est lis, ideo non verificatur, cum ex lite superexsistente, † & eius euentu verificetur, & pu-
2 rificetur. *Rot. deci. 270. & 320. in nou. Dominic. consi. 79. & Sarnen. in 16. q. reg. de public. in fin.* Nec obstat clausula posita in dicta gratia, si neutri, videlicet si per euentum litis
3 motæ vel mouendæ, † quia debet intelligi super lite mouenda super eodem canonicatu Petri de Medina, super quo erat mota lis, non autē super canonicatu Bernardini, qui retinebatur per Gregorium de Cepseda. Et cum gratia, si neutri, esset subreptitia respectu litis motæ, quia non erat lis super canonicatu Bernardini tempore impetrationis gratiæ, alia clausula de lite mouenda non suffragatur. Ideo enim Papa concessit clausulam de lite mouenda, quia in gratia iam erat dictum, quod lis pendebat: quam gratiam minime concessisset, nisi tunc daretur litis pendentia super isto canonicatu, 4
quia simpliciter propter † lites mouendas non consueuit stylus signaturæ concedere gratias, si neutri. Nec minus obstat, quod in dicta gratia, si neutri, dicatur de collatione aduersarii facienda prædictorum canonicatus & præbendæ q. Bernandini, quia in hoc stat † subreptio, quia fundatur in e- 5
uentum litis prætentæ, quam Papa intellexit, & fuit inductiua concessionis, qua lite non exsistente in gratiosis vitiantur omnes partes etiam separatæ. *Abb. in cap. super literis. primo not. de rescript.* Vbi maxime dicit procedere in annexis, vel dependentibus ab altero, prout in proposito gratię, si neutri. Nā habet necessariū antecedens scilicet dictam litem, sine qua Papa (*vt dixi*) nō consueuit ita rescribere, & ideo in his dici 6
tur, si neutri, si nulli collitigantium. Nec est verisimile Papam super † falsa lite voluisse 7
concedere gratiam, si neutri: quia in gratiosis, non fit solum † subreptio, sed obreptio 8
propter falsi expressionem, quæ magis † vitiat actum, cum contineat dolū & crimen. 9
Oldrad. consil. 209. Aymo. consil. 68. numer. 5. Et stātibus † resolutionibus alias factis in d. caussa, videlicet die 4. Nouembris, quod nulla lis erat super canonicatu Bernardini, & die 27. eiusdem, quod gratia si neutri, nō intraret, nisi sit lis super eodē canonicatu: & 9. Nouembris anni 1551. quod com. Antonii, non comprehēdit canonicatum Bernardini. Propterea ita fuit tentum die 27. Maii 1552. corā Reomano, *vt in eius lib. fol. 80.*

SVMMARIA.

1 *Gratia reserua conditionalis exspirat morte concedentis, nec perfecta dicitur pendente conditione. num. 2.*

3 *Conditio per quæ verba inducatur.*

4 *Conditio ante sui ipsius conditionis euentum vel ponit in esse.*

5 *Intellectus. c. si super. de offic. delegat. lib. 6.*

6 *Gratia Papæ per mortem non dicitur reuocata, vel cessat.*

7 *Papæ voluntas, quando dicatur durare.*

8 *Clausula posita in gratia, quod habeat effectum quibuscunq; reuocationibus, nō obstantibus, ius.*

9 *Dictio, semper æquipollet dictioni perpetuo.*

DECISIO XXXIV. seu II.

1 GRatia reseruæ conditionalis exspirat † morte concedentis & perfecta † nō di-
2 citur pendente cōditione, videlicet dummodo infra mensem duxeris acceptandū,
3 quæ verba inducunt † conditionem. *Anchar. in cle. vnica num. 6. de conces. prabend. &*
4 *conditio.* † ante euentum conditionis nihil ponit inesse, & ideo si mors Papæ ante implementum conditionis superuenerit, nō habebit locum dispositio. *c. si super. de off. de leg in 6.* Attamen ego dicebam, quod quādo Papa facit gratiam, & deinde moritur,
6 gratia per † mortem non dicitur reuocata,
7 sed tantum cessat, quia voluntas Papæ, non durat. *arg. notat. per Bar. in l. & quia. col. fin. ff. de iur. om. iud. Dec. cons. 108. col. 1. & in c. relatum. col. 3. vers. & notandum. de offic. deleg.* Sed in casu nostro voluntas Papæ concedentis durat etiam post mortem, per verba sua
8 posita in gratia, dum voluit, † quod gratia habeat effectum, & stet quibuscunque reuocationibus nō obstantibus, & decernit, quod censeatur semper durare quousque plenarium effectum sortita fuerit. Ecce, q̄ voluit voluntatem durare semper, quæ di-
9 ctio † æquipollet † dictioni (perpetuo) *vt est gl. in proœmio instit. & in l. 1. ff. solut. matri. Docto. in cap. si gratiose. super verbo perpetuo. de rescr. in 6.* Et quia votum meum fuit secutum p̄ R. P. D. Montisfalisc. domini nihil resoluerunt, sed dixerunt, quod iterum ponat dubium, & consideretur motiuum meum. Et ita die 12. Decembris 1552. dictum fuit coram dom. Reomano, in vna Ispalensi dimidiæ portionis *prout in eius lib. fol. 53.* die 19. Decemb. fuit iterum posita, & nihil resolutum, quæ tandem fuit remissa ad dominū ponentem, & dictum quod informent partes melius cum Aduocatis, *prout in eius lib. fol. 307.*

SVMMARIVM.

1 *Gratia nouæ prouisionis supplet defectum publicationis, & quomodo procedat, num. 2. & 3. quid autem si constaret de alia prouisione quam vigore gratiæ exspectatiuæ. n. 4. & quid si noua prouisio est nulla, seu inefficax. num. 5.*

DECISIO XXXV. seu III.

1 GRatia nouæ prouisionis expedita † vigore gratiæ exspectatiuæ, supplet defectum publicationis. *secundum Cassado. sup reg.*
2 *decisi. 22. & 31.* licet non sit facta † mentio, quod fuerat prouisus auctoritate Apostolica. Et ratio est, quia videtur eadem ratio, vel quod dicatur, quod fuit prouisus vigore gratiæ exspectatiuæ, vel auctoritate Apostolica, cum satis sit, quod prouisio publicetur coram Papa, *secundum Sarnen. in reg. de anna, q. 45. num. 8 & in reg. de publi. q. 11. nu. 2.* Et hoc, quando non constaret, nisi de vna prouisione obtinentis, sed si constaret 3
de alia † prouisione, quam vigore gratiæ exspectatiuæ, tunc domini essent in contrario voto, quod scilicet noua prouisio 4
suppleret defectum publicationis, vel insinuationis, quod etiam procedit, si noua † 5
prouisio sit nulla, & inefficax, *vt sæpius tenuit Rota prout refert Sarnen. in reg. de publica. resignationibus. q. 11. num. 2. cum seq. & in d. reg. de annali. q. 45. num. 8.* Et ita fuit inclinatum die 16. Decembris 1552. coram Reomano in vna Segobiensi parochialis de Mungella fol. 49.

SVMMARIA.

1 *Gratia, si neutri, non dat titulum coloratum, & quare. num. 2.*
2 *Tempus collationis an datæ attendatur in noua prouisione.*
4 *Possessio quando non prosit vti confecta propter reseruationem.*

DECISIO XXXVI. seu IV.

GRatia, si neutri, non † dat titulum colo- 1
ratum ad restitutionem in spolio, quia est conditionalis, & nihil ponit in esse, & in 2
ea attēditur tempus, quo beneficium conferri potest, non autem tempus datę *Sarne.* 3
in reg. de publi. resigna. q. 16. in fin. & in reg. de impetran. benef. vacan. per obitum famil Cardin. q. 8. in fin. Gemin. consi. 79. Si ergo attenditur tempus, quo beneficium conferri potest, clarum est, quod possessio † iam infecta propter reseruationem considerari nō debet. 4
Et ita fuit tentum, die 20. Iunii 1552. coram dom. Augustino, in vna Alexandrina præpositura fol. 88.

SVMMARIA.

1 *Gratia Apostolica, an nulla dicatur si nō est facta mentio breuis ad rem quæsiti.*
2 *Motus proprius non tollit ius tertii prout tollit subreptionem.*
3 *Intellec. c. fi. de elec. in 6.*
4 *Institutio est loco confirmationis.*
5 *Præsentatio est loco electionis.*

DECISIO XXXVII. seu V.

GRatia Apostolica nulla est quādo † in ea nō est facta mētio de breui ad rem 1
quæsito per præsentationē, vel electionem. *Rot. deci. 17. de præben. in nou. Egid. decis. 167. Calde. consil. 8. in fin. de rescript. Mil. in repertorio in verb. gratia per quam prouidet Papa. Felyn. in c. tanquam in versi. clausula antefirri, & in cap. in nostra. 28. corolla. de rescript. Cassado. de præb. decis. 3. num. tertio. Io. de Sylua. in tractat. de benef. in 3. part. q. 2. num. 42. vers. 17. qualitas. Sarnen. in reg. de non toll. iur. quæsi. q. prima. num. 6. & q. 4. num. 32.* cum ignoranter in gratia Hieronymi, non sit facta

mentio de præsentatione facta in fauorem Iosephi, sequitur, quod gratia non sit bona: quod procedit etiam, si gratia esset facta motu proprio, quia motus proprius † non tollit ius tertii, prout tollit subreptionem.
3 *Rot. decis. 112. in nou. & 445. in antiq. nec obstat. c. fin.* † *de elect. in 6.* quia dato, quod ille text. haberet locum in præsentatione & institutione, tamen nõ facit ad rem nostram, quia ibi annullantur tantummodo cõfirmationes,
4 non electiones: sed institutio est loco confirmationis, & † præsentatio est loco electionis, igitur, &c. Itaque fuit tentum die 16. Nouembris 1552. coram domino Augustino, in vna Regiensi Archiepiscopatus fol. 115.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio c. si per te. de rescrip. lib. 6. vbi locum habet.*

DECISIO XXXVIII. seu VI.

1 IN gratia conditionali & super certo corpore beneficii, habet locum. *c. si per te.* † *de rescript. lib. 6.* dummodo conditio sit purificata, alias secunda gratia præfertur primæ, vide Aret. *consi. 7. versic. sed dicendum est vnica, vt refert Sarnen. late in reg. de iure quæsit. non tollen. q. 4 num. 12. & sequen. in secundo casu.* vbi distinguit, secundum quam distinctionem iudicauit Rota in vna Romana Capellaniæ de Præsepiis, coram domino Augustino, die 16. Martii 1551. & allegabatur consi. Gem. 79. & consil. Areti. 7. *prout ibi fol. 51.*

SVMMARIA.

1 *Impetrans debet verificare eius narratiuam.*
2 *Narratiua est pars gratiæ.*

DECISIO XXXIX. seu VII.

1 GRatia, & eius narratiua per impetrantem verificari † debet. *Io. And. in cap. 1. de lit. contest. lib. 6. Egid. decis. 76 versi. & si*
2 *teneremus.* quia narrata † pars gratiæ sunt, *cap. ex parte. de resc.* Et ita fuit tentum die 19. Aprilis 1551. in vna Asculana gabellarũ, coram Guidobono. Hoc item fuit tentum in vna Calciatensi scholasticæ, coram Accorãbono die 9. Iun. 1553. *in eius lib. fol. 147.*

SVMMARIA.

1 *Subreptitia non dicitur gratia nouæ prouisionis, quæ habet præinsertam primam gratiam subreptitiam, ob falsam ætatis expressionem, si tempore nouæ gratiæ, ætas est verificata, & quare.*
2 *Subreptio consideratur respectu datæ.*
3 *Datæ tempus an attendendũ.*
4 *Clausula siue præmissio, siue quouis alio modo, quid operetur.*
5 *Dispensare videtur Papa, si narrato illi defectu prouidet.*

DECISIO XL. seu VIII.

GRatia nouæ prouisionis, quæ habet præinsertam primam gratiam, licet subreptitiã ob falsam expressionem ætatis, quæ ætas tempore nouæ gratiæ, erat verificata, non dicitur subreptitia. Primo, quia impetrans capiebat beneficium ex gratia confirmante, non ex gratia confirmata subreptitia, *Cassad. decis. secunda. de rescrip.* Secundo, quia
subreptio † consideratur respectu datæ. 2
c. si eo tempore. de rescript. lib. 6. vbi hoc notant omnes. Felyn. in c. ad aures. de rescript. colum. antepenult. Domin. consil. 213. col. 2. Et ideo dixit *Angel. in §. præterea num.* 66. *versi fallit in vsurario, instit. de exceptionibus.* quod quando agitur de validitate rescripti respectu surreptionis, videlicet circa tacenda, & exprimenda, † attenditur tempus datæ sed tem- 3
poræ datæ nouæ prouisionis, ætas narrata erat vera, ergo. Et voluit Alexan. *consil. 42. num. 7. vol. 4.* Tertio, quia in gratia vltima fuit saltem virtualiter, & in genere narrata ætas, & quia fuit præinserta prima gratia cũ narratione ætatis 15. annorum, & vltra, cum
clausulis, siue præmisso, siue alio quouis † 4
modo vacet, cum omnibus & singulis clausulis, ita vt Papa virtualiter potuerit intelligere omnes defectus in gẽere enarratos:
quia narrato † defectu Papæ, si prouidet, vi- 5
detur dispensare. *Egid. decis. 333.* Et ita fuit tentum die 22. Octobris 1554. coram dom. Oradino, in vna Pienoin. parochialis de Monticello. Verũ dixerunt domini omnes esse dubitandum, an in ista secunda gratia requireretur nouus consensus, de quo erit alias agendum, *lib eius fol. 284.*

SVMMARIA.

1 *Narratiua gratiæ facta ad partis instantiam cõtinens factum alienum, non probat, præcipue quando rescribitur contra ius in tertii præiudicium num. 2.*
3 *Gratia dicitur contra ius, quæ mandat reuocari venditionem legitime factam & dominii translationem.*
4 *Probationes arctiores requiruntur in verificãda gratia contra ius.*
5 *Credi non debet literis Papæ narrantibus sententiam processum, & executionem.*

DECISIO XLI. seu IX.

GRatia narratiua non † facta motu pro- 1
prio, sed ad partis petitionem, vel per simplicem signaturam iustitiæ, continens factum alienum, non probat. *Clem literis. & ibi Anchar. col. 1. atq; Bonifac. colum. 3. num. 26. de probat. Aret. in cap cum a nobis. de testibus. & in consil. 163. col. 3. Dec. consi. 606. num. 14.* Et
præcipue, id procedit, quando rescribitur 2
contra ius in præiudicium tertii. *Anchar. cons. 398. & Dec. cons. 357. num. 6 Cur. iun. cons. 152. num. 10.* Verũ, quia in hoc casu hæc gratia est contra ius, postea quam † mandat,
vt re. 3

vt reuocetur vēditio legitime facta, & trāslatio dominii, non solum est verificanda,
4 † sed etiam probationes arctiores requirūtur. *Egid. decis.* 407. *& Rot. decis.* 330. *in antiqu. & Bisignet. deci. 2. de probat.* vt in simili, quod
5 non † credatur literis Papæ narrantib. sententiam, processum, & executionem, concludit Bonifa. *in d. Clemen. literis. nu. 2. de probatio.* Et ita fuit tentum die 28. Maii 1551. coram dom. Achille, vna Tolletana præstimonii de Aluaron. fol. 307.

SVMMARIA.

1 *Subreptitia est gratia, si neutri, quando narratur introductam fuisse litem super præbenda, & fructibus, & tamen lis non est, nisi super fructibus.*
2 *Dictio (supradicta) est repetitiua eorum, quæ supra narrata sunt.*
3 *Gratia, si neutri, purificatur, quādo constat neutri litigantium ius competere.*
4 *Narratiua de lite in canonicatu, & fructibus, non verificatur in fructibus tantum.*

DECISIO XLII. seu X.

GRatia (si neutri) in qua narratur introductam fuisse litem super præben. & illius fructibus impetranti debitis, & neutri partium ius competere, super d. præben-
1 da, est † subreptitia. Quia lis erat mota sup fructibus, non super canonicatu & præbēda, & tamen præsupponit contrarium propter illa verba, super dicta præbenda, quæ
2 verba sunt † repetitiua eorum, quæ supra narrata fuerunt. *l. 1. §. hoc edicto, & ibi Barto. ff. de postulando.* Et consequenter de lite, super præbenda, non constabat, quæ deberet probari. *Rot. decis.* 270. *&* 320. *in nou.* Et ex
3 cuius euentu, gratia, si neutri, † purificatur, quando constat neutri litigantium ius cōpetere. *Sarnen. in reg. de publican. q. 16. in fin.*
4 Nec lis † mota super fructibus sufficit, quo ad litem narratū super canonicatu & præbenda. Et ita tentum die 4. Nouembris, 1551. In vna Placentina canonicatus, corā domino Reomano. Accedat hoc idem fuisse confirmatum in hac eadem caussa, coram eodem domino Reomano 27. Nouēbris 1551. *vt in eius lib. fol.* 203. videlicet gratiam, si neutri, non intrare, nisi fuerit lis etiā super d. canonicatu.

SVMMARIA.

1 *Gratia si neutri, capit beneficium vacans, etiam ex persona impetrantis, & quomodo.*
2 *Impetrans de iure ad aliud non arctatur, nisi ad exprimendum certas qualitates, & quas, relatiue.*
3 *Clausulæ apponi solitæ in gratia, si neutri, verba & effectus.*
4 *Loquens, quando in generali sermone comprehendatur. & num. 5.*
6 *Clausulæ sequentes declarant præcedentem mentem Papæ.*
7 *Clausulæ generales, an capiant beneficium vacās ex persona impetrantis.*
8 *Inhabilitas impetrantis puta ex delicto, est specificanda in impetratione.*

DECISIO XLIII. seu II.

GRatia, si neutri, capit † beneficium vacans, etiam ex persona impetrantis, vi- 1
delicet ob non expressionem veri valoris, vel si in ea in genere impetrans falsum dixit, scilicet sibi super tali beneficio nullum ius competere, cū competeret: & sic, quod prior gratia erat subreptitia: nam ad aliud,
† impetrans non arctatur de iure commu- 2
ni, quam exprimere certas qualitates enumeratas, *per Fely. in cap. in nostra. Corol. 32. de rescript.* Inter quas, cum non reperiantur ista, merito excusatur impetrans, si de illa mentionem non fecit: maxime stāte clau-
sula † apponi solita in gratia, si neutri, vide- 3
2 tibus ius, & cum exspectans † tempore prouisionis apostolicæ non acceptasset, & ideo nec in re, nec ad rem ius haberet, nullum præiudicium ei inferebatur, nisi dilatiuum,
3 quod † non est in consideratione. *Rot. decis. 244. in nou. & in ant. decisio 922. alias 27. de cõcess. prabend. & in antiquioribus Bisignet. 2. eod. titu. Felyn. in cap. in nostra. 78. correlario. & in cap. caussam quæ. col. penult. super verbo, clausula anteferri, de rescript. Cassador. decisio prima. de concess. præben.* Tum etiam, quia licet Papa,
4 quando concedit exspectatiuas, magnam potestatem dederit exspectantibus, vt possint acceptare, & intra mensem: non tamẽ ligauit manus suas, vt nõ posset alicui prouidere etiam in præiudicium exspectantiũ,
5 quia semper maior † potestas remanet apud Papam. *cap. dudum, & ca. quamuis, el secũdo, de præben. in 6.* Et ideo introductum ex
6 stylo in curia, quod exspectantes singulis † diebus acceptant in genere in Archiuio, & petunt prouideri per subexsecutorem, vt constet de iure eorum considerabili, cui erit necesse expresse derogare, ad hoc, vt prouisio Papæ sit valida. Et fuit maxime considerata illa clausula, quæ semper apponitur in prouisionibus, quæ incipit (aut si aliqui
7 † super prouisionibus sibi faciendis speciales, vel generales dictæ sedis, vel legatorum eius literas impetrauerint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quibus omnibus te volumus anteferri, sed nullum eis quoad assecutionem aliorum beneficiorum præiudicium generari.) Et ita fuit decisum in vna Bellanensi canonicatus & præbendæ, coram Reueren. dom. Io. Antonio Capisucco, die Veneris 11. Decemb. 1551. & coram eodem in eadẽ caussa, Lunæ 11. Ian. 1552. vide supra *in verbo exspectatiua.*

GRAVAMEN.

SVMMARIA.

1 *Grauamen notorium an dicatur illatum per Papam, si reuocauit œconomum absq; citatione.*
2 *Eligendi ius habens, si eligit indignum, priuatur pro illa vice electione.*
3 *Oeconomus eligi debet, quãdo oritur lis inter portionarios, & canonicos.*
4 *Exemtio conceditur propter lites.*
5 *Canonici tenentur obedire eo modo quo possunt, & quando possunt.*
6 *Papa tollere potest contractus inferiorum.*

Decisio LXII. seu I.

Grauamen notorium non fuit illatum canonicis, ex quo Papa reuocauit œconomum absq; citatione † œconomi, qui cũ 1 portionarii ecclesiæ Cordubensis litem fecerint cũ canonicis super iure eligẽdi officiales, non soluebat portionariis suas portiones, nec minus ex noua deputatione œconomi facta per ordinariũ Cordubẽsem, licet pendente lite illi fuerint grauati Ratio est, quia illi, qui † habent eligere, si eli- 2 gunt indignum, priuantur pro illa vice electione. *Ab. & alii in cap. cum moriens. de elect.* tum etiã quia propter lites sunt discordiæ ortæ, & portionarii non consequebantur suas portiones, fuit † occurrendum proui- 3 sioni œconomi, sicut alias regulare est occurri debere. *l. æquissimum. ff. de vsuf.* Et propter lites † etiam conceditur exemtio. *Cas-* 4 *sad. de priuil. decis. 6.* Nec facit, quod dicebãt canonici, quod intimatio reuocationis œconomi facta fuit post electionem factam de alio œconomo, quia respondetur, quod ipsi tenebantur obedire † eo modo, quo po- 5 terant, & quando poterant. *Abb. in cap. eam te. col. 2. de elect.* Nec obstat, si dicatur per illã deputationem factam ab ordinario, fuisse sublatum ius canonicis, & œconomo per eos deputato. Quia ordinarius, Papæ auctoritate, reuocauit œconomum, & fecit aliũ deputare, quod Papa facere potest, cum etiam possit tollere contractus † inferiorum. 6 *Fely. in c. 1. col. 4. ver. quinto declara. de probatio.* Et ita fuit tentum die 10. Decembris 1551. in vna Cordubensi œconomiæ, coram domino Chissanensi, & supradicta decisio fuit confirmata, die 18. Decemb. corã eodem.

GVBERNATOR VRBIS.

SVMMARIA.

1 *Gubernator vrbis non habet facultatem procedendi in caussis 1500. ducatorum, cum citationib. ad domũ, & qualiter debeat procedere. nu. 1.*

Decisio LXIII. seu II.

Gubernator vrbis, † non habet † facultatem procedendi in caussis 1500. du- 1 catorum, cum citationibus ad domum, nõ facta diligentia de citando personaliter prin-

principalem in loco vbi permanebat, etiam si esset extra ciuitatem, sed debet procedere secundum iuris dispositionem. Fuit ita tentum die 5. Decembr. 1554. in vna Romana bonorum de Zanbeccariis.

HEREDITAS.

SVMMARIA

1 *Hereditatem petēs probare debet se esse heredem, & an sufficiat probare, quòd petens possideret bona aliqua, nu. 2.*

2 *Heres heredis non est heres scriptus.*

DECISIO LXIV. seu I.

1 HEreditatem petens probare debet se esse heredem, est text. *in l. qui liberis.* † §. *hæc verba vbi Barto. ff. de vulg. & pupill. & per Imo. in l. si quis filiumfamilias, § omni. versi. si autem testator. ff. de acq. hered.* *Notat Angel. in l. liberorum in princip. ff de his qui notantur infamia. Dec. consi 471. num. 2. & in consi. 531. num. 4.* Nec dicitur esse sufficienter probatum, si pbaretur, quod petens hereditatem possideret bona aliqua, quia posset possidere aliunde, quam ex testamento, prout ab intestato, vel quia emisset hereditatem, nec heres he-
2 redis † est heres scriptus, *d. l. qui liberis, §. hæc verba.* Et ita decisum fuit 28. Martii 1552. in caussa Fo. liuien. bonorum, coram Accorambono.

HERES.

SVMMARIA

1 *Heres intrusus in beneficio debet condemnari in fructibus in die motæ litis.*

2 *Heres intrusus non habet bonum ius, sed debet restituere fructus die malæ fidei.*

3 *Mala fides inducitur ex motione litis, ex qua cōstituitur intrusus in mala fide.*

DECISIO LXV. seu I.

1 HEres intrusus in beneficio debet † cōdemnari in fructibus a die motæ litis,
2 quia est successor intrusus, qui non habet bonum ius, & detentor beneficii tenetur restituere fructus a die malæ fidei, & mala
3 fides deprehenditur † ex motione litis, ex qua constituitur intrusus in mala fide. *Rota. decis. 24. & 25 in nou.* Et ita fuit tētum die 29. Ianuarii 1552. coram D. Reomano.

SVMMARIA

1 *Heres possidens hereditatem, tanquam heres, si agit, an teneatur de titulo sua possessionis docere.*

2 *Intel. ad text in l. 1. §. apud Iulianum, ff. deposit.*

3 *Titulus est docendus in beneficialibus, alias non datur possessio.*

4 *Prælatus non debet docere de suo titulo contra tertium.*

5 *Heres, quando non debeat ostendere titulum.*

6 *Præsumtio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium.*

7 *Præscriptio lōgissima excludit allegationem malæ fidei, quando est perfecta.*

8 *Titulum. quando quis impugnare non valet.*

DECISIO LXVI. seu 2.

HEres possidens hereditatem, tanquam heres, si agit pro iuribus hereditariis, non tenetur † docere de titulo suæ possessi- 1
onis, *l. cogi. C. de petit. hered.* Maxime si alius non apparet, qui prætendat ad se hereditatem spectare, quo casu loquitur text. *in l. prima, §. apud Iulianum, ff de positi. & l. final. vbi † Castrens. & alii C. de pet. hered.* Quod proce- 2
dit etiam in beneficialibus, in quibus pos-
sessio † titulo non datur, *vt in regul. 5. de reg. iur. lib. 6. Rot. decisione 4 in nou Bocr. decisio. 311.* 3
Si ergo prælatus non debet † docere de ti- 4
tulo suo contra tertium, minus heres † te- 5
netur ostendere titulum suum religioni Rodianæ; illum exquireret a Matthæo, qui possedit hereditatem a morte Ioannis vsque in præsentem diem, & sic 70. annos, ex quo iste titulus inducitur ex præsumtione iuris, & de iure, contra quam non † ad- 6
mittitur aliquo modo probatio in contrarium, maxime contra præscriptionem longissimam, † contra quam non potest al- 7
legari mala fides, quando illa est perfecta, *cap. placuit, el secundo, vers. quod si mala fide 16. quæstione 3. Felyn. in cap. si diligenti. colum. 7. de præscript.* Nec ex ecutores prædicti testamenti hoc facere possent, ex supradictis. Ideo religio post possessionem tanti temporis 70. annorum non † posset titulum 8
possessionis d. Matthæi impugnare, quandoquidem hoc facere esset adducere probationem contra præsumtionem iuris, & de iure, quæ ex præscriptione inducitur, *toto titul. C. de præscriptio. 30. vel 40. annorum.* Et ita fuit tentum die 29. Maii 1551. coram D. Vestano, in vna Maioricen. pecuniaria.

SVMMARIA

1 *Maritus est heres vxoris suæ per mediam personam filii communis.*

2 *Intellectus ad l. si infanti. C. de iure deliberandi, & num. 4.*

3 *Pater auum excludit a filii successione.*

4 *Ius nouissimum attendendum est.*

5 *Pater hodie capit filii seu vxoris hereditatem tāquam heres.*

6 *Dispositio l. si infanti. C. de iure delib. est exorbitans.*

7 *Interpretatio passiua recipitur in omni dispositione.*

8 *Dispositio l. si infanti. hodie est correcta, vt non ad auum, sed ad patrem, vel ad alium esset delata hereditas iure nouissimo.*

9 *Opiniones Bartol & gloss. in decidendo sunt seruandæ.*

DECISIO LXVII. seu 3.

HEres est † maritus vxoris suæ per me-

DECISIO XLIII. seu XXI.

1 GRatia dicitur subreptitia, † in qua narratur, quod exceptio excommunicationis fuit opposita in vim dilatoriæ, cum tamen fuerit in vim peremtoriæ opposita: Ratio est, quia si Papa intellexisset, q. etiam in vim peremtoriæ esset opposita, vtique difficilius concessisset. *cap. postulasti. in fi. de rescript. Ias. consi. 127. colum. 3. & seq. vol. 4. Curt. iun. consi. 31. col. fin.* quia Papa † facilius
2 tollit exceptionem dilatoriam, quam peremtoriam, cum exceptio peremtoria sit †
3 grauioris præiudicii: hinc est, quod ad probandam † dilatoriam exceptionem, non
4 datur remissoria. sed bene ad probandum peremtoriam. *Hostien. in cap. 1 & ibi Fely col. fin. de appell.* & non restituitur quis ad pro-
5 bandum † exceptionem dilatoriam, sicut peremtoriam. *Bald. in l. peremtorias. col. 4. C. de sentent. rescind. non poss. l. sæpe. ff. de min. eg. restit.* Ita fuit tentum in caussa Farfensi Abbatiæ, coram Guidobono 19. Febr. 1552.

SVMMARIA.

1 *Gratiæ duæ conditionaliter factæ cum clausula, & de consensu conseruatorum de beneficio in vrbe, an, & quomodo requirant consensum, & operentur.*

2 *Consensus conseruatorum primo loco præstitus in fauorem posterioris in data, reddit gratiam conditionalem puram.*

3 *Consensu semel præstito per conseruatores, variare amplius non possunt, & quare. num. 4.*

DECISIO LIV. seu XXII.

GRatiæ duæ conditionaliter cum clausula & de consensu conseruatorum, factæ de aliquo beneficio in vrbe duobus alienigenis, non operatur effectum, nisi con-
1 seruatores † consentiant, propter priuilegium Populo Romano concessum a Leone decimo, & illa præualebit semper, cui primo loco fuerit præstitus consensus, licet sit posterior in data. Ratio est, quia consen-
2 sus † conseruatorum primo loco præstitus, in fauorem posterioris in data, reddit illam gratiam conditionalem, purã: non obstante prima gratia conditionali, super qua fuit secundo loco præstitus consensus, & con-
3 seruatores postquam † semel præstiterunt consensum, amplius variare non possunt, præstãdo de nouo consensum in fauorem
4 primæ prouisionis, cum eorum † auctoritas per primum consensum esset consumta. *cap. publicatio. & c. cum non ignorans. in fin. & ibi gloss. de præbend. l. Indiam. & ibi glo. ff. de aqua pluui. arcend. Bart. & doctor. in l. quoties. §. data. ff. de opt. leg. Dec. in regu. quod semel. in tertio. col. versi. item in consen. de reg. iur. facit Rot. in decis. 35. in antiq. & sequitur Fely. in ca. cũ olim. col. 4. ver. adeo q. si verbum, de re iud. & facit Rot. decis. 316. in antiq.* Et ita decisum fuit in vna vrbis Capellaniæ de præsepiis, coram dom. Guidobono 16. Iunii 1552.

SVMMARIVM.

1 *Gratia conditionalis habens aliquam spem vel respectũ de præterito vel præsenti, inducit quoddam ius ad rem, & quare, & vnde illo iure sit facienda mentio. num. 3.*

DECISIO LV. seu XXIII.

GRatia conditionalis habens aliquam spem, vel respectum de præterito vel præsenti, inducit † quoddam ius ad rem, 1
propter firmam, & probabilem spẽ de præterito, vel præsenti: & quoniam si priuaretur illo iure, vtiq; esset ei præiudiciale, ideo de illo iure est facienda mentio. *Areti. consi. 7. col. 2. vers. sed dicendum est vnum. Sarmen. in reg. de non tolle. iur. quæs. q. 4.* Et ita fuit tentũ in caussa vrbis Capellaniæ de præsepiis, coram dom. Guidobono 17. Iunii 1552. & ante in hac eadem caussa, coram Augustino 16. Martii 1552. fuit idem resolutum.

SVMMARIVM.

1 *Gratiæ omnes, si neutri, concurrunt, & vna non tollit aliam, & quæ primo loco erit verificata, obtinebit.*

DECISIO LVI. seu XXIV.

GRatiç, si neutri, omnes concurrunt, † 1
& vna non tollit aliam vsq; ad sententiam, & quæ primo loco erit verificata, obtinebit. Ita dixerunt domini in caussa vrbis Capellaniæ de præsepiis, coram Guidobono 17. Iunii 1552.

SVMMARIA.

1 *Subreptitia non dicitur impetratio dicẽs vacasse beneficium de mense præterito Februarii, cum deberet dicere, de præsenti, & quare.*

2 *Impetrans beneficium vacans in curia tenetur exprimere diem, mensem, & annũ vacationis.*

3 *Error manifestus potest per datarium emendari etiam pendente lite.*

DECISIO LVII. seu XXV.

GRatia impetrationis beneficii vacãtis in curia, in qua narratur, quod beneficium vacauit de mense Februarii proximo præterito, cum debuerit dicere, quod vacauit de præsenti mense Februarii, non † 1
dicitur subreptitia, sed in ea deprehẽditur manifestissimus error. Mouebantur domini, quia hic vere Papa intellexit mensem vacationis: vnde si de nouo esset Papa interrogatus, vtique verisimiliter idem concessisset. Et non difficilius concederet, si esset expressus mensis Februarii præsentis, quam si esset narratum, quod vacauit de mense Februarii proxime præterito. Error deprehendebatur ex eo, quia in vacationibus † in curia, exprimuntur dies, mensis 2
& añus vacationis de stylo curiæ, & Romanus

nus datarius signauit supplicationem de mense Augusti eiusdem anni, si verum erat, quod beneficium vacasset de mẽse Februarii proxime præterito, esset supplicatio acta contra stylum attento, quod probatur obitus de mense Februarii. Quare cũ constaret † de manifesto errore, dixerunt do-
3 mini quod Reuerendissimus Datarius poterat etiam lite pendente illam emendare. Et ita fuit tentum in vna Treuerensi beneficii sancti Adargi, coram Guidobono 24. Octob. 1552.

SVMMARIA.

1 *Gratia creationis in canonicum cum exspectatione prima præbendæ vacatura restricta ad collationem ordinarii, & ad menses ordinariorum, an capit præbendam vacantem in mense Ianuarii sede Pontificali vacante, & quare. num.*
2 *Reseruatoria regula sede vacante exspirant.*
3 *Data tempus inspicitur.*

DECISIO LVIII. seu XXVI.

GRatia creationis in canonicum exspectatione primæ præbendæ vacaturæ,
1 restricta ad collationẽ ordinarii, & ad menses ordinariorum nõ capit præbendam vacantem in mense Ianuarii sede Pontificali
2 vacante: ex ratione, quia licet † vacante sede, regulæ reseruatoriæ sint exspiratæ per obitum Papæ, & sint sublata obstacula regularum, *vt per Sarnen. in proœm. regul. q. 2. num. 14.* tamen, quia nõ est verisimile, quod Papa intellexerit tempore datæ prædictæ gratiæ creationis in canonicum, de mensibus ordinariorum per cessationem regulæ reseruatiuæ per obitum ipsius Papæ, sed tãtum de quatuor mensibus ordinariorum concessis per regulam reseruatoriam, & sic quod non haberet respectum ad vacationẽ sedis, fuit decisum contrarium, attẽto ma-
3 xime, quod inspicitur tempus † datæ. *Felyn. in cap. eam te. num. 18. de rescript.* iuxta quam mensis Ianuarii erat reseruatus, & non erat ordinarii. Ita fuit decisum in caussa Aretina canonicatus & præbendæ, coram dom. Guidobono 21. Nouemb. 1552.

SVMMARIA.

1 *Gratia exspectatiua ad vnum curatum & ad vnum simplex, quando dicatur consumta.*
2 *Acceptans inutiliter, non prohibetur iterum acceptare.*
3 *Protestatio quatenus sub sua gratia caderet quid releuet.*

DECISIO LIX. seu XXVII.

GRatia exspectatiua ad vnum curatum, & ad vnum simplex, dicitur consumta,
1 si acceptans † primo loco acceptauit vnam parochialem, & illius possessionem habuit, deinde acceptauit aliam parochialem, quã cessit in fauorem alterius reseruata pensione cedenti: Et ratio est, quia licet inutiliter acceptans † non prohibeatur iterum acce- 2
ptare, *vt per Felyn. in cap. ex tenore. colum. 4. de rescrip.* tamen quia ex tali secunda acceptatione nulliter facta, acceptãs consequutus est commodum renuntiando, reseruata pensione. *vt per Rom. in consi. 329. num. 8. versi. certum gratia. Gem. in cap. cum in multis. colu. 5. versi. in fi. gl. vbi etiam Gome. num. 107. de rescrip. in 6.* Secus est, quoniam hoc intelligẽdum est, dummodo acceptatio secundæ parochialis fuerit pure, & simpliciter facta: secus autem, quando esset facta cum solita protestatione, † quatenus sub sua gratia ca- 3
deret, quia tunc gratia non esset consumta, cum vltima parochialis posset ab acceptãte auferri: ex eo, quia sub sua gratia non caderet, cum aliam parochialem acceptauerit & consecutus fuerit, & gratia exspectatiua non erat nisi ad vnum curatum, & ad vnum simplex beneficium. Et ita tentum fuit in caussa Tolletana de Armon. coram dom. Guidobono 2. Decemb. 1552.

SVMMARIA.

1 *Gratia noua dicitur, quando aliquid est additũ, vel mutatum in substantialibus: alias secus.*
2 *Gratiam nouam facit citatio vel additio ad primam gratiam.*
3 *Ordinarius iudex quando delegatus efficitur per commissionem.*

DECISIO LX. seu XXVIII.

GRatia noua dicitur, quando aliquid † est additum vel mutatum in substanti- 1
alibus. *Doctor. in cap. de caussis. de offic.* delegati: secus autem, quando nihil est mutatum in substantialibus, quia tũc non dicitur noua gratia. *Dec. in d. cap. de caussis. num. 7. Ias. in l. ius ciuile. in prin. de iust. & iur.* Et limitatio vel additio in aliqua † qualitate gratiam limi- 2
tat, & quo ad id est noua gratia, non autem in reliquis, *Iason in d. l. ius ciuile. num. 3.* vbi dicit, de commissione data ordinaria, quæ alterat qualitatem processus, vt per hoc euadat delegatus in sententiando, & ordinarius in procedẽdo, *vt per Crot. in l. 1. §. si quis simpliciter num. 10. de ver. ob.* dum respondet ad 3
text. *in cap. cum aliquibus. de rescript. in sexto.* Et ita tentum fuit in caussa Ispalensi matrimonii coram domino Guidobono, 2. Decembris 1552.

SVMMARIA.

1 *Gratia Apostolica anterior præualet acceptationi posterioris exspectantis, dato, quod infra mẽsem acceptauerit.*
2 *Exspectans si tempore prouisionis apostolicæ non reperitur acceptasse, nullum ius, nec in re, nec in rem habet.*
3 *Præiudicium dilatiuum non est in consideratione.*

principalem in loco vbi permanebat, etiam si esset extra ciuitatem, sed debet procedere secundum iuris dispositionem. Fuit ita tentum die 5. Decembr. 1554. in vna Romana bonorum de Zanbeccariis.

HEREDITAS.

SVMMARIA

1 *Hereditatem petēs probare debet se esse heredem, & an sufficiat probare, quòd petens posideret bona aliqua, nu. 2.*

2 *Heres heredis non est heres scriptus.*

DECISIO LXIV. seu 1.

1 HEreditatem petens probare debet se esse heredem, est text. *in l. qui liberis* † §. *hæc verba vbi Barto. ff. de vulg. & pupill. & per Imo. in l. si quis filiumfamilias, § omni. versi. si autem testator. ff. de acq. hered. Notat Angel. in l. liberorum in princip. ff. de his qui notantur infamia. Dec. consi 471. num. 2. & in consi. 531. num.* 4. Nec dicitur esse sufficienter probatum, si pbaretur, quod petens hereditatem possideret bona aliqua, quia posset possidere aliunde, quam ex testamento, prout ab intestato, vel quia emisset hereditatem, nec heres he-
2 redis† est heres scriptus, *d. l. qui liberis, §. hæc verba.* Et ita decisum fuit 28. Martii 1552. in caussa Fo. liuien. bonorum, coram Accorambono.

HERES.

SVMMARIA

1 *Heres intrusus in beneficio debet condemnari in fructibus in die motæ litis.*

2 *Heres intrusus non habet bonum ius, sed debet restituere fructus die malæ fidei.*

3 *Mala fides inducitur ex motione litis, ex qua cōstituitur intrusus in mala fide.*

DECISIO LXV. seu 1.

1 HEres intrusus in beneficio debet † cōdemnari in fructibus a die motæ litis,
2 quia est successor intrusus, qui non habet bonum ius, & detentor beneficii tenetur restituere fructus a die malæ fidei, & mala
3 fides deprehenditur † ex motione litis, ex qua constituitur intrusus in mala fide. *Rota. decis. 24. & 25. in nou.* Et ita fuit tētum die 29. Ianuarii 1552. coram D. Reomano.

SVMMARIA

1 *Heres posidens hereditatem, tanquam heres, si agit, an teneatur de titulo suæ possessionis docere.*

2 *Intel. ad text. in l. 1. §. apud Iulianum, ff. deposit.*

3 *Titulus est docendus in beneficialibus, alias non datur possessio.*

4 *Prælatus non debet docere de suo titulo contra tertium.*

5 *Heres, quando non debeat ostendere titulum.*

6 *Præsumtio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium.*

7 *Præscriptio lōgissima excludit allegationem malæ fidei, quando est perfecta.*

8 *Titulum, quando quis impugnare non valet.*

DECISIO LXVI. seu 2.

HEres possidens hereditatem, tanquam heres, si agit pro iuribus hereditariis, non tenetur † docere de titulo suæ possessi- 1
onis, *l. cogi. C. de petit. hered.* Maxime si alius non apparet, qui prætendat ad se hereditatem spectare, quo casu loquitur text. *in l. prima, §. apud Iulianum, ff. de positi. & l. final. vbi † Castrens. & alii C. de pet. hered.* Quod proce- 2
dit etiam in beneficialibus, in quibus possessio † titulo non datur, *vt in regul. 5. de reg. iur. lib. 6. Rot. decisione 4 in nou. Bocr. decisio. 313.* 3
Si ergo prælatus non debet † docere de titulo suo contra tertium, minus heres † tenetur ostendere titulum suum religioni Rodianæ; illum exquireret a Matthæo, qui possedit hereditatem a morte Ioannis vsque in præsentem diem, & sic 70. annos, ex quo iste titulus inducitur ex præsumtione iuris, & de iure, contra quam non † admittitur aliquo modo probatio in contrarium, maxime contra præscriptionem longissimam, † contra quam non potest allegari mala fides, quando illa est perfecta, *cap. placuit, el secundo, vers. quod si mala fide 16. quæstione 3. Felyn. in cap. si diligenti. colum. 7. de præscript.* Nec ex ecutores prædicti testamenti hoc facere possent, ex supradictis. Ideo religio post possessionem tanti temporis 70. annorum non † posset titulum possessionis d. Matthæi impugnare, quandoquidem hoc facere esset adducere probationem contra præsumtionem iuris, & de iure, quæ ex præscriptione inducitur, *toto titul. C. de præscriptio. 30. vel 40. annorum.* Et ita fuit tentum die 29. Maii 1551. coram D. Vestano, in vna Maioricen. pecuniaria.

SVMMARIA

1 *Maritus est heres vxoris suæ per mediam personam filii communis.*

2 *Intellectus ad l. si infanti. C. de iure deliberandi, & num. 4.*

3 *Pater auum excludit a filii successione.*

4 *Ius nouissimum attendendum est.*

5 *Pater hodie capit filii seu vxoris hereditatem tāquam heres.*

6 *Dispositio l. si infanti. C. de iure delib. est exorbitans.*

7 *Interpretatio passiua recipitur in omni dispositione.*

8 *Dispositio l. si infanti. hodie est correcta, vt non ad auum, sed ad patrem, vel ad alium esset delata hereditas iure nouissimo.*

9 *Opiniones Bartol. & gloss. in decidendo sunt seruandæ.*

DECISIO LXVII. seu 3.

HEres est † maritus vxoris suæ per me-

diam personam filii communis, quia dispositio. *l. si infanti. C. de iur. delib.* quæ ad ascendētes paterni generis transmittit successionē
2 infanti delatam, & non agnitam, intelligi † debet semper ius nouissimum secundum
3 quod patet † auum excludit a filii successione, *authen. defuncto. C. ad Tertullia. vbi gloss. in verb proximis. Bald. in prædictis verbis. Albert. & Paul. de Castr.* Quod comprobatur ex eo, quod dicit Ias. *ibi colum. 4 in fi. vers. ego aliter re-*
4 *spondeo.* vbi concludit, attendi debere ius † nouissimum, quod superuenit post dictam legem, l. si infanti. Et quamuis pater ex dis-
5 positione legis, si infanti, caperet filii † seu vxoris hereditatem iure patrio, hodie per tex. *in authē. defuncto,* capit tamquam heres, & iure hereditatis, *prout dicit Bart. in d. l si infanti. colum 2. vers. 2. dicitur.* Et dum aliqui dicebant, casum dictæ, *l si infanti.* esse exorbitantem, & non extendendam ad parentes materni generis ad *Alexand consilio. 168 col. penulti. vers. non obstat. lib 7.* fuit responsum,
6 quod dispositio † d. l. est exorbitans in hoc, quod infans hereditatem non agnitam ad ascendentem suum materni generis transmittat. Et ita loquitur Alex. *in d. consil.* Et dū loquitur de ascendentib. paterni generis, declaratur per alia iura, quæ disponunt, q̄ ordine successiuo deferatur ad ascendētes paterni generis, quia hoc nō est legem extendere, sed declarare per passiuam interpretationem, quæ recipitur in omni dispositione. *Alex. late in leg. prima, §. lex falcidia. ff. ad*
7 *l. falcidam,* & d. l. † hodie est correcta, vt non
8 ad auum, sed ad patrem vel alium, cui esset delata hereditas, fiat transmissio. *Corn. in d l. si infanti colum. 2.* Et ab opinione Bart. † & gl.
9 in decidendo, non est recedendum. Et ita tenuerunt Domini in vna Romana dotis die *1.* Iulii *1551.* coram Reomano.

SVMMARIA

1 *Hereditas non dicitur adita per heredem, in testamento institutum, propter protestationē præcedentem secrete factam.*
2 *Aditio dicitur nulla, quando error est in quota institutionis.*
3 *Nullitas oritur propter defectum verosimilis.*
4 *Verba, nihil puto egisse, per iureconsultum prolata inducunt nullitatem actus ipso iure.*

DECISIO LXVIII. seu 4.

1 HÆreditas adita non dicitur † per heredem in testamento institutum, propter protestationem procedentem secrete factam. Nā illius aditio est simulata, sicut
2 quando error † est in quota institutionis, nulla est aditio, *l. si quis mihi bona, §. pater Seio. vers. si mandauit, ff. de acquir. hered. Ang. Imol & Paul. de Castr. in l. 2. §. sciendum, ff. eo. tit.* vbi Ias. dicit ita cōmuniter teneri, & sequitur Dec. *consil. 14. colum. prima in primo.* & nullitas oritur † propter defectum verosimilis volun- 3
tatis, & consensus, *glo in l ex semisse. ff. de acqu. hered. & Paul. de Castr. in d §. sciendum, in ver. verisimilis,* & si adire voluerit, corruit aditio, *vt declarat Aret. in d. § sciendum, colum 2 vers. vbi autem adest, ex d. text. in vers sed si mandauit.* Et in d. *l si quis mihi bona, §. pater Seio.* dicit nihil puto egisse, quæ verba inducunt † nulli- 4
tatem actus ipso iure, *l fina. vbi Bald. ff. de libe. & posthum. Corse. in sing. in verb. nihil agit. And. Sicul. Barba. in ca super literis, colum. 26. de rescrip. & in consi. 44. colum 2. lib. 1.* Et sic fuit tentum, quod aditio fuit erronea & nulla, die 26. Octob. 1551. in vna Romana castri Fillacciani, coram Domino Baren.

HÆRETICVS.

SVMMARIA.

1 *Hæreticorum filii comprehenduntur sub statuto Ispalen. inhabilitante illos, etiam quod personaliter citati non sint.*
2 *Hæresis in iudicio summarie proceditur.*
3 *Hæreticus dicitur stans per plures annos in lege Moysis.*
4 *Hæretico abiurante mitius cum illo agitur.*
5 *Hæreticus quando quis non censeatur.*
6 *Confessio magis attenditur contra hæreticum.*
7 *Hæreticus reuersus in quibus casibus possit dispensari.*

DECISIO LXIX. seu 1.

HÆreticorum condemnatorum † vel 1
abiuratorum filii comprehenduntur sub statuto Ispalen. inhabilitante tales, etiā quod pensionaliter citati non sint, sed per proclamata, quia in iudicio † hæresis sum- 2
marie proceditur. *cap. fi. de hæret.* in hoc casu Gabriel & Theresia condemnati fuerunt de crimine hæresis, cum stetissent † per plu- 3
res annos in lege Moysi, firmando omnia pertinentia ad illam legem, & propterea abiurarunt, vt cum † eis misericorditer age- 4
retur, *iux. text. in ca. ad abolendam §. 1. de hæret. & in cap. super eo. tit. lib. 6.* Nec obstat, quod dicebatur, quod parentes ipsorum tenuerūt illam opinionem per errorem, quam sanctā Romanam ecclesiam etiam tenere credebant, & quod statim cognito errore, nō fuerunt pertinaces, sed semetipsos correxerunt, & ideo non essent censendi † hære- 5
tici, *iuxta text. in cap. dixit Apostolus, 24. quæst. 3. & tradit Felyn. in cap. 1. de hæret. & Gondis de Villad. in tract. de hære quæst. 2. & q. 20 colum. 6.* Quando respondebatur contrarium apparere ex eorum confessione, † cum fassi 6
sint pluries, eos per plures annos seruasse legem Moysis, & ideo tanquam hęretici condemnati fuerunt, misericorditer cum eis agendo, *iuxta tex. in d. cap. ad abolendam, §. 1. de hæret. lib. 6.* quia fuerunt reconciliati, & ab-

& abiurati, & pœnam mortis euaserunt, nõ ideo minus fuerunt hæretici, vt tanquam filii eorum non comprehenderentur sub prædicto statuto. Et ita fuit tentum 15. Iunii 1551. coram Augustino in vna Ispalen. canonicatus, & præbendæ. Cũ hęretico autem reuerso, in † quibus casibus possit dispẽsari,
7 vide glo. *in verbo prohibente, in c. nos consuetudinem 12. distinctione.*

ILLEGITIMVS.

SVMMARIA.

1 *Illegitimus non potest esse accolitus, & quare, nu. 2. & 3.*

4 *Dispensatio data illegitimo vt possit promoueri ad omnes ordines etiam sacros non extenditur ad accolitatum, & quare.*

5 *Accolitus, qui in priuilegium exemtionis, & honoris a Pontificibus confertur, non est de ordinibus, sed est praeminentia.*

6 *Ordines non reiterantur.*

Decisio LXX. seu 1.

1 Illegitimus non † potest esse Accolitus, nisi in gratia fiat mentio de illegitimate, cum illegitimus † sit incapax honoris, &
2 dignitatis, & qualitas illa illegitimatis † si
3 expressa esset, posset mouere Principem ad denegandum, vel difficilius illam concedendum, *ad nota. in cap. super literis, & cap. postulasti. de rescript.* Nec dispensatio illegiti-
4 mo data, vt possit promoueri ad omnes ordines etiam sacros, suffragaretur ei, cum inter ordines sit accolitatus, quia accolitatus
5 † qui in priuilegium exemtionis, & honoris a Pontificibus confertur, non est de ordinibus, qui confertur presbyteris, sed est præeminentia, & dignitas seu exemtio, quod manifeste apparet, eo quia confertur accolitatus etiam presbyteris, qui iam sunt accoliti respectu ordinis: tamen si esset ordo, non posset conferri presbyteris. Ordi-
6 nes † non reiterantur, ita tenuerunt Domini in vna Salamantin. beneficii sancti Thomæ, coram Capisucco 12. Decembris 1552. Idem fuit firmatum in caussa 19. Decembr. eiusdem.

IMMEMORABILITAS.

SVMMARIA.

1 *Immemorabilitas per testes probatur deponentes de visu per 40. annos, & de auditu a maioribus & senioribus, qui audiuerunt a maioribus suis.*

2 *Testes vt probent immemorabilem, debent esse ad minus 50. annorum, nec probarent si dicerẽt articulũ verum sine redditione rationis.*

Decisio LXXI. seu 1.

1 Immemorabilitas per testes debet † probari de visu per 40. annos, & de auditu a maioribus, & seniorib. qui audiuerunt a maioribus suis, *iuxta doctrinam gloss. in ca. 1. de præscript. in 6.* Et ita seruat Rot. dominorum, vt fuit tentum in vna Tolletan. de Galorla, coram D. Decano Accorambono, 1. Iulii 1552. Insuper Domini dixerũt, quod ad hoc vt testes † possint probare de visu per 40. 2
annos, erat opus, quod ad minus essent ætatis 50. annorum, *secundum Reb. in tract. de decim. q. 13. nu. 99.* nec probarent † si dicerent arti- 3
culum verum, sine redditione rationis.

IMPEDIMENTVM.

SVMMARIA.

1 *Impedimentum allegans ad effectum, vt fatalia non currant, debet illud probare.*

2 *Infirmitatis impedimentum non probatur per fidem notarii.*

3 *Notarius non potest rogari, nisi de his, quæ dependent a voluntate partium, non autẽ a casu.*

4 *Impedimentum probasse non sufficit, quando post impedimentum potest caussam expediri facere.*

5 *Impedimentum tale est probandum, quod si non fuisset, fecisset, quod sibi incumbebat.*

6 *Impedimentum simpliciter probare non sufficit, sed debet quis probare diligentiam suam.*

7 *Impeditus quis non dicitur, si põt quoquomodo impedimentum remouere.*

Decisio LXXII. seu 1.

Impedimentum allegans ad effectum, vt 1
fatalia non currant, debet illud probare, *l. fin. §. illud C. de tempo. appellatio. & l. in exceptione, ff. de probatio.* nec facit impedimentum infirmitatis, quia non fuit probata † 2
nisi per fidem notarii, & notarius non potest † rogari nisi de his, quæ dependent a 3
voluntate partium, non autẽ a casu. *Alex. in l. prætor. in principio. numer. 6. ff. de eden. & ibi Iaso. numer. 7.* Præterea non est concludens probatio, cum non sufficiat † impedimen- 4
tum probasse, quando post impedimentum potuisset caussam expediri facere si diligentiam fecisset. *Perusin. in cap. ex ratione, colum. 17. versic. ex quibus dicitur, de appellat.* Minus obstat impedimentum belli, quia necessario concludit, cum oporteat probare † impedimentum tale, quod si non fu- 5
isset, fecisset, quod sibi incumbebat, hoc est, quod illud impedimẽtum fuerit caussa immediata, quod non fecit. *Innoc. in cap. ex transmissa. de præscriptio. & ibi Felyn. numer. 7. Deci. in cap. suscitatus, de rescript. not. vltimo. & in consilio. 474. colum. 2. & consilio. 552. colum. 2.* nec enim sufficit † simpliciter probare 6
impedimentum, sed debet quis probare diligentiam suam l. *qui commeatus, vbi Bartol. ff. de re militari. & in l. secunda. §. quod diximus, ff. si quis cautio. Alexand. consilio. 49. libro secundo. Afflict. decisione vigesima nona, numer. 1.* Et est ratio, quia non dicitur † quis quoquomodo impeditus, si im-

pedimentum remouere potest. *Dec. in cap. cum fuero in 3. not. de appell. & in cap. in nomine de testib. numer. 5.* Et sic conclusum fuit non constare de impedimentis, propter quæ fatalia non currerint, die prima Iunii corā Achille, in vna Tolleta. parochialis de Naua Carneto.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum, vt excuset aliquem ab aliquo actu sufficit, quod constet, nec requiritur protestatio secundum Rotam, licet communis sit in contrarium, nu. 2.*

DECISIO LXXIII. seu 6.

IMpedimentum ad hoc, vt excuset aliquem ab aliquo actu, quem tenebatur facere, veluti, vt publicaret resignationem, *iuxta regul. de publican. & similes,* sufficit, quod
1 †constet de eo, *vt per Ias. in l. properandum, §. sin auten. C. de iudiciis.* Et istam opinionem amplectitur Rot. tanquam æquiorem, licet non fuerit de illo impedimento protestatum, vt requiritur ex communi opinione de qua *in l. de pupillo. §. si quis ipsi pratori. ff. de ope. no. nunci. & per Alexan. ibidem, colum. 4. & in l. properandum, §. sin autem vterq; C. de iudi. & Iaso. in l. qui in aliena §. Celsus, nume. 26. de acquir. hered. & Fely. in cap. ex transmissa. colum. 2. de præscript. & per Sarnen. in regu. de publican. in 8. quæstione,* quam tamen communem opinionē
2 non † seruat Rota, prout tentum, & dictum fuit in vna Conchen. Capellaniæ de Belmonte 16. Nouembris 1552. coram Didaco dedella.

IMPERATOR.

SVMMARIA.

1 *Imperator, vel habens caussam ab eo, potest legitimare patre petēte filium sacerdotis, ēt in terris ecclesiæ, ex magis communi.*
2 *Legitimatio est actus voluntariæ iurisdictionis.*
3 *Legitimatio est actus Principis non patris.*
4 *Paris. consulendo sibi contrarius.*
5 *Legitimatio non requirit aliam caussam, nisi patris consensum, & quare, nu 6.*
7 *Legitimatio non requirit citationem, quando fit de consensu patris.*

DECISIO LXXIV. seu 1.

IMperator, vel habens caussam ab eo, potest filium sacerdotis patre petente, legi-
1 timare, †etiam in terris ecclesiæ, secundum magis communem opinionem, ratio est:
2 quia legitimatio est actus voluntariæ iurisdictionis in qua non consideratur, *l. 2, ff. de*
3 *offic. proconsul. & leg.* Et quia legitimatio est actus Principis, non patris, qui confertur in legitimatum patre petente, & pro decisione vide glo. *in § fina. in verb. participem, in authent quibus modis natu. effic. su. Bal. in l. & si cōtra. circa fin ver. sed nunquid Imperator. C. de nupt. Calderi. consilio. 3. in fin. qui fil. sint legit. Paul. de Castro in l. si quis post mortem, in princip. num. 2. vbi gloss. in versi quos adoptauit. ff. de lib. & posthum. & consil. 226. incipi. super primo quo quæritur, colum. 2. in l fin. secundum antiquam impressionem, in 2. par. Signoro in consilio. 127. incipi. Guilelmus de Placentia. Socin. in l. Gallus, §. forsitan. numer. 7. & sequen. versicul. quinto, & vltimo de libe. & posthum. & in consilio 63. colum. 1. num. 4. vers. sed posito. volum. 3. & consi. 47. num. 36. in vers. ad secundum, volum. 4. Dec. consil. 258. versicu. 3. non obstat. num. 10. & consilio. 250. num. 5. vers. nec obstat, quod sicut Paris. consilio. 8. & 10. nu. 19. volum. 2.* Licet contrarium † tenuerit, 4
in consil. 2. num. 24. & sequen. eodem vol. Et quia in supradicto casu interuenit patris † con- 5
sensus, ideo in legitimatione non est opus vt exprimatur alia caussa, *secundum Alexan. consilio. 180. colum. fin. versi non obstat septimum argumentum, vol. 5.* Quia dicitur inesse iusta 6
caussa, quando ad instantiam patris fit legitimatio. *Iaso. consil. 127. colum 6. numer. 6. versic. & quantum. volum. 4. Gozed. consil. 53. col. 6 num. 27. versi non obstat,* nec requiritur alia † cita- 7
tio. *Barbat. consil. 49 colum. 2. versi. modo in proposito. num. 9 volum. 2.* Et ita fuit decisum, in vna Romana hereditatis de Soderinis, coram Capisucco 28. Martii. 1552.

SVMMARIA

1 *Legitimare potest Imperator, vel habens caussam ab eo, clericum patre petente, etiam in terris ecclesiæ, & ratio.*
2 *Dispositio fauorabilis comprehendit ēt clericum.*
3 *Imperator volens legitimare, quo ad temporalia, potest etiam clericum in terris ecclesiæ, & nu. 5. ratio, nu. 4.*
6 *l. fin. de iurisd. omn. iud. non habet locum in voluntaria iurisdictione, quæ potest exerceri etiam in alieno territorio.*
7 *Clement. ne Romani. §. porro. de iureiuran. procedit in iurisdictione potestatiua, non voluntariæ iurisdictionis.*
8 *Intellect. ad capitu. si diligenti. de for. compet.*
9 *Prorogatio iurisdictionis fieri potest de patris cōsensu in legitimatione, cum possit bona proiicere in mari.*
10 *Clericalis ordinis non interest, quod clericus legitimetur ab Imperatore.*
11 *Clericus potest in laicum consentire, & submittere se consuetudini laicorū, quando non minuitur priuilegium clericale.*

DECISIO LXXV. seu 2.

IMperator vel habens caussam ab eo, potest in terris ecclesiæ legitimare clericum 1
patre petente, secundum magis communē, & ratio est: quia dispositio generalis fauorabilis † loquens, quod imperator possit le- 2
gitimare non subditum in terris ecclesiæ, comprehendit etiam clericum. *Dec. consil. 282 num. 8. Abb. in cap. ecclesia sancta Maria, num. 12. versi.*

12 *versic.u. si vere statutum vbi Felyn. colum. 13. versic.quaritur, & prius, & Deci.colum. 10. numer.27. 3. conclusione, de constitut. Hipp.de Marsil.singul.453.* Et quod legitimatio sit fauorabilis filiis, ponit Antonius de Rosel. *in tract. de legiti. numero quinto, versiculo plena legitimatio.* Accedat etiam, quod Imperator
3 † vel habens ab eo potestatem, si vult legitimare quo ad temporalia, potest etiam si talis legitimans esset constitutus in sacris,
4 quia priuilegium clericatus non debet ei nocere, *capitul. quod ob gratiam, de regul. iur.*
5 *in sexto*, & in terris † ecclesiæ viuente patre, & ad eius instantiam, potest, cum non inferatur alicui præiudicium. *Nicol. de Vbald. in tract. de succession. ab intest. numer. 107. & sequen. Paris. consil. o. 10. volumine secundo.* Nec
6 obstat lex fin. de † iurisd. omn. iud. quia non habet locum in voluntaria iurisdictione, quæ potest exerceri etiam in alieno territorio, nec consideratur in ea aliquod territorium, *Socin consilio.47 numer.35. versic. quibus præsup. volum. 4.* vbi dicit, communem
• esse hanc opinionem. Nec obstat Clem. *ne Romani §. porro. de iureiuran.* Vbi Imperator iurat non exercere quamcunque iurisdi-
7 ctionem in terris ecclesiæ, quia intelligitur de potestatiua, non autem de voluntaria iurisdictione, *vt per Ludo. a Sardis in tract. de legitimat. titulo de legiti. per rescriptum, questio. 10.*
8 *versicu. 10. quaritur*, nec in contrarium facit cap. si diligenti. de foro competenti. quia legitimare clericum non est illum subiicere potestati Imperatoris, sed est facere beneficium clerico, quod per Imperatorem non prohibetur fieri. Minus obstat quod non habeat locum prorogatio, quia nõ est
9 verum, † quando de consensu patris legitimatio fit, tunc enim cessat præiudiciũ consideratum, cum nemini iniuria inferatur, si legitimatio fiat de consensu patris, qui posset bona proiicere in mari. *Bald. in proœm. C. numer. 9. versicul. iuxta hoc quæro, & eum omnes communiter sequuntur.* Nec etiam inter-
10 est ordinis clericalis, vt clericus non legitimetur ab Imperatore, vel habente potestatem ab eo: imo est fauor, & ꝓpterea quã-
11 do non minuitur † priuilegiũ clericale, põt clericus in laicum consentire, & submittere se consuetudini laicorum. *Abb. consil. 33. colum. 1 & 2. versic. respectu. cum seq. & vers. quicquid sit. volu. 2.* Et ita fuit decisum post duas positiones, in caussa Romana hereditatis de Soderinis. coram Capisucco 2. Maii 1552. & 9. Maii eiusdem. Et hæc fuit confirmata per omnes in eadem caussa, coram eodem Capisucco 23. Iunii 1551. & 17. Octo. eiusdẽ.

SVMMARIVM.

1 *Imperator, vel habens caussam ab eo, an possit legitimare clericum filium clerici, patre petente, etiam in terris ecclesiæ.*

DECISIO LXXVI. seu 3.

IMperator † vel habens caussam ab eo, potest legitimare clericum filium clerici, patre petente, etiam in terris ecclesiæ. *Bald. in consil. 363. lib. 5 Nicol. de Vbal. de succes. ab intest. numer. 108. Cassad super consuet. Burgund. §. de success bastardi. num. 48. & vide Didacum decobar super 4. lib. decretal. in 2. par. c. 8 num. 18.* Nec obstat, quod sit clericus, quia ista qualitas, quæ non facit ad actum, non est considerabilis. Ita fuit dictum, sed non firmatum in caussa Romana hereditatis de Soderinis 17. Octo. *1552.* coram Capisucco. 1

SVMMARIVM.

1 *Imperator an possit legitimare in terris ecclesiæ non subditum, vide pro, & contra plures auctoritates, & num. 2.*

DECISIO LXXVII. seu 4.

IMperator, quod possit † legitimare in terris ecclesiæ, etiam non subditũ, tenet Iac. de Bel. *in authen. quibus mod. natu. effici. su. Ioan. And. in cap. per venerabilem. Qui filii sint legi. Bart. consi. 75. nu. 4. Bal in 1 const. Codi.* patre scilicet petente. *Ang. consil. 350. nu. 5. & seq. Paul. de Castr. consil. 125. numer. 1. volum. 2 Salyc in d. 1. const. C. num. 8. Card. in d. c. per venerabilem Cald. consil. 3. versic. 4 probatur. qui fil. sint legit. Beltrand. consi. 26. num. 10 cum sequ. volum. 3. in nou. Crot. in repet. l. Gallus, §. & quid si tantum, nu. 79. de lib. & posthu.* patre tamen petẽte. *Ias. cõs. 106. col. 3. volum. 5. Dec. consi. 307 num. 7. & consil. 207. num. 7. & versi. 52. num. 2. & consi. 150. col. 2. Pari. consi. 1. nu. 8. vol. 2. vbi dicit magis communem esse, quando petente patre. Nicol. de Vbaldis de successione ab intestato, nu. 102.* Matt. Laud. *in tract. legitimatio, nu. 99. & sequ.* videtur tenere cũ Bal. videlicet, patre tamen petente. *Anton. de Rossel. in tract. de legit. num 31. Restaur. in tract. de Imperat. q 102. num. 4. dicit communem esse. Præpositus ibidem, col. 81. versi. 2. An possit legitimare. Gozad. consi. 48. num. 7. Fulgos. consi. 168. colum. 3. referendo Iaco. de Bel. videtur idem tenere.* Contrarium † tenuerunt Abb. *in cap. per venerabilem, qui filii sint legitim. Bar. in l. in prouincia de rit. nupt. in l. prima. C. de iur. aure. annul. Felyn. in cap. auditis, de præscriptio. Imol. in cap. pastoralis. Paul. de Castr. consi. 343. Ancha. consi. 320 num. 2. Alexan. consi. 67. volum. 1. Corn. consi. 18. volum. 3 vel consi. 10. Afflict. in cap. primo, si de feud. fuer. contr. Ludouic. a Sardis, de natu. libe. quæstione octaua, priuileg. 3. numer. 1. Lucas de penna in l. eos, numer. 55. C. de his qui sponte. lib. 10. Curt sen consi. 73. Iaso. consi 70. volum. 3. Maria. Socin. in consil. 100. Deci. consil. 557. num. 14. Signorol. de homod. consi. 221. colum. antepenul. vers. præterea. Cassan. consil. 31. numer. 16. Rota decisio. prima, qui fil sint legi. in nou. sequitur Alexand. d. consil. 67. num. 8.*

est de mente Bartol. in d. l. qui in prouincia, & Io. And. Hostien. & Ant. in d. cap per venerabilem. Et ideo propter tantam Doct. varietatem. DD. nihil resoluerunt circa legitimationem clerici, filii clerici, & sic non subditi, in caussa Romana hereditatis de Soderinis 14. Nouembris 1552. sed remanserunt in alias decisis, quod Imperator possit subditum in terris ecclesiæ de consensu patris legitimare, & pariter filium clerici. Hæc volui ponere pro casu occurrenti, licet adhuc decisa non reperiatur.

IMPETRANS.

SVMMARIA.

1 *Impetrans ex quibus fuerit excusatus a regula de vero valore.*

2 *Fama publica excusat a pœna, regul. de vero valore.*

3 *Arrendamentum excusat a pœna, regula de vero valore: si esset verum.*

4 *Probationis difficilis est verus valor.*

5 *Fama sola probat in rebus difficilis probationis.*

Decisio LXXVIII. seu 1.

1 Impetrans fuit excusatus † a pœna, regulæ de vero valore, quia probauit valorē expressum per publicam vocem, & famam, & produxit tria arrendamēta prædecessorū, & nonnullos testes examinatos super eodē beneficio inter alias personas, probantes valorem expressum ex publica voce, & fama, & ratio fuit, primo: quia fama publica
2 excusat † a pœna regulæ, *secundum Bart. in l. si. ante finem, versi. item nota istam legem de hered. inst. & in vers. cum quidam, §. quid dicitur versic. item iusta ratio, de acquir. hered. Felyn. in cap. cum contingat. colum. 2 de præscriptio.* Secundo, quia
3 arrendamentum † etiam excusat, si esset verum. *Cassado. decisione 20 super reg.* Et ma-
4 xime: quia verus valor † est difficilis probationis, *secundum Cassado. decisione 19. super reg. Sarnen. quæst. 11. in princip. de val. exprim.*
5 in quo casu sola fama † solet probare. *Bart. in l. si quidem C. solut. matrim. & per Roma. consil. 66. colum. 2.* Et ita fuit tentum in caussa Lunen. Sarzan. coram Capisucco 16. Decembris 1552.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans certo modo, si non reperit aliquem possessorem beneficii certo modo impetrati, non incidit in regulam de impetrandi certo modo, & quare.*

Decisio LXXIX. seu 2.

Impetrans certo modo, si non reperit aliquem possessorem beneficii certo modo
1 impetrati, non † incidit in regulam de impetran. cert. mod. quæ facta est in fauorem possessoris, ita fuit hodie decisum in caussa Burgen. præstimonii de Torantis, coram Vestano 4. Maii 1551. Et in hac decisione fuit per dominos antiquiores dict. alias ita fuit decisum.

INCOLATVS.

SVMMARIVM

1 *Incolatus per habitationem 10. annorum in vrbe contrahitur, & de intellectu statutorum vrbis disponitur.*

Decisio LXXX. seu 1.

Incolatus de iure communi per † habita- 1
tionem 10. annorum in vrbe contrahitur, *l. 2. & ibi omnes C. de incol. li. 10.* Et quia in vrbe adsunt duo statuta, vnum positum lib. primo, *capit. 157. sub rubr. de ciuibus*, intelligendo pro Romanis, *& lib. 3. capit. 250. de foren. habendis pro ciuibus*, disponentia, quod mercatores, aduenæ, & alii forenses, qui habent in vrbe maiorem partem rerum mobilium, & immobilium, domum, & familiam, vt incolæ iudicandi sint, alias secus. Et ita fuit tentum die prima Iunii 1551. coram Accorambono, in vna Mediolanē. repræsaliarum.

INCOMPATIBILITAS.

SVMMARIA

1 *Incompatibilitas non inducitur per acceptationē beneficii incompatibilis, quādo quis habet dispēsationem ad vnum.*

2 *Clement. gratiæ de rescrip. intellect.*

3 *C. de multa, de prabend. intellectus.*

4 *Intellect. ca. ordinarii, de offic. ordinarii 6.*

5 *Intellect. cleme. si plures de prabend.*

6 *Iura noua correctoria, iuris antiqui non debēt extendi ad casum in dictis iuribus non expressum, etiam ex identitate rationis.*

7 *Iura noua, quando in vno non disponunt, debent remanere antiqua iura incorrecta.*

8 *Stare non prohibetur illud, quod non est immutatum.*

9 *Pœna priuationis, quo casu de iure non reperiatur imposita.*

Decisio LXXXI. seu 1.

Incompatibilitas non † inducitur per ac- 1
ceptationem beneficii incompatibilis, quando quis habet dispēsationem ad vnū, etiam ad quēcunq; curatum. Et in isto casu
non † procedit Clemen. gratiæ, *de rescript.* 2
nec † cap de multa de prabend. quia ponderant 3
initium temerariæ assecutionis secūdi beneficii incompatibilis, non autem loquuntur, quando secundum beneficium incompatibile fuit obtentum vigore dispensationis, quamuis ad tempus similiter: *in cap. † or-* 4
dinarii, de offic. ordin. lib 6. Et in clem. si plures † de 5
prabend. Ponderatur initium temerariæ assecutionis tertii incompatibilis, & nihil disponunt, quando ad tempus dispensatio conceditur. Vnde domini inferebant pri-
mo, quod cum dicta iura sint correctoria 6
iuris antiqui, videlicet, *cap. quia nonnulli, de cleri.*

cler. non residen. Non debent extendi ad casum in dictis iuribus non expressum, etiam ex identitate rationis. *Doctores in authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. Crot. in l. si constante, numer. 43. ff. solut matrim.*
7 Secundo, cum iura noua nihil in hoc disponant, debet remanere ius antiquum incorrectum, hoc est dispositio, *d. cap. quia nonnulli.* vt veniat priuandus vltimo beneficio obtento, *l. præcipimus in fi. C. de appellat.*
8 Nam illud, quod † non est mutatum, non prohibetur stare, & facit *consiliū Card. 132. in princip. & Felyn. in cap. quoniam frequenter, § porro. colum. 7. versicu. & si statutum priuat. vt lit. non contest.* Et sic quod illa tertia parochialis non vacat, attento, quod Antonius poterat retinere quartum beneficium, saltem ad annum, infra quem poterat renuntiare illud quartum, nec poterat vacare: quia si non habuisset dispensationem per annum, vtiq; illud quartum non impetrasset, neque iure cautum reperitur,
9 quod isto casu † inducatur pœna priuationis. Et ita fuit tentum die 14. Nouembris 1551. In vna Gebenen. parochialis de Minguella, coram Reomano. Hæc autem decisio fuit confirmata, coram Reomano die 2. Decembr. 1551. propter bonum initiū: & per supradictam.

INDVLTVM.

SVMMARIA.

1 *Indultum Cardinalis obstat nouæ prouisioni Papæ ob decretum irritans, de quo hic.*

2 *Indulto Cardinalis, quando sit derogandum, vt Papæ prouisio non sit nulla.*

DECISIO LXXXII. seu 1.

1 INdultum Cardinalis obstat † nouæ prouisioni Papæ, quia in eo adest decretum irritans omnes prouisiones, etiam per Pa-
2 pam factas, quo stante Papæ prouisiones † irritæ & nullæ sunt, quando indulto iam dicto in ipsa noua prouisione non est derogatum. *Paris. consil. 79 lib. 4.* Et ita fuit tentum in vna Ordinaten. parochialis die 18. Martii 1552. coram D. Augustino.

SVMMARIA

1 *Indultum in specie præfertur indulto in genere.*

2 *Papa derogare voluisse creditur indulto alicui concesso, quando illud sciebat, & contrarium concessit.*

DECISIO LXXXIII. seu 2.

INdultum Cardinalis de Cęsis continens, quod nullus possit cōferre beneficia vacantia per obitum suorum familiarium, non impedit prouisionem Cardinalis Tranen. vigore indulti sui, quod habet in specie, quod dicti Cardinales habent potestatem conferendi beneficia vacantia in diœcesi Duximana, etiam familiarium Cardinalium, licet non sit ordinarius collator. ratio fuit, quia specialiter fuit hoc cōcessum † 1
Cardinali de Cæsis, quod possit cōferre beneficia familiariū, si sunt sub diœcesi, in qua ipse posset conferre. Nā quādo Papa illud concessit, bene sciebat, Cardinales habere priuilegium, quod beneficia vacantia per obitum familiarium ipsorum non poterāt conferri, nisi de consensu eorum, & tamen voluit illud indultum Cardinali Tranen. 2
concedere, ita vt videatur voluisse † præiudicare Cardinalibus respectu familiaritatis, *argumento eorum quæ notantur per Cassad. decisio. 1. de priuileg.* Et ita fuit tentum die 26. Octobris 1554. In vna Auximana beneficiorum, coram Domino Oradino, *vt in eius lib. fol. 71.*

SVMMARIA.

1 *Indultum concessum per Innocentium, & Leonem, Regibus Scotiæ, de supersedendo per octo menses in conferendo Regni Scotiæ beneficia, non comprehendit prioratum Ordinis sancti Augustini.*

2 *Monasterii appellatione non veniunt prioratus, nisi de consuetudine aliud fuerit interpretatum.*

3 *Priuilegia a communi casu interpretantur, intellige a communi vsu curiæ Ro. nu. 4. & 6.*

5 *Monasteriorum appellatione de vsu curiæ veniunt illa, quæ habent Abbatem, & non Priorem.*

7 *Priuilegia sunt stricte intelligenda.*

8 *Priuilegia, quæ dantur Regibus odiosa, & ideo interpretanda veniunt, vt minus derogatum sit per illa iuri communi, & superioritati Pontificis.*

DECISIO LXXXIV. seu 3.

INdultum concessum per Innocentium, & Leonem Regibus Scotiæ, quo cauetur, quod occurrentibus vacationibus cathedralium ecclesiarum, & monasteriorum illius Regni excedentibus valorem 200. ducatorum Romanus Pontifex pro tempore exsistens ad prouidendum ecclesiis, & monasteriis huiusmodi ad minus per octo mēses post vacationem supersedere, ac Regis tempore exsistentis, interim literas, & humiles supplicationes durante dicto tēpore octo mensium exspectare debeat, vt illis intellectis salubrius per sedem Apostolicam ad prouisiones ipsas procedi possit, non comprehendit † Prioratum ordinis sancti 1
Augustini, quia appellatione monasterii, 2
non veniunt Prioratus. *Federic. consil. 145. colum. 9. versicu. 1. and d. Pontius.* Et hoc de iure, nisi aliter indultum fuerit de cōsuetudine interpretatiuum, quia priuilegia † a cōmu 3
ni vsu interpretantur. *Dec. cap. 1. colum. 6. num. 68. de post prælat.* Et interpretanda † sunt a 4
communi vsu huius curiæ, & expeditorum. *Innoc. in c. olim de verbo. signi. Abb. in c. certificari*

sepultur. Decius in cap. 1. colum. 3 numer. 26, de ap-
5 *pellatio.* In curia autem verbum † monasteriorum in similibus literis, intelligitur de his, quæ habent Abbatem, non de Prioratibus, vt est notorium: secūdum, quem stylum facienda est † interpretatio quarumcunque concessionum, *cap ex literis, de constitutio. Cassado. de appellat. decisio. 5. in fin.* Et quia
6
7 priuilegia sunt strictè † intelligenda, maxime ista, quæ dantur Regibus, quia sunt
8 † odiosa. *Rebuff super concordat in titu. de Regib. ad pelat. nominat. in princip. in gloss. in verb. cathedralibus. Felynus in cap. caussam quæ. numer. 25. de rescript. & Deci. in consilio. 113. in princip.* Ideo interpretanda veniunt, vt minus derogatum sit pro illa communi iuri & superioritati Pontificiæ. *Deci. consil 512. colum. fin. in fin.* Et ita fuit tētum 19. Martii 1554. coram Oradino, in vna sancti Andreæ Prioratus de Pettirren.

SVMMARIA.

1 *Indultum concessum episcopo, vt possit conferre beneficia vacantia apud sedem Apostolicā, non includit beneficia reseruata, duplici reseruatione, & quare.*

2 *Extensio non fit etiam ex maioritate rationis in diuersis similibus a casu expresso.*

3 *Verba quantumcunq; generalia non comprehendunt casum non expressum in his, in quibus Papa solet se difficilem reddere ad concedendum, & in quibus se difficiliorem reddere præsumatur.*

4 *Reseruationum plurium est facienda mentio in impetratione.*

DECISIO LXXXV. seu 4.

INdultum concessum episcopo, vt possit conferre beneficia vacantia apud sedem Apostolicam, non operatur, vt possit con-
1 ferre beneficia reseruata duplici † reseruatione, licet inter illas reseruationes esset vacatio apud sedem, quoniam ex illa specificatione facta in indulto, manifeste apparet, quod Papa noluit dare prouisionē de beneficiis reseruatis alio modo quam ex vacatione apud sedem, *argum. l. cum prætor. de iudic.* Et cum in indulto sit facta specialis mentio de vacantibus apud sedem, non videtur, quod comprehendatur in eo alia reseruatio diuersa, & dissimilis. *Rota. decisione 1. de offic. leg. in antiquis.* Et maxime, quia in diuer-
2 sis † similibus a casu expresso, non fit extensio etiam ex maioritate rationis, *secundum Antonium consilio. 151. in fi. quem refert, & sequitur Aym. consilio 6. numero vndecimo.* Accedat etiam, quia sumus in his, in quibus Papa solet se difficilem reddere, quo casu
3 verba † quantumcunque generalia non comprehendunt casum non expressum, *vt per Ioan. Monachum in cap. 1. in gloss. in verb. naturalium, de fil. presbyter. lib. 6. sequitur Bald. in cap. naturalis, in fi. in titul. si de feud. fuer. controuers.* Et pro singulari refert Veronensis *consi. vltimo colum. 2.* Quod autem Papa in istis reddat se difficiliorem ad concedendum, patet ex dictis per Felyn. *in c. in nostra. correlario sexto. de rescript.* vbi dicit, quod de pluribus † reseruationibus est facienda mentio, 4
alias impetratio esset ipso iure nulla *Calderin. consil. 7. Æneas de Falcium in tracta. reseruat. 4. part princip. 44. effectu.* Et ita fuit resolutum in caussa Burgi sancti Sepulcri, coram Domino Fabio Accorambono Decano, die 27. Aprilis 1551. *vt in eius libro fol. 103.*

SVMMARIA.

1 *Indultum concessum Cardinali de conferendo vbique beneficia ecclesiæ Cremonē. operatur effectum, etiam, quod Cardinalis esset absens, dūmodo de Papæ licentia.*

2 *Cardinales tenentur residere in vrbe sub pœnis priuationis indultorum, nisi cum licentia Papæ expressa absint, vel in ecclesiis resideant.*

3 *Licentia Cardinalis de recedendo ab vrbe probatur per vnum testem integerrimum in facto proprio, puta quia ipse obtinuerit a Papa licentiam.*

4 *Licentia Cardinalis de discedendo ab vrbe probatur per duos testes deponentes de publica voce, & fama.*

DECISIO LXXXVI. seu 5.

INdultum concessum Cardinali Rauenaten. vt possit vbique conferre beneficia ecclesiæ Cremonen. operatur † effectum 1
suum, etiam, quod Cardinalis esset absens, dūmodo absens esset de licentia summi Pōtificis, ita vt prouisus ab eo de parochiali vacante in ciuitate Cremonæ obtinere debeat, etiam, quod nec in Rocur. resideret, iux. decretum consistoriale, emanatū a felic. reco. Paulo tertio die 18. Februarii 1547. quod fuit extractum, *ex cap. fi. de rescript. in 6.* quo cauetur, quod Cardinales † residere 2
deberent, & tenerentur in Rom. cur. quod si non fecerint, declarauit ipsos priuatos esse ipso facto durante tali absentia omnibus indultis, & priuilegiis, quib. alii Cardinales gaudent, & gaudere possint, nisi expressa licētia Papæ apud ecclesiam metropolita. seu cathedralē, vbi præfuerint, resideant, ac subiaceant aliis pœnis arbitrandis, & reuocauit omnes licentias hactenus concessas, decernens, quod licentiæ nulli suffragētur nisi permaneant apud Cardinales, & metropolitanos præfatos. Ratio autē decisionis fuit, quia Cardinalis Rauenaten. degebat in ciuitate Florentiæ cum licentia Papę, cum derogatione dicti decreti, & hoc probatur per vnum testem † integerri- 3
mum, qui erat orator Imperatoris, & depone-

ponebat de facto proprio, cum ipse fuerit ille, qui petierat, & obtinuerat licentiam a sanctissimo D. N. eidem tradendam. *Alexand. consilio. 197. numer. col. .... 7. Dec consil. 342. colum. 1. & 650. colum. 2. Afflict. decisio. 349. nu.*
4 *6.* Probatur etiam per duos testes † deponentes de publica voce & fama, quod Papa dederat licentiam de stando Florentiæ, & sic cõtra. Nec obstat illud, quod dicebatur, quod Cardinalis fecit contra decretum cõsistoriale Pauli, & quod licentia erat vaga, quia imo erat certa de stando Florẽtiæ & sic derogatũ fuit decreto, cum nõ posset stare Florentiæ, & in cathedrali seu metropolitana, Quare remoto decreto remanebat indultum, quod habet, quod vbiq; cõferre possit. Et ita tentum fuit in vna Cremonen. parochialis de Piciardis vltima Maii *1552.* coram Reomano.

SVMMARIA.

1 Indultum per qua verba excludat quascũq; gratias exspectatiuas.

2 Indultum non expeditum dicitur authenticum, si minuta illius fuit reperta in secretaria Apostolica inter alias minutas indultorum expeditas & quare.

3 Præsumtio, quod scriptura in secretaria potuerit per alios offerri, non militat in secretaria Apostolica propter custodiam officialium publicorum.

4 Prouisio alicui facta vigore gratiæ exspectatiuæ est nulla stante indulto cum decreto irritanti de quo hic.

DECISIO LXXXVII. seu 6.

1 INdultum concessum episcopo Genuen. excludit † quascunque gratias exspectatiuas speciales, vel generales, & reseruationes etiam mentales. Nam hæc sunt verba indulti, videlicet, perinde ac si collationes, & commendæ nostræ gratiæ exspectatiuæ non emanassent, & seu non emanarent. q. indultum, licet non appareat expeditum, non ideo potest dici, quod non sit in forma
2 probanti, cum minuta illius indulti fuit reperta in secretaria Apostolica, inter minutas indultorum expeditas, quod propter loci auctoritatẽ authẽtica reputatur. *Alex. in authen. si quis in aliquo colum. 3. versic. 6. fallit. C. de eden. & ibi Deci. numer 23. versiculo 6. fallit, & idem Deci. in cap. cum caussam, numer. 7. versic. 4. fallit, de probatio. & Roma. consilio. 105.* Nec obstat dicere, hoc non sufficere, cum potuerit ibidem per aliquem priuatum afferri, & reponi, quoniam huiusmodi præsumtio
3 posset militare † si dicta secretaria non esset custodita per officiales publicos, *secundum Deci in cap. cum caussam, numer. 9. in d. § l. mita, de probationibus.* Sed quia secretaria erat bene custodita, probat minuta in d. secretaria reperta, & custodita. Ideo prouisio facta Martino vigore gratiæ exspectatiuæ, stante d. indulto † est nulla propter decretum irritans. Et ita fuit tentum, die 12. Octobris *1551.* coram Accorambono in vna Genuen. de Torre al Campo. 4

SVMMARIA.

1 Indultum concessum episcopo de conferendo beneficia vacantia in omnibus mensibus ad suam collationem spectantia, non tollit alternatiuam eidem episcopo antea concessam, conferendi beneficia ad sua, & capituli collationem pertinẽtia & ratio.

2 Indultum non tollit primam gratiam, quando non est omnino contrarium, & incompatibile cũ indulto.

3 Gratiæ quando non sunt contrariæ, sed diuersæ, vna non tollit aliam.

4 Verba indulti, ad tuam collationem tantum, capit beneficia spectantia ad ordinarium sine communione alterius.

5 Canonicatus cum præbenda an sint ad collationẽ episcopi, & capituli simul.

6 Alternatiua nititur iuri communi, cum tollat obstacula tantum.

7 Alternatiua non censetur sublata per regulam reuocatoriam facultatum, & quare.

8 Priuilegium non tollit priuilegium.

DECISIO LXXXVIII. seu 6.

INdultum concessum episcopo Calciatẽ. sub his verbis, vt possit cõferre beneficia vacantia in omnibus mensibus ad suam collationem spectantia, non tollit † alter- 1
natiuã eisdem antea concessam, quæ dabat potestatem episcopo conferendi beneficia ad suam, & capituli collationem pertinentia: & ratio est, quia indultum secundo loco non erat omnino contrarium, & incompatibile, cum alternatiua primo loco concessa, sed erat diuersum, & ideo non tollit primam gratiam, sed vtraque valet. *Barto. quem omnes sequũtur in l pactu nouissima C. de pactis, & ibi latius Purpur. colum. 2. versic. vltimo ponderetis, & Decius ibi colum. 1. versicu & supradicta omnia procedunt, & consilio. 97.* † *& consilio. 195.* 2
colum. 2. Cum igitur gratiæ † non sint con- 3
trariæ, sed diuersæ, vna nõ tollit aliam. Verba autem indulti † ad tuam collationem 4
tantum, capit beneficia spectantia ad ordinarium sine communione alterius, *cap. cum in illis. § fi. & ibi Gem & Franc. notant post omnes de præbend. in 6.* Canonicatus cum præbenda † non est ad collationem episcopi tantum, 5
sed capituli, & episcopi simul, iuxta alternatiuam. *Rot. decisio. 4. de concesf. præben. in no. Abb. in cap. cum ecclesia Vulteran. de elect. Cassad. decisio. 22. de præbend.* Et ideo erant diuersæ gratiæ, non autem contrariæ, & sic indultum non tollebat alternatiuam, & eo ma-

6 xime: quia alternatiua † nitebatur iure communi, cum tolleret obstacula tantum. *Cassad. decisione 8. numer. 6. de prabend.* Et alias
7 fuit decisum, quod per regulam † reuocatoriam facultatem conferendi, non dicebatur sublata alternatiua, cum niteretur
8 iuri communi, & priuilegium † non tollit priuilegium. *Decius consilio. 197. colum. 3. vt per Purpu. in d. l. pacta nouissima, numer. 35 & omnes in cap. 1. de rescript.* Et ita resolutum per dominos die 9. Decembr. 1552. coram Guidobono in vna Calciaten. pensionis.

SVMMARIA.

1 *Indulta Cardinalium capiunt etiam beneficia patrimonialia.*

2 *Beneficia patrimonialia sunt ad collationem ordinariorum, licet teneãtur ordinarii illa cõferre filiis patrimonialibus.*

3 *Cardinales succedunt loco ordinariorum in collatione beneficiorum patrimonialium.*

DECISIO LXXXIX. seu 8.

INdulta Reuerendissimorum sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium, capiunt et-
1 iam beneficia † patrimonialia. Et ratio est:
2 quia illa beneficia sunt ad collationem † ordinariorum, licet teneãtur ordinarii illa cõferre filiis patrimonialibus. Et cum Cardinales habeant indulta ad beneficia, quæ sunt ad collationem, prouisionem, & quamcunq; dispositionem ordinariorum, sequitur, quod capiant beneficia patrimonialia,
3 quia ipsi † succedunt in locum ordinariorũ, & tenentur seruare omnia, quæ ordinarii seruare tenebantur in collatione illorum beneficiorum. Et ita fuit alias decisum 24. Octob. 1544. *lib. 2. decis. incip.* fuit dubitatum in vna Burgen. beneficii de Quintanauida, coram Pighino, an indultum Cardinalis de Burgos, coram Puteo in vna Burgen. beneficii prædicti per Alfonsum de Roias cõtra Alfonsum Ruya, & nouissime fuit decisum idem in alia Burgen. dimidiæ portionis de Corro, coram episcopo Montisflasconen. Lunæ 19. Decembris 1552. *vt in eius libro fol. 78.*

INFAMIS.

SVMMARIA

1 *Infamis infamia iuris, vt quis dicatur, requiritur sententia condemnatoria de crimine famoso.*

2 *Infamia non probatur per testes dicentes aliquem fuisse ductum ad furcas.*

3 *Scriptura requiritur ad probandam sententiam nec per testes probatur, nu 4.*

DECISIO XC. seu 1.

INfamis infamia iuris ad hoc, vt quis dica-
1 tur, requiritur sententia † condemnatoria de crimine famoso quod infamat, *l. fur-*
2 *ti. ff. de his qui not. infam.* Nec testes † probantes illum ductum fuisse ad furcas probant infamiam, cum de necessitate non sequatur, quod processerit sentẽtia, pro qua † re- 3
quiritur scriptura, *toto tit. C. de sent. ex bre. reci.* Et ideo per † testes probari nõ potest. *Lanfranc. in c. quoniam contra nu. 72. de probat.* Et ita 4
fuit tentum die 1. Iunii 1551. in vna Bononiẽ. testamentaria, coram D. Augustino.

INFIRMITAS.

SVMMARIA.

1 *Infirmitates minuentes ætatem in coadiutoria, debent esse tales, quæ præstent impedimentum perpetuum, licet cum aliquo interuallo quietis.*

2 *Leuis febricula, vetus quartana, aut modicũ vulnusculum non sunt in consideratione.*

3 *Debilitas narrata in coadiutoria quomodo intelligatur.*

DECISIO XCI. seu 1.

INfirmitates, quæ possunt minuere ætatẽ in coadiutoria, debent esse tales, † quæ 1
præstent impedimentum perpetuum, licet cum aliquo interuallo quietis, *cap. 1. vbi Archid. post Io. And. de cler. agrot in 6. Io. And. Imol. & alii in c. quoniam frequenter, vt lit. non contest. & in c. fi. nu. 9. de clc. agrot.* Et leuis † febricula, 2
vetus quartana, aut modicum vulnusculũ non sunt in consideratione, *l. 1. §. sciendũ ff. de adil. edict.* Debilitas enim narrata in coadiutoria, intelligenda † est de ea, quæ de per se 3
aggrauat corpus sine spe futuræ prosperitatis. *Fely in c. quoniam frequenter, nu. 6. ad fi vt lit. non contest.* Et ita fuit tentum in caussa Tolleta. Prioratus de Castineto, coram D. Chissanen. die 23. Martii 1552.

INHIBITIO.

SVMMARIA

1 *Inhibitio conceditur in re immobili loco sequestri.*

2 *Sequestrum datur pro dilapidatione rerum immobilium.*

3 *Inhibitio Rotalis siue iusta siue iniusta tenet, & facta post illam sunt attentata.*

DECISIO XCII. seu 1.

INhibitio conceditur in re immobili loco sequestri, *Iaso. in l. si † fideiussor, §. si satisda. numer. 31. ff. qui satisf. cog.* Sed in re mobili, † pro 1 2
dilapidatione bonorum datur sequestrum. *gloss. in l. Imperatores, in fi. de appellat. Abb. in ca. penulti. numer. 22. de sequestr. pos. & fruct.* Vide quæ dixi *infra in verbo sequestrũm,* & quæ fue- 3
runt decisa in caussa Senogalien. castri procozzoni, coram Vestano die 1. Iunii. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis siue iusta siue iniusta tenet, & facta post illam dicuntur attentata.*

DECISIO XCIII. seu 3.

INhibitio Rotalis siue iusta siue iniusta tenet, & facta post illam dicuntur attentata: 1
l. 1. §. 1. ff. de ope. no. nunt. c. significantib. de appella.

Rot.

Rot. decis. 366. in antiq. Et ita fuit tentum in caussa Recanaten. beneficii sancti Petri, coram Accorambono, die 22. Iunii 1552.

INSTITOR.

SVMMARIA

1 *Institor potest defendere caussam contra principales suos institutam, quando est circa concernentia suam institoriam, & nu. 5.*

2 *Institor potest nomine Domini conueniri ad arbitrium contrahentium, qui contra, vel Dominum vel institorem experiri valent, & nume. 3.*

4 *Intellectus l si cum, § item si seruus, ff. de exerc. actio.*

DECISIO XCIV. seu 1.

1 INstitor potest † defendere caussam contra principales suos institutam, quando est super concernentibus suam institoriã, 2 Et ratio est, quia si potest † nomine Domini conueniri, *l. 1. ibi ipsum autem institorem vel alium conuenire posse, ff de instit. Alb. & Ang. ibi-* 3 *dem,* cum sit in facultate contrahentiũ conuenire Dominum, vel institorem, *d. l. ff. de instit omnes in l institorem, ff. si cert pet.* & sunt etiam aper. iura, *vt l. 1 § est aũt nobis electio. & in § hæc actio & in l. si cum § item si seruus, ff. de exer-* 4 *ci act.* qui tex. licet loquantur † in exercitoria, habent etiam locum in institoria, *vt dicit Bal. in in l. 1. C. de exercit. Alexand. in addit. ad Bar. l. 1. ff. de instit.* sequitur ergo, quod sicut potuit conueniri, ita & caussam defendere. *l. 2. C. de instit. Afflict. decis.* 64. Et ita fuit tentum in vna Portugallen. pecuniaria, coram D. Capisucco die 22. Iunii 1552.

INSTITVTIO.

SVMMARIA

1 *Institutio beneficii patronatus inualida est, non propositis edictis.*

2 *Intellectus cap si. de elect in 6.*

3 *Ægid decis. 620. exploditur.*

DECISIO XCV. seu 1.

1 INstitutio inualida † est, quando fit per ordinarium super præsentatione patronorum in beneficio de iure patronatus, & non fuerunt proposita edicta, nec fuit seruata 2 forma, *c. si. de elect in 6.* qui tex. procedit † et- 3 iam in præsentatione, licet loquatur in electione. *Lap. alleg. 8. nu. 5. Lamber in tract iurispatron. lib. 2 par. 2. articu. 13. car. 309.* Et quamuis Ægid. decis. 610. videtur tenere contrariũ, tamen resolutum fuit meo tẽpore pro nullitate institutionis, quia non fuerunt apposita dicta: prout fuit tẽtum in vna Spoletan. Capellaniæ, die 29. Maii 1551 coram Domino Capisucco.

SVMMARIVM

1 *Institutio an valeat si facta sit post mensem statutum a testatore lite orta & durante in dicto mense?*

DECISIO XCVI. seu 2.

INstitutio facta per ordinarium post mensem statutum a testatore & fundatore iuris patronatus, qui voluit in fundatione, quod post factam præsentationem, immediate infra mensem instituerer ordinarius, valet, † & tenet licet super pſentatione orta 1 esset lis, qua pendente, ordinarius instituere non potuit, *ca quoniam, cap. eam te, cap. cum propter, de iur. patron. & Ioan. Andr. in cap. cum eos. de offic. ordi. & in d. ca. quoniam, ver. quicquid prædixerim & ibi Card. quæst. 9. de iur. patr. Lap. alle. 77. col. penul.* Et ita fuit tentum, die 15. Iunii 1551. coram Accorambono in vna Vercellen. Capellaniæ.

INSERTVM.

SVMMARIVM

1 *Insertum facultatis testandi in testamento, non probat facultatem testandi.*

DECISIO XCVI. seu 1.

INsertum facultatis testandi in ipso testamento, non probat † facultatem testandi, 1 *authen si quis in aliquo C. de eden.* Et ita tentum fuit die 15. Iunii 1551. coram D. Augustino in vna Florentina pecuniaria.

INSTRVMENTA.

SVMMARIA

1 *Instrumento non defectiuo est adhibenda fides, dato quod aliud sit defectum in loco, & num. 4.*

2 *Intellectus decisionis, de qua hic.*

3 *Notarius post datum instrumentum mundum, non potest aliquid immutare circa substantialia parte non citata.*

DECISIO XCVII. seu 1.

INstrumenta duo producta, quorum vnũ habet locum, alterum est defectiuum in loco, illi instrumẽto non defectiuo est † adhibenda fides, non autem defectiuo; cum 1 instrumenta non sint gratia, & sint emanata ab eodem notario, & licet in vna † Vlysbon. 2 fuerit decisum contrarium, tamen fuit dictum, quod ibi instrumenta erant contraria de directo, & notarius † postquam dedit instrumẽtum, non poterat aliquid immutare circa ipsa substãtialia, nisi citata parte. *Doct omnes in l si librar ff. de reg. iur.* Et ꝙ detur fides instrumento bono † quando duo producũtur tex. *est in l quoties, ff. de reb. dub.* Et ita 3 fuit tẽtum in vna Tolletana parochialis, coram D. Augustino die 30 Maii. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta, quæ non habent locum loci in Hispaniis sunt valida de consuetudine, licet cõtrarium sit de iure, nu. 2.*

DECISIO XCVIII. seu 1.

INstrumenta, quæ non habẽt locum loci in Hispaniis sunt valida, quia talis est cõ- 1 suetudo in Hispania, vt nõ apponatur locus loci in instrumentis, licet cõtrarium sit

de iure. *Rot. decisio. 738. in antiq.* Et ita fuit tentum coram Oradino in vna Hispalen. canonicatus, & præbend. die *3.* Nouembris *1555.*

SVMMARIVM.

1 Instrumenta producta, parte nō citata, ad dicendum contra, non probant, nec etiam probant si non fuerunt recognita, nu. 2. Intellige parte opponente, alioquin secus nu. 2.

DECISIO XCIX. seu 3.

1 INstrumenta producta, parte non citata † ad dicendum contra, non probant. *Rota decisio. 2. de rescript. in nou. vbi Moderni. in additio. Fely. in cap. quoniam contra, num.* 40. *de prob. Cassado. decisione* 8. *num.* 6 *de rescrip.* Nec etiam
2 probant † si non fuerunt recognita. *Innoc. in cap.* 1. *de fid. instrument. Oldra consil.* 227. *num.* 6. *Socin. consil.* 33. *num.* 1. *versic.* 2. *conclusio. libro* 1. *Paris. consil.* 115 *nume.* 4. *lib.* 4. Quod tamen in-
3 telligendum est † si pars opponat, *secundum Doctores in authen. si quis in aliquo C. de eden.* Secus est, si non opponat pars citata. Et ita fuit tentum die *13.* Nouembris 1554. in vna Tolletana canonicatus, coram Domino Oradino.

SVMMARIA

1 Mandatum secundum ad resignandum an & quando faciat fidem.
2 Testes reprobantes instrumentum, debent esse omni exceptione maiores, & eorum dicta debent necessario concludere, & reddere rationem, numer. 3.
4 Testis examinatus parte non citata, nec in iudicio, etiam cum iuramento non probat.
5 Præsumendum est in dubio pro notario.
6 Diuersitas personarum quid operetur.

DECISIO C. seu 4.

INstrumentum mandati ad resignandum beneficia in manibus Papæ in fauorem Raymundi facta exstitit per Attilium Rectorem beneficiorum: deinde idem Attilius fecit alium procuratorem ad resignandum dicta beneficia in fauorem alterius personæ, in quo secundo mandato fuit positus pro teste Raymundus, qui postmodū negauit se fuisse præsentem dicto secundo instrumento instrumenti: qua negatione non obstante fuit dictum, quod secundum
1 mandatum facit fidem, † tum quia Raymūdus habet interesse, & sic non est omni ex-
2 ceptione maior, prout † testes reprobātes instrumentum esse debent. *Bar. in l.* 1. *§ si quis negat. nu.* 12 *in fin. versi. & requiritur, ff. quemad. test. aper. Alexand. consi.* 35. *num.* 2. *&* 3. *volum.* 7. *Corne. consi.* 261. *versi. item dico. volum.* 4. *Dec. cōsil* 101. *colum. penult. vers. præterea. Ias. consilio* 13. *colum.* 6. *versic.* 3. *principaliter, volum.* 7. *Ioan. de Anan. consil.* 97. *volum.* 1. *versi secundus casus. Paul. de Castr. consil* 261. *num.* 5. *volum.* 2. Et eorum dicta † debent necessario concludere, 3
& reddere sufficientem caussam sui dicti. *Alexan. consil.* 53. *num.* 2. *Felyn. in cap cum Ioannes, num.* 44. *vers.* 5. *declara. de fid. instrum.* tum etiam † quia non est formiter examinatus 4
parte citata, & in iudicio cum iuramento. *Abb. in cap. cum Ioannes, nume.* 13. *vers.* 3. *nota. de fid. instrum. Felyn. num.* 42. *vers. declara. & Deci. consil.* 101. *in princ. &* 220. *nume.* 9. *& Alexand. consil.* 43. *nume.* 13. *volum.* 4. Accedat, quod in dubio pro notario † præsumendum est, sed 5
si appareret de diuersitate † personarum, 6
tūc secus esset. Nam hoc casu Domini magis inclinarent pro Raymundo. Ita vt Sebastianus teneretur probare præsentiam ipsius Raymundi. Et ita fuit tentum die 5. Nouembr. 1554. in vna Gerunden. sacrestiæ, coram Oradino.

SVMMARIA

1 Instrumenta extracta ex processu facto in alia caussa inter alias personas lite ista pendente, non sunt in forma probanti, nec faciunt fidem.
2 Fraudibus via aperiri non debet.
3 Iuribus in alia caussa productis, quando detur fides.
4 Innocentiana non loquitur lite pendente.

DECISIO CI. seu 5.

INstrumenta extracta ex processu facto in 1
alia caussa inter alias personas, lite ista pēdente, non sunt in forma probanti, & non faciunt fidem, quia res inter alios acta. *& rubr. & nigr. C. res int. ali act. & l. secunda, quibus res iud. non noc. cap cum inter dilectos de fid. instr.* Et in instrumentis productis inter alios, *late ponit Afflict. super constituti. Regni. in const. inci. instrumentorum robur. fol.* 202. *colum.* 4. Et quia via fraudibus aperitur, quod † fieri non de- 2
bet, *cap. fina. de renuntiat. in* 6. *Cagnol. in l. ea est natura, ff. de regul. iur.* Et quamuis aliquando detur † fides iuribus in alia caussa produ- 3
ctis, hoc procedit, quando illa iura sunt extracta ante litem, per Innocentianam, & Innocentiana non loquitur lite pendente. 4
Et ita fuit tentum die 22. Maii 1552. in vna Tirasonen. canonicatus, & præben. coram Domino Achille.

SVMMARIA.

1 Cassatum instrumentum mandati in broliardo cum vna linea, prout cassantur omnia acta in manuali, an præsumatur per errorem notarii, & possit denuo extendi, & quare, num. 2.
3 Cassatura demonstrat instrumentum esse reportatum in manuali.
4 Cassatura vnius partitæ si reperitur in libro mercatorum, præsumitur reportata.

DECISIO CII. seu 6.

INstrumentum mandati descriptum in broliardo, & cassatum cū vna linea, prout cassantur omnia acta in manuali, si non reperitur

peritur reportatum in manuali, vel registratum in regestro, præsumitur † per errorem omissum per notarium, & potest quãdocunque extendi, quia habet testes, † & positum est inter alia acta publica: nec aliquid facit cassatura † illa, quia demonstrat instrumentum esse reportatum in manuali, vt fieri etiam videmus in libris † mercatorum, quando vna partita cassa, reportatur in alio libro. Et ita fuit tentum, coram Domino Capisucco die 20. Maii 1592. in vna Vlixbonen. parochialis de penna.

SVMMARIVM.

1 Instrumentum substitutionis, procuratoris, quo casu non valeat.

DECISIO CIII. seu 7.

1 INstrumẽtum substitutionis † procuratoris non valet, quia non apparet, quod sit factum apud acta notarii caussæ, nec constat, quis fuerit notarius rogatus de huiusmodi substitutione, nec minus, in quo loco confectum sit. Et ita tentum die 12. Iunii 1551. corã Domino Capisucco in vna Oscen. de Paulis.

SVMMARIA

1 Instrumentum non habens notarii subscriptionem, nec rogitum, non est in forma probanti, maxime, quando subdelegatus ad extrahendum fecit de prædictis mentionem, nu. 3.

2 Instrumentum non dicitur publicum, sine subscriptione notarii.

DECISIO CIV. seu 8.

1 INstrumentum non habens notarii subscriptionem nec rogitum, non est † in forma probanti. Nã vt dicatur publicum: re-
2 quiritur † subscriptio publici notarii. *Barto. in l. si quis ex argentariis, §. si initium, colum. 4. q. 1. ff. de edend. Fely. in cap. 1. num. 18. de fid. instrumen. Dec. in d. c. 1. nume. 5. de rogitu. ponit idem Fely. in eo. cap. 1. num. 20. & Dec. num. 16.* Et præsertim quoniam exsecutor subdelegatus ad extrahendum dixit, † volumus dicto instru-
3 mento plenam fidem adhiberi, & propterea iussimus subscriptionem notarii, & sigilli nostri appensione muniri, & tamen nec subscriptio, neque sigillum aderant, & propterea tentum est, quod dicto instrumento non est adhibenda aliqua fides, die 20. Apr. 1551. coram R. D. Baren. in vna Tolletana decimarum.

SVMMARIA

1 Instrumentum factum a patre inter filios, in quo pater disponit de bonis suis iudicatur vt fructus pro victu, & num. 2.

3 Contractus inter viuos, dicitur instrumentum patris inter liberos, quando est clausula, promittens non reuocare etiam ex caussa ingratitudinis.

DECISIO CV. seu 9.

INstrumentum factum a patre inter filios, in quo pater disponit de bonis suis, iudicatur vt donatio † inter viuos, non autem, 1
quod habeat vim diuisionis hereditatis in vltima voluntate, quando pater facit actus, qui habent effectum de præsenti, vtputa consignando fructus pro victu, & ideo iudicatur vt contractus † inter viuos. 2 *Bald. in l. 3. in fin. C. pro donato. Alexa. consil. 2. & 3. volum. 3. Socin. in consil 4. colum. 1. in fi. volum. 1. Caccial. in l. frater a fratre, q. 21. ff de conditio. indeb.* Insuper, quando in instrumento adest clausula, in qua ꝓmittit non reuocare, etiã ex caussa ingratitudinis, quia tunc etiam † iudicatur 3
vt contractus inter viuos, non autem vltimæ voluntatis. *Dec. consil. 335. & Curt. iun. consi. 59.* Ita tenuerunt Domini in vna Romana domus, & viridarii, coram Reuerend. Domino Montisflasconen. Veneris 4. Nouẽbris. M.D.LII.

SVMMARIA

1 Instrumento per reum producto statur, duobus instrumentis productis parib. in die, & data.

2 Actor probare tenetur instrumẽtum suum esse efficacius.

DECISIO CVI. seu 10.

INstrumenta duo contraria vel diuersa, si sunt paria in die, & data, nec appareat de anterioritate vnius, magis quam alterius, statur instrumento † per reum producto, 1
quia actor † probare tenetur instrumentũ 2
suum esse efficacius, *ad doctr. Bal. in l. de rebus. C. de donatio. ant. nupt. & per Boer. decisio. 252. nu. 9.* Et ita fuit tentum in Rota super anterioritate supplicationum impositionis pensionis, in vna Latinensis pensionis coram D. Decano, 9. Decemb. 1552. quæ decis. fuit firmata 19. & 23. Decembris. 1552.

INTERDICTVM.

SVMMARIA

1 Interdictum adipiscendæ possessionis datur, quãdo constat de titulo.

2 Voluntas partium declaratur etiam ex titulo inutili.

3 Actus in dubio gestus videtur vigore tituli.

DECISIO CVII.

INterdictum adipiscendæ possessionis datur, quando constat † de titulo, quod pro- 1
cedit: etiamsi titulus esset inutilis, quia etiã ex titulo † inutili declaratur voluntas partium, & actus † in dubio videtur gestus vi- 2
gore tituli præcedentis, *l. quadam mulier, ff. de rei vindic. & per Socin. consil. 13. num. 16. vol. 4. ac Curt. iun. consil. 168. num. 33.* Et ita tentum in vna Burgen. Iurispatronatus sanctæ Dorotheæ coram Reuerend. Domino Decano, 1. Iulii 1552. 3

INTERESSE ET DAMNA.

SVMMARIA

1 *Interesse & damna, quando non debeant solui.*
2 *Interesse dupliciter dicitur.*
3 *Mora regularis quæ, & quæ irregularis.*
4 *Protestationes euentuales, & incertæ nihil operantur.*
5 *Impetrans vt ius acquirat, debet prius pro parte sua adimplere.*
6 *Morosus non dicitur, qui est impeditus facto aduersarii.*
7 *Mora quo casu non dicatur inducta.*
8 *Recipiens debet sibi excomputare omnia, quæ recipit.*
9 *Mora quando non dicatur inducta.*
10 *Mora impeditur si quis habet legitimam exceptionem puta compensationis, vel etiam retentionis.*
11 *Oblatio licet verbalis, in iudicio facta, operatur vim consignationis extra iudicium, maxime si aduersarius non replicauit*
12 *Litigare licet super tota summa occasione partis, si aduersarius non acceptat se velle recipere partem debitam.*
14 *Cornei consilium 263. volum. 5 confutatur.*

DECISIO CVIII. seu 1.

INteresse, & damna de iure communi Piperarii soluere non tenentur † Vincentio,
1 etiam si pro sua parte adimpleuerit promissa. Nam quem teneri ad interesse dupliciter † contingere potest aut ex interpellationibus, ex quibus constituitur mora regularis aut ex implemento, & obseruatione pro parte Vincentii, ex qua contrahitur mora irregularis, prout declarant omnes, & præsertim Socin. *in l. de diuisione, ff. solut. matri. Bar in l. curabit. C. de actio. emt. l. lecta. vbi idem Barto. & alii. ff si cert pet. l nuda. C. de contr. stipulat. l pacta quæ pœnam. C. de pact. Dec. in ca. cũ venerabilis. de excepti.* Nec obstant protestationes Vincentii, quia fuerunt euentuales, & incertæ, & Piperarii non potuerunt deliberare aliquid soluere, quia Vincentius dicebat ipsos nihil debere vigore conuentionis nullæ, & sibi fuisse satisfactum de omnibus, quæ prætendit, *secundum Alexand. in consil. 18 num. 21. & seq. lib. 5* Et quia Vincentius interpellans debebat † ipse pro parte sua adimplere, *l. Iulianus. §. offerri, ff de actio. emt.* Et quia Piperarii † erant impediti facto Vincentii non implentis. *Bart. in l amplius nõ peti. ad fin ff. rem rat. hab.* Nam debebat acquiescere conuentioni, reddere rationem de gestis, videlicet de residuis partibus, & cõsignare non exacta debita per cessionem actionum, & ideo non fuit † inducta mora, *vt concludit Socin consilio. 180. colum penultima, versic. 3. etiam excusantur, & ita dicit Hostien in summa de pœnit. & remissio. colum 3. vers. quid de. Ias in l. si pretium. C. de procurator. cum simil.* vbi habetur, quod recipiens † debet sibi excõputare omnia, quæ recipit, & ante liquidationem † nulla contrahitur mora. *Bald in l. acceptam, in 6 opposi C. de vsur. Afflict. deci. 205.* prout impeditur † mora, si quis habet legitimam exceptionem, puta compensationis, vel etiam retentionis. *Ias. in l secunda, nu. 19 C. de iur emphyteo.* stante maxime oblatione, & interpellatione piperariorum facta in iudicio, in qua interpellarunt Vincentium ad huiusmodi calculum, & compensationem faciendam, quæ oblatio † licet verbalis, tamen, quia facta fuit in iudicio, operatur vim consignationis extra iudicium, *vt per Bart. & Alex. in l si rem alienam, § si ff de pigno acti Bart. in l. item liberatur, §. primo quibus modis pign. vel hypot gloss & Docto in l creditores. C de pigno acti. & declarat in terminis Corn consilio 291. colum. 1. volum. 3.* vbi dicit id maxime procedere, si aduersarius, non replicauit velle recipere, secundum quod offerebatur, ex quo etiam dici solet, quod licitum est mihi litigare † super tota summa occasione partis, si aduersarius non acceptat se velle recipere partem debitam, *vt declarat Abb. in cap 1 de plu. petit. & post alios Alex. in l. prima, § si stipulati ff. de verbo obligatio.* Nec obstat *consi. Cornei* † *263 in fin. volum. 4. quod allegatur per Neguss in tractat. de pignor. in 2 parte 3. membri, quinta par. prin. num. .. vers. & ista 3. limitatio.* quia loquitur, quãdo debitum erat liquidum, & purum, & non erat aliquid obseruandum pro parte illius, qui petebat interesse. Et ita fuit tentum die 12. Iunii 1551. coram Reomano in vna Mantuana Zuccarorum.

Margin numbers: 2, 3, 4, 5, 6, 7 (left column); 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14 (right column).

INTIMATIO.

SVMMARIA.

1 *Intimatio priuilegiorum quo casu iusta fuerit iudicata.*
2 *Indultum concessum vni, an tollat priuilegia alterius.*
3 *Indultum non habere, & illud habere sed inualidum, paria sunt.*

DECISIO CIX. seu 1.

INtimatio priuilegiorum facta per communitatem presbyterorum Gerunden. Antonio Castello, qui habebat etiam priuilegium percipiendi fructus in absentia a Clemente septimo, fuit iusta, † quia nullum per eam fuit factum præiudiciũ Antonio, cum eius indultum permittat, quod percipiat fructus in absentia, dummodo faciat deseruiri per idoneos: communitas enim nihil aliud fecit, nisi, quod suo iure vsa est, *l. iniuriarum, §. 1 ff de iniuriis, l. illud primo respon. in fin. de petit hered. cap cum ecclesia Vulterana de elect.* nec indultum † concessum Antonio tollit

tollit priuilegia cōmunitatis, & paria sunt
1 nō† habere indultū,& illud habere, sed inualidum. *Iaso. in l. fin. ff. de offic. eius Hyppoli. in l. vnica. C. de rap. virg. num. 213. & seq.* Et ita fuit tentum in vna Gerundensi molestationis, coram Reomano, die 15. Ianuarii. 1552.

SVMMARIA.

1 *Voluntatis mutatæ intimatio, quando requiratur, vt consensus præstitus per procuratorem constitutum ad resignandum nullum effectum operetur.*

2 *Ponens in Rota an inclinare possit ad faciendam maiorem partem votorum.*

3 *Intellectus clement. prima, de renuntiatione.*

DECISIO CX. seu I.

INtimatio mutationis voluntatis illius, qui constituerat procuratorem ad resi-
1 gnandum requiritur † ad hoc, vt consensus præstitus, per procuratorem constitutum ad resignandum, nullum effectum operetur, argumento clemen. primæ, de renuntiat. Ita fuit decisum post multas disputationes, in caussa Segobiensi de villa castri, coram Vestano 27. Iunii 1552. Nec obstat id, quod quatuor ex dominis dicebāt, quod illa clementina habebat locum in reuocatione procuratoris, non autem in casu nostro, vbi agebatur de intimatione voluntatis mutatæ, quia alii quatuor ex dominis cū
2 inclinatione domini ponentis, † & sic maior pars respondit, quod illa ratio. *Clem. pri-*
3 *ma.* † *de renuntiat.* militat a fortiori in casu nostro, quia nos sumus in reuocatione procuratoris re nō integra, cum iam ante mutatam voluntatem procurator porrexisset, supplicationem ipsius resignationis adsignandam, & supplicatio datata fuerit, & sic actus resignationis erat quasi perfectus, at in casu clem. res erat integra.

INTRVSVS.

SVMMARIA.

1 *Intrusus, si nullum ius habet in beneficio, condēnatur in fructibus a die motæ litis.*

2 *Mala fides incipit a die motæ litis.*

3 *Intrusi heres condemnatur ad fructus a die malæ fidei, & sic mota litis.*

DECISIO CXI. seu I.

INtrusus, si nullum ius habet in beneficio,
1 condemnatur in fructibus a die † motæ litis, quia tunc incipit mala † fides. *Rot. de-*
2 *cis. 24. & 25. in nou.* Imo non solum ipse in-
3 trusus; sed heres † intrusi, ab ipsa die malæ fidei, & sic motæ litis condemnatur, prout tenuerunt domini in vna Ispalensi fructuū, die 29. Ianuarii 1552. coram D. Reomano.

INVESTITVRA.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura secunda, quæ habet verba, prorogamus, extendimus & similia: an & quando dicatur noua concessio num. 1. 3.*

DECISIO CXII. seu III.

INuestitura secunda, etiam quod habeat verba, prorogamus, extendimus, & similia, non dicitur prorogatio † primæ, sed 1
noua concessio, quando in ea sunt clausulę, vt puta, si Papa dixerit, † etiam de nouo cōcedimus, vel in supplicatione, vel in priuilegio dicatur de noua concessione, ex quibus apparet, quod Papa voluit de nouo concedere. *Bart. in l. 4. ver. aduerte. de dam. infect. Boer. de is. 284 num. 12.* Insuper quando est mutata † substantia, vel forma, aut qua 3
litas primæ inuestituræ. *Abb. in c. 1. & 6. nu. 12. & Fel. in c. de caussa. num 2. versi. 2. limita. de off. deleg.* Et ita fuit decisum coram R. D. Fabio Accorambono Decano, in vna Sabinensi Castrorum Rocqnetarum die 26. Maii 1553. *vt in eius lib. fol. 102.*

SVMMARIA.

1 *Inuestitura concessa, vsq; ad tertiam generationem, an vltra nepotem extenditur, & amplia. vt num. 2.*

3 *Inuestitura, vsque ad tertiam generationem inclusiue, quid infert, & de dictione, vsque, num. 4.*

DECISIO CXII.

INuestitura concessa, vsq; ad tertiam generationem, non † extenditur vltra ne- 1
potem, cum includatur primus inuestitus in ipsa prima generatione. *Specu. de locato. § nunc aliqua. num. 15. Bald. in l. 2. col. 1. in fin. & sequen. ver. quaro, quando per præsumtionem. & Salyc. ibidem. col. 2. versi. sed quarto potest dubitari, vbi Ias. num. 203. C. de iur. emphyt. Ang. Aret. in §. adeo. colum. fin. in fin. in glo. in verb. auferre. insti. loca. Castren. con. 338. col. 1. vol. 2.* Qui tenet hanc opinionem etiamsi † in 2
inuestitura diceretur, in ipsius tertiā generationem. *vt in authenti. si quas ruinas. col. fin. versi. remanet dubium. C. de sacr. sanct. eccl. Imo in l. quod dicitur. colum. 2. versic. aduerte tamen circa quartum. ff. de verb. oblig. Alex. consil. 110 volum. 3. Corn. consil. 51. colum. 4. num. 4. versi. & est verum. vol. 3. Soci. consi. 25. colum. 2. & sequen. vers. quare assumo aliā. vol. 1. Gozad. consi. 25. colum. penult. vers. 6. ex alio. Curt. Iun. in tract. de feud. in 3. part num. 51. versic. 2. circa istā materiam.*

Nec obstat, si in inuestitura diceretur, vsque ad tertiam generationem inclusiue,
† quia id videretur factū ad declarandum 3
dictionem (vsq;), quæ dictio poterat † stare 4
exclusiue, & inclusiue. *Maria Socin. consi. 5. col. 4. versi. secundo principaliter. volum. 1.* Et ideo voluit declarare, vt intelligeretur inclusiue. Et ita decisum fuit in caussa Sabinensi castrorum Rocquetarum, coram

Accorambono 2. Iunii 1553. *& dixi latius supra in verbo feudum.*

IVDEX.

SVMMARIA.

1 *Iudex nulliter procedendo spoliat & spoliatus est restituendus.*

2 *Priuatio facta per capitulum, non citatis interesse pratendentibus, est nulla.*

DECISIO CXII. seu I.

1 IVdex nulliter † procedendo spoliat, & spoliatus est restituendus, *secundum Bart. & communiter alios in l. iuste possidet. de acquir. poss. Aym. in cons. 140. nu. 2. & 3. & cons. 124. num. 4.* Et ideo quia priuatio facta per capi-
2 tulum fuit nulla, † cum non fuerint citati illi administratores, fuit tentum, quod poterant agere spolio, & per consequens veniant restituendi, in caussa Barchinonensi priuationis, distributio fuit hoc tentũ die 16. Nouemb. 1552. coram D. Dezza.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria expedita duobus iudicibus directa, vt vno absente alius procedat, valet processus factus ad instantiam impetrantis per alterum, licet non constet de absentia, & quare: secus quo ad iudices illius partis: contra quam remissoria fuit obtenta. num. 2.*

DECISIO CXIII seu II.

IVdices quando a partibus multiplicãtur in remissoria decreta, scilicet A. nominat Franciscum, & in eius absentia Titium, tunc licet non constet de absentia Francisci, potest eligere Titium, & processus corã
1 eo factus erit bonus, quia multiplicatio iudicum est ad fauorem eligentis, cui fauori potest renuntiari per partem, quæ obtinuit
2 remissoriam, licet quo † ad iudices illius partis, contra quam remissoria fuit obtenta, debeat seruari ordo positus in remissoria. Ita fuit dictum per dominos in caussa Dertusiensi canonicatus & præbendæ 20. Nouemb. 1552. coram Fãtuccio.

SVMMARIA.

1 *Iudex debet esse certus de sua iurisdictione, antequam procedat ad actum, alioquin actus est nullus.*

2 *Remissoriæ prorogatio, quare concedatur.*

DECISIO CXIV. seu III.

IVdex licet debeat esse certus de sua iuris-
1 dictione, antequam procedat ad actum faciendum, *Socin. & alios in l. multum interest. ff. de condi. & demonstrat.* alioquin actus ab eo gestus erit nullus: hoc tamen non seruatur in prorogationibus, quæ dantur ad exsequendam remissoriam ratione longæ absentiæ, & styl. curiæ, quoniam habent rati-
2 onem † facilioris concessionis ipsarum ꝓrogationum, vt ad veritatem deueniatur, quæ concessio adeo inueterata est: vt non præsumatur ignorari a quocunque iudice in partibus. Et ita fuit dictum & obseruatũ meo tempore in vna Dertusiẽsi canonicatus & præbendæ, coram Fantuccio die 21. Nouemb. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio dicitur legitime interposita, si pars in termino iuris dato pro Apostolis, non est reuersa, dummodo caussam commiserit.*

DECISIO CXV. seu IV.

IVdex, si dedit terminum iuris, & infra illum terminum pars caussam appellationis cõmittat, nec pro Apostolis reuertatur, nihilominus appellatio † tenet. Rota decisi. 1
54. in antiq. & Egid. decis. 100. & Crescen. decisi. 65. Et ita fuit tentum in caussa Tusculana, siue Romana casalis Veneris prima Aprilis 1552. coram dom. Capisucco, *vt in eius lib. fol. 386.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex quomodo nulliter procedat sententiando eadem die in caussa criminali, & super interesse & num. 2.*

DECISIO CXVI. seu V.

IVdex ordinarius, qui protulerat in vna, & eadem die sententiam criminalem inter fiscum, & A. ex vna, & B. ex altera, & in ista reseruauit B. ius agendi ciuiliter pro suo interesse contra A. & eadem die pronuntiauit in caussa ciuili inter B. & A. sine alia citatione, fecit actum nullum, quia cum ex 1
sententia criminali declarauerit animum suum, non velle pro illa die super interesse ciuili pronuntiare, non potuit eodem die de eo pronuntiare, sed alio die, & cum noua citatione, alioquin hæc esset repugnatiua ad inuicem, & non poterat id fieri. *l. vbi repugnantia ff. de regul. iur.* Et ita fuit tentum in vna Regiensi Abbatiæ, coram domino Capisucco 21. Octobr. 1552.

IVDICIVM.

SVMMARIA.

1 *Iudicium vniuersale, facit silere iudicium particulare.*

2 *Intellectus l. primæ. § apud Iulianum ff. deposit.*

3 *Deponere quis cogitur apud ecclesiam in terminis. §. apud Iulianum. l. primæ ff. deposit.*

DECISIO CXVII. seu I.

IVdicium vniuersale facit silere iudicium 1
particulare. *text. est in l. si bona fidei, & ibi Bar. Baldus Angelus, & Castrens. de pet. hered. l. quamdiu. de bon. liber.* Ita tentum in vna Romana fideicommissi, coram Decano Accorambono 14. Martii 1552. Vbi hæc lis mota inter Franciscum Soderinum, & Thomam Soderinum super parte hereditatis Iuliani Soderini episcopi Xantonensis fuit retardata propter iudicium vniuersale petitionis totius hereditatis, quod vertebatur inter

ter eundem Franciscum Soderinum, & fratres præsentes heredes Iuliani episcopi Xantonensis ex vna, & Iulium Soderinum filium naturalem eiusdem episcopi legitimatum & præteritum ex altera, coram Capisucco, qui Iulius prætendebat posse rumpere testamentum Iuliani episcopi Xantonẽsis sui patris & sic succedere ab intestato. Nec obst. text. *in l. 1. §. apud Iulianum. ff. de-*
2 *positi.* † Vbi data cautione, non impeditur actio contra detinentem res hereditarias, attento, quod lis pendeat super hereditate. Quoniam respondebatur, illum textum locum habere, quando depositarius non vult amplius retinere depositum, sed vult illud restituere: at in casu nostro est secus, quia Franciscũs Soderinus volebat agere contra textum. *in d. l. vt ibi. per Castren.* Nec obstat, quod *in d. §. apud Iulianum*, dicatur,
3 cogatur: quia † cogitur deponere apud ecclesiam, vt in secundo casu illius textus, nõ autem cogitur in primo casu litigare contra heredes. Et ita fuit resolutum in d. Romana fideicommissi, coram domino Accorambono Decano de anno 1552. *vt in eius lib.*

SVMMARIA.

1 *Iudicium nullum conualidatur ex iure superueniente ex post facto.*
2 *Iudicium conualidatur iustitia motionis litis a principio.*
3 *Locatorum molestia, dicitur molestia iuris.*
4 *Locatarius actor, qui dicit contractum inualidum, non excusatur, nisi offerat mercedem locatoribus, & deponat.*

DECISIO CXVIII. seu II.

1 IVdicium nullum † conualidatur ex iure superueniente ex post facto per text. *in l. si rem. §. fin. ff. de pignorat. act. & in l. si mandauero. tibi. vt a Titio ff. mand. l. 2. C. de iur. em-*
2 *phy. Capic. decis. 16. num. 6.* Et iustitia † motionis litis a principio, cõualidatur iudicium,
3 & molestia † illata per locatores, & molestia iuris, & locatarius † actor, qui dicit contra-
4 ctum inualidum, non excusatur, nisi offerat mercedem locatoribus, & deponat. *l. 2. §. fina. C. de iur. emphyt.* Et ita tentum die 4. Nouembris 1551. coram D. Augustino, in vna Bononiensi locationis, *vt in eius lib. fol. 73.*

IVRAMENTVM.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum in litem defertur pupillæ, quando tutor non reddidit rationem fructuum, & non fecit inuentarium.*
2 *Inuentarium non confecisse quis dicitur, qui minus solemne illud confecit.*
3 *Intellectus ad l. tutor qui repertorium. ff. de admini. tutorum.*
4 *Inuentarium nõ dicitur fecisse, qui omisit in illo apponere bona.*
5 *Iuratur in litem contra tutorem, qui non confecit librum rationum, vel si confecit, nõ descripsit omnia sigillatim.*
6 *Dolus est omittere id, quod quis facere tenetur.*
7 *Dolus est in tutore non conficere inuentarium, vel saltem lata, vel leuis culpa.*
8 *Iuramentum in litem datur, propter dolum aduersarii.*
9 *Iuramentum in litem, & an defertur, quando veritas aliunde potest haberi.*

DECISIO CXIX. seu I.

IVramentum in litem deferri † debet Liuiæ, quia Io. Andreas tutor non reddidit 1
rationem fructuum vineæ, pensionum, & aliarum pecuniarum, & non confecit inuentarium, vel fecit, sed minus solemne, cũ omiserit ponere † omnia in inuentario. Et 2
ideo contra eum iuratur in litem. *Barto. consil. 150.* Et ita intelligitur † *text. in l. tutor. qui* 3
repertorium. ff. de admini. tutor. Nam quando minus solemne confecit inuentarium, non dicitur illud † fecisse. *Gozadinus in consil. 156.* 4
colum. 2. vers. 3. confirmat Alexand. consilio 213. 3. colum. versic. præterea. volum. 2. Eodem modo iuratur in litem contra tutorem, qui nõ † confecit librum rationum, vel si confecit, 5
non descripsit sigillatim sicut tenebatur. *Anchar. consil. 310. colum. 2.* quem sequitur *Goza. in d. consilio 159. colum. 2. versic. 3. confirmatur, & Alexand. d. consilio. 213. colum. 3. versic. 2. pars conclusionis.* Et ratio est: quia dolus † est omittere id, quod facere quis tenebatur. *l. dolus. ff mandat.* Non obstat, q. 6
Io. Andreas non videatur esse in dolo, respectu cuius doli tantummodo iuratur in litem secundum glo. *in l. actione. ff. de in litem iurando.* Quoniam ex non † confectione inuẽtarii satis præsumitur in dolo, vel saltem 7
est in lata vel leui culpa, propter † quam datur iuramentum in litem. *Bartol. in l. in actionibus. num. 2. & 13. ff. de in litem iurando.* quem omnes sequuntur. Et quamuis dominus Panor. fuisset in opinione, quod iuramentum in litem in isto casu non esset deferendum, ex eo: quia veritas aliunde haberi poterat: tamen tentum fuit contrarium per 9
supradictas rationes, die 16. Nouembris, 1552. in vna Romana redditionis computorum, coram domino Augustino, *vt in eius lib. fol. 271.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem defertur contra administrantem, & non reddentem rationem.*

DECISIO CXX. seu II.

IVramentum in litem deferendum est Lauræ: contra Petrum qui administrauit,

1 † & non reddidit rationem, tanquam contra dolosum. *Dec. consil. 110. cum multis aliis iuribus congestis infra in verbo. libri. versiculo libri rationum.* Et ita tentum in vna Romana redditionis administrationis coram domino Augustino die 4. Maii 1551. *vt in eius lib. fol. 37.*

SVMMARIA.

1 *Iuramentum in litem deferendum est spoliato cōtra spoliatorem violentum.*

2 *Iuramenta duo prastantur contra violentum spoliatorem, vnum super quantitate, & numero rerum perditarum, aliud super astimatione: intell. iudicis taxatione accedente,*

3 *Iuramentum in litē, quando prastetur remissiue.*

DECISIO CXXI. seu III.

1 IVramentum in litem deferendum est spoliato † contra spoliatorem violētum, & super quantitate fructuum, & illorum æstimatione stabitur iuramēto rectoris spoliati contra Gasparum violentum spoliatorem. *c. fin. de his, qua vi met. ue cau. l. si quando. C. vnde vi. vbi Ias. col. 1. vers. alia est violen-*
2 *tia ablatiua.* Et duo † iuramenta præstantur, vnum super quantitate, & numero rerum perditarum, alterum super extimatione. *Ias. in d. l. si quando. col. 9. vers. quaro 8. num. 46. & in vers. subiiciunt etiam in specie. & col. 3. in 7.*
3 *not.* Et quare deferatur † iuramentum in litem declarat *Ias. in d. l. si quando. num. 35. & Alex. consi. 103. vers. & si dubitatur de quantitate. & in vers. & notat. Bald. lib. 1. Decius consil. 82. in fin.* præmissa tamen intelliguntur iu-
4 dicis taxatione. † *Ias. in repetitio. l. admonendi nu. 264. vol. 311. in fi. ff. de iureiuran.* Et ita tentum, die 29. Maii 1551. coram dom. Reomano, in vna Veliterna tenutæ, *vt in eius lib. fol. 96.*

SVMMARIA.

1 *Iuramentum testis probatur etiam per instrumentum Notarii, qui attestetur, testem coram iudice parte citata iurasse, & etiam, quod positū non sit tale instrumentum in literis remissorialibus.*

2 *Instrumenta quot sunt tot sunt actus.*

3 *Notarius potest dare diuersa instrumenta de diuersis actis.*

DECISIO CXXII seu IV.

1 IVramentum testis probatur etiam † per instrumentum Notarii, qui attestetur testem, coram iudice parte citata iurasse, etiā quod positum non sit dictum instrumentum in processu remissoriali, quia tot † a-
2 ctus sunt, quot sunt instrumenta. *l. siue debemus.* Et quæ ibi notant Docto. *ff. de verbo oblig.* cum possit notarius diuersa de diuersis
3 actis dare instrumenta. *l. fina. C. de precib. Imper. offer.* Et omnes notant *in rub. ff. de nou. ope. nuntia.* Et ita tentum fuit die 19. Iunii 1551. coram dom. Augustino in vna Leodiensi prioratus, *vt in eius lib. fol. 214.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum testis an requirat tactum scripturarum.*

DECISIO CXXIII. seu V.

IVramentum testis ad hoc, vt sit bene prę- 1
stitū, oportet, q̄ præstetur tactis † scripturis, & q̄ ita dicat Notarius, videlicet *testis N. iurauit* tactis scripturis, vt est gl. *in c. vt circa. de elec. & ponit. Lanfr. in c. quoniā cōtra. in verbo testiū depositiones. nu. 4. de pro.* Alioquin examen est nullum. Et ita tenent domini. prout dixerunt in caussa Senogaliensi castri Procozzoni 10. Octob. 1552. coram D. Vestano, *vt in eius lib. fol. 113.*

IVRISDICTIO.

SVMMARIVM.

1 *Delegati iurisdictio quomodo perpetuata: & qd de iure canonico. num. 2.*

DECISIO CXXIV. seu VI.

IVrisdictio delegati dicitur, per † solum 1
decretum citationis factum viuente Papa delegante, licet exsecutio fuerit facta post mortem ipsius Papæ. *Rot. decis. 438. alias 9. de dol. & contum. in antiq. Bisignet. decisio. 1. de offic. legati. Felyn. post Abb. in capit. gratum. col. 2. vers. quaritur ergo. eo tit.* Et hoc maxime 2
procedit de iure † canonico, prout tenent *Io. And. & alii in cap. fi. de offic. delegat. & Dec. in l. mora. num. 47. post Barto. & Alexand. ibidem de iurisdict. omni iud.* Et ita fuit tentum in vna Cremaschensi parochialis, coram dom. Capisucco Mercurii 8. Iunii 1552. *vt in eius lib. fol. 41.*

IVS ET IVRA.

SVMMARIVM.

1 *Iura extracta protonotarii, qui de illis non fuit rogatus, absq. partis citatione, non dicuntur in forma probanti.*

2 *Notarius si in extractione iuriū appellauit, illas copias non probat, maxime si illa non extrahit prout manent. num. 3.*

DECISIO CXXVII. seu I.

IVra extracta a Notario, qui non fuit de illis rogatus absque citatione partis, non 1
dicuntur in forma probanti, licet extrahēs esset notarius de publico deputatus, vel officialis publicus. *Rota decisio. 1. de fid. instrumen. in nou.* Præterea, licet esset Notarius actuarius rogatus de eis, tamen, quia in extractione † appellauit illa iura copias, di- 2
ci non possunt in forma probanti. *Socin. in authēt. si quis in aliquo. colum. 4. versi. aliquando & secundo. C. de eden.* Et maxime, quando non extrahit † iura prout manēt, sed facit quā- 3
dam formam ex libris illis ad sui libitum. cum hoc non pertineat ad eius officium, sed debeat curare, vt pars citaretur, & ex istis

istis fuit tentū in caussa Tholetana de Galapas iura non esse extracta in forma probanti, coram domino Vestano 20 Maii *1552.* *vt in eius lib fol* 99. & prima Iulii eiusdem anni confirmata fuit.

IVS ACCRESCENDI.

SVMMARIVM.

1 Iuri accrescendi, seu non decrescendi in legatis, locus an sit postea quam agnita sunt.

DECISIO CXXIV. seu I.

1 IVri accrescendi, seu non decrescendi, in legatis, postquam agnita sunt, locus † non est, maxime, quando legatarius cadit a legato post agnitum legatum. *l. 1. §. pen. ff. de vsufruct. accresc. l. aqua. §. fi. ff. quemad. serui. adm Bart. in l. re coniuncti. num. 49. vers. 4. est considerandum. ff. de leg. 3.* Quem ceteri omnes sequuntur. Et ita tentū die 22. Maii *1551.* in caussa Romana legati vineæ, siue hereditatis, & bonorum, coram Baten.

SVMMARIA.

1 Ius non decrescendi an habeat locum in legato, facto sub præcepto testatoris, prout hic.

2 Verisimile est, testatorem potius expressisse coniūctum, quam extraneum.

3 Legatarius iussus aliquid facere sub pœna caducitatis, an legatum caducum remanere debeat penes heredem.

DECISIO CXXV. seu II.

1 IVs non decrescendi habet locum in legato facto Francisco. & eius fratri Baptistæ de vinea, quam testator habebat in vrbe, quia post legatum testator grauauit legatarios, & eorum quemlibet, quod, quatenus legatum consequi vellent, assisterent seu parerent eius testamento, & illi in aliquo non contra venirent, & casu quo aliquis contrauenerit immediate, & ipso iure cadat a legato; euenit quod Baptista contrauenit: heres dicebat, quod portio Baptistæ sibi accrescebat & non debebatur Francisco fratri collegatario ipsius Baptistæ, *iuxta doct. Ias. in l. 1. in princ. vers. primus est C. de his, quæ pœn. nom post Paulum de Castr. ibi vers. sed quæritur in contrarium.* Franciscus frater, & collegatarius Baptistæ, dicebat ipsi legatum deberi, ex quo erat coniunctus re, & verbis, & hoc per ius non decrescēdi, non autem per ius accrescendi. *d. l. re coniūcti. & ibi omnes. ff. de leg. 3. Are. in §. si eadem res. Instit. de legat.* Et dicitur competere legatario ex coniecturata mente testatoris. *l. vnica. §. si vero quidam. C. de cadu. toll. l. plane. in princ. de leg. 1. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus de legat. 2. declarat Ias. in l. huiusmodi. §. si Titio. col. 2. ff. de legat. 1.* vbi dicit, verisimile

2 † esse, quod si testator cogitasset portionem deficere respectu ipsius, quod expressisset, potius coniunctum velle habere, quā heredē, prout in terminis est decisio Pauli & Ias. *in d. l. 1. C. de his, quæ pæ. nom.* vbi ponūt triplicem casum: quorum primus applicatur bene ad casum nostrum, scilicet, aut 3
legatarius iubetur aliquid facere † sub pœna caducitatis, & testator non dicit, cui debeat applicari legatum caducum, & tunc dicunt, debere manere penes heredem, sed intelligunt, quando non haberet coniunctum, qui esset præferendus, *per text. quem allegant in d. l. vnica. §. pro secundo. C. de caduc. tollen.* Et declaratur ex verbis eorum sequentibus, dum ponunt exemplum de vxore iussa non molestari, quia priuatio applicatur coniuncto, vel substituto, vt dicit Barto. quem allegant. *in l. si vxorem. §. heres de leg. 2.* Et iste est casus noster, quia testator non dixit, cui debeat applicari, ideo ex præmissis voluit coniunctum habere: alii duo casus non faciunt ad propositum, vt de se patet. Et ita resolutum fuit in caussa Romana legati vineæ, siue hereditatis, & bonorum, die *18.* Octobris *1551.* coram Barensi. Quæ decisio fuit confirmata die 36. Octobris in eadem caussa, coram eodem.

SVMMARIVM.

1 Testatoris mens ex quibus colligatur.

2 Legati acceptatio, an habeat interdum aliquod onus.

DECISIO CXXVI. seu III.

ET quoniam post supradictam decisionē fuit dubitatum, an ex deductis colligatur mens † testatoris, quod voluerit porti- 1
onem vineæ accrescere coniuncto collegatario, aut heredi, vel saltem sit aliquod onus, cum quo ipsa portio accrescere debeat: & allegabatur exstare onus in legato, & quod legatum accrescat Francisco collegatario cum suo onere, si non verbaliter, saltem virtualiter; dummodo dimittere tenetur scuta 500. Montis Fæderis eidem donata, eidem Baptistæ. Et ideo tentum, quia onus in legato adiectum, & ipsum legatum accrescit collegatario, cum suo onere, si non verbaliter, saltim virtualiter. *Crot. in l. re coniuncti. num. 115. & ibi Rip. post alios quos refert, & sequitur num. 104. ff. de leg. 3.* Nam testator grauauit omnes legatarios, qua voluntate stante sequitur, quod acceptatio † legati habet onus, non petendi do- 2
nationem, ad effectum vt remanerent illa 500. donata heredi, sicut in simili dixit Socin. *in consi. 122. num. 9. vol. 1.* quia non debet esse melioris cōditionis iste collegatarius, quam esset ille alius, qui contrauenit. Quapropter dicendum est, quod si vult legatum, quod pertinebat Baptistæ, tene-

retur restituere 500. eidem Baptistæ, & restituendo, virtualiter assistit testamento: & propter eius contrauentionem portio sua accrescit legatario coniuncto re & verbis. Ita fuit resolutum die 4. Nouembris 1551. coram domino Reomano legati vineæ.

IVSPATRONATVS.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus derogatio, quatenus litigiosus exsistat in totum, quomodo intelligatur.*

Decisio CXXVII. seu I.

Iurispatronatus derogatio, quatenus litigiosus exsistat in totum, posita in gratia,
1 intelligi † debet de lite inter quamcunque personam, & quandocunque beneficium sit litigiosum, argumento ex verbis expressis, & ab vsu patrisfamilias. Et ita fuit resolutum die 8. Iunii 1552. coram Chissanensi in vna Pientina parochialis sancti Bernardi.

SVMMARIA.

1 *Iurispatronatus in magnis dominis præsumitur magis ex vsurpatione, quam ex dotatione.*

2 *Testes de auditu non probant, maxime quando non concludunt de tempore ante motam litem.*

3 *Episcopi confessio quod beneficium sit de iurepatronatus, non praiudicat ecclesiæ, & successori.*

4 *Præscriptionem allegans, debet vel titulum ostẽdere aut probare tempus immemorabile, quando habet præsumtionem iuris contra se.*

Decisio CXXVIII. seu II.

Iuspatronatus in magnis dominis præsumitur † magis ex dotatione, & fundati-
1 ne acquisitum, vt pluries fuit decisum per doctrin. Anton. de Butr. *in cap. cum dilectus. vers. quæro secundo. de offic. delega. Io. Paul. Tholomeus. decis. 89. Rocch. de cur. in tract. iurispatro. super verb. ipse velis. prope finem vers. pro hac etiam opinione.* Et quia testes Illustris Isabellæ
2 Columnæ deponunt de auditu, qui regulariter non probant. *c. licet de quadam. de testibus. & l. 2. §. item Labeo. ff. de aqu. plu. arcend. Dec. consi. 321. num. 8. Paris. consi. 7. num. 20. lib. 4.* Maxime, quando non sumus in antiquis,
3 nec bene probant, † quia non concludunt de tempore ante motam litem. *Roma. sing.*
4 *746.* Præterea confessio † episcopi, quod beneficium sit de iure patronatus, nõ præiudicat ecclesiæ, & successori. *Bald. consi. 5. de confes. Rip. lib. 2. responsionum. c. 28. num. 5.* Et ratio est: quia factum prælati in acquisitis non præiudicat ecclesiæ. *clemen. 1. de reb. eccle. non alienan.* Accedat etiam, quia Dom. Comitissa fundi, quæ prætendit ius patronatus, si vult vti præscriptione, † debet vel
5 titulum ostendere, aut debet probare tempus immemorabile, quia habet præsumtionem iuris contra se *cap. si diligenti. de præscri. cap. 1. eo tit. in 6. Abb. cons. 106. col. 3. ver. 1. quia cum. vol. 2.* Et ita fuit tentum die 13. Iunii 1552. coram Augustino in vna fundana iurispatronatus.

SVMMARIA.

1 *Ius præsentandi amittitur, non præsentando.*

2 *Beneficia omnia libera præsumuntur.*

3 *Conditio nil ponit inesse, nisi verificetur.*

4 *Vniuersitatis nomine consentientes procuratores: & vnum aut duos nihil acquirere. num. 5. & quid in retinendo. num. 6.*

Decisio CXXX. seu III.

In iuris præsentandi quasi possessione, nõ reperitur vniuersitas de Vidriano, cum ab anno 1506. citra, vsque ad annum 1527. bis vacasset ecclesia. Et nunquam † præsentauerit: de iure autem † omnia beneficia 1 2
libera præsumuntur. Nec obstat quidam consensus patronorum præstitus, coram vicario, qui contulerat ad eorum præsentationem; dummodo essent patroni, & sic sub conditione, † quæ nihil ponit in esse, nisi verificetur. Præterea nõ constabat, quod 3
illi, qui consenserunt nomine vniuersitatis 4
essent procuratores vniuersitatis. Quia vnus, vel duo † non possunt aliquid de nouo 5
acquirere, quoniam requiritur consensus omnium. *Ruin. cons. 189. vol. 1.* Licet secus esset in retinendo iure. *Cur. in tract. iurispatronatus in verbo competens. q. 17.* Et ita fuit tentũ 6
die 22. Maii 1551. coram domino Augustino.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus donari potest cõpatrono, sine consensu capituli.*

2 *Cur. in tract. iurispatro. loco hic allegato confutatur.*

3 *Episcopi consensus requiritur, si fiat donatio iurispatronatus filio viuente patre, & ratio.*

4 *Filius non dicitur compatronus.*

Decisio CXXXI. seu III.

Ius patronatus donari potest compatrono † sine consensu episcopi. *Abb. in cap. ex insinuatione. num. 4. de iur. patro.* Lambert. 1
qui alios refert *in tract. iur. patro. articul. 121. q. principali. 2. partis, lib. 1. fol. 126.* Quamuis contrarium † teneat. *Cur. in tract. iurispatro. in versi. pro ea quod diæcesani. q. 2. num. 4. & Bonifa. in clem. 1. §. fin. de iur. patro. in gloss. in verbo libere.* Et ita fuit disputatum in Rota meo 2
tempore, & magis inclinatum in hanc partem, licet non fuerit totaliter resolutum: quoniam caussa poterat ex alio capite expediri, vt dictum fuit die 1. Iulii 1551. corã Guidobono, in vna Salentina sancti Andreæ.

Quid autem si fiat donatio filio viuente patre? Et dic quod requiritur † consensus episcopi, quia non est compatronus. 3
Lambert.

Lambert. in tract. iurispatro. in secunda. q. principali. par. 2. vers. quid modo, si pater donat Et quod filius non dicatur compatronus firmat Curt. *in tract. iurispatro. in vers. competens, q. 7. in fin.* Et ita fuit tentum die 5. Iunii 1551. coram Guidobono in eadem caussa Salentina sancti Andreæ.

SVMMARIA.

1 *Iurispatronatus quasi possessio non dicitur acquisita ex instrumentis patronorum, & institutionibus quæ non habuerunt effectum.*

2 *Quasi possessio iurispatronatus in Rota attenditur ex cons. Calder. 12. de iurepatron.*

DECISIO CXXXII. seu VI.

1 IVrispatronatus quasi possessio non est † acquisita ex instrumentis patronorum, & institutionibus, quæ non habuerunt effectum suum, cum præsentatus, & institutus non acceperit possessionem beneficii, ad quod præsentatus, & institutus fuit. Rota enim seruat *consil. Cald. 12. de iurepatronat.*
2 ad cognoscendum an quis sit † in quasi possessione præsentandi. Et ita tentum die 4. Decemb. 1551. coram domino Augustino in vna Parochialis de alior. *vide aliã decisionẽ infra in verbo possessio, versic. possessio seu quasi.*

SVMMARIA.

1 *Iuspatronatus probandum est ex dotatione, & fundatione, ad inducendam nullitatem pensionis reseruatæ.*

2 *Iurispatronatus ex præscriptione collatio vel reseruatio valet non facta de eo mentione.*

3 *Præsentatio facta per patronos etiam post gratiã reseruationis pensionis non constituit quasi possessionem.*

DECISIO CXXXII seu V.

IVrispatronatus seu quasi possessionem probare non sufficit ad inducendam nullitatem pensionis reseruatæ auctoritate Papæ; † sed necesse est, quod probetur beneficiũ
1 esse de iurepatronatus ex dotatione & fundatione. *Felyn. in tract. quando litera Apostolicæ noce. patro. limitat. fi. Gig. de pens. q. 24. in fi.* quia si esset ius patronatus ex præscriptione, valet † reseruatio pensionis & collatio,
2 non facta de eo mentione, & cum ostenderetur quædam præsentatio sola facta † per patronos etiã post gratiam reseruationis,
3 domini dixerunt, quod iuspatronatus nõ probatur ad effectũ annullationis pensionis, die 14. Decembris 1551. coram Chissanensi in vna Gatilmensi canonicatus & præbendæ.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus ex constructione ecclesiæ acquiritur, & ecclesia constructa dicitur, &c.*

DECISIO CXXXIII. seu VI.

IVspatronatus ex constructione ecclesiæ acquiritur, & ecclesia constructa dicitur, si domus, † vel fundus pro constructione assignetur. *Roch. de cur. in tra. iur. patr. in* 1
verbo, & fundauit. q. 9. Lamber. in eodem tract. iurispat. car. 34. art. 3. col. 3. vers. quæro. Et ita tentum die 26. Iunii 1551. in vna Malaticã. iurispatronatus, coram Bariensi.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus communitatis an probetur per testes communitatis.*

DECISIO CXXXIV. seu VII.

IVspatronatus cõmunitatis non probatur per testes de communitate dicentes, † ecclesiam esse de iurispatronatu communitatis, quia semper a senioribus suis audiuerunt. Ita fuit dictum in vna Lunensi sancti Eustachii, coram Capisucco 20. Iunii 1552. 1

IVS PRÆSENTANDI.

SVMMARIA.

1 *Ius præsentandi non transit ad heredem absque apprehensione, & quare. num. 3. 4.*

2 *Possessio in corporalibus, & in incorporalibus, nõ transit ad heredes sine apprehensione.*

3 *Bald. in repeti l. in suis in quarta. oppositio. ff. de libe. & posthum. reprehenditur.*

DECISIO CXXXV. seu I.

IVs præsentãdi, quod est apud testatorem, non transit † in heredes absque noua apprehensione. *l. cum heredes. ff. de acquiren. pos.* 1
Quia sicut in corporalibus possessio non transit † in heredes etiam suos sine noua apprehensione, vt per Alex. asserentem hãc 2
esse communem opinionem *in d. l. cum heredes colum. 3. versic. super eadem glo. de acquiren. pos.* Ita etiam in incorporalibus, quia in 3
istis etiam non transit † possessio sine actu 4
facti. *Calde. consi. 12 de iurepatrona. Roch. in tractatu iur. patro. in vers. ius in 5. q. ver. limita. hãc conclusionem.* Et est communis opinio relata per Alexan. *in l. in suis. colum. 3. num. 8. in glos. quæ incipit, & etiã possessio.* quicquid dixerit *Bald.* † *in repeti. d. l. in suis. in quarta opposit ff. de* 5
libe. & posthu Et post eum *Lambert. de iur. patro. lib. 1. part. 1. articulo 22. 3. part. princi.* Et quia lex, cum heredes, habeat locum etiam in iuribus incorporalibus, tenet Tiraq. *in tract. le mort saisit le vif. 7. declara. 3. part.* Et ita fuit tentum in caussa Cremonensi capellaniæ 5. Decemb. 1552. coram Deza.

IVS QVÆSITVM.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non conceditur, quando ius alteri est quæsitum.*

DECISIO CXXXVI. seu I.

IVs quæsitum alteri est caussa sufficiens, † vt restitutio in integrum non conceda- 1
tur, vt per Castren. *in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib & posthu. & per alios ibid. Rui. in*

consi. 97. num. 7. vol. 3. vide infra in verbo restitutio in integrum non datur. vbi dicitur ita fuisse decisum in caussa Carthaginēsis beneficii, coram Vestano 19. Feb. *1552.*

IVS SVPERVENIENS.

SVMMARIVM.

1 *Mentio facienda est in impetratione de iure ad rem considerabili.*

DECISIO CXXXVII. seu I.

1 IVs ad rem considerabile inducitur † ex gratia conditionali habente spem vel respectum de præterito vel præsenti, & de eo est facienda mentio, *vide infra in verbo mentio. vers. mentio est facienda, de gratia conditionali, & supra in verbo gratia. versiculo, gratia conditionalis habens aliquam spem.*

LAICVS.

SVMMARIVM.

1 *Laicus tuetur ex regula de impetrand. beneficia vacantia certo modo, & quare.*

DECISIO CXXXVIII. seu I.

1 LAicus tuetur regula de impetrando beneficia vacantia certo modo, quia † potest ex dispensatione beneficium retinere, prout decisum fuit in caussa Calaguritana Abbatiæ *4.* Nouē. *1551.* coram Chissanensi. *Et vide infra in verb. regula de impetran. certo modo, vers. regula de impetran. benef. certo modo vacantia tuetur laicum.*

LEGATVM.

SVMMARIA.

1 *Possedisse quando quis dicatur ex titulo legati præambulo.*
2 *Agnitio probatur ex continuata possessione.*
3 *Confessio procuratoris potest reuocari etiam nō docto de errore.*
4 *Confessiones repugnantes repellendæ.*
5 *Confessio continens actum inutilem specificatum non valet.*
6 *Agnitio considerabilis ex quibus non dicatur probata.*
7 *Agnitio non probatur in actu, nisi clare constet.*

DECISIO CXXXIX. seu I.

LEgata erat vinea Baptistæ, cui antea p eundem testatorem fuerunt donata 500. scuta, & ordinatum in testamento, vt legatarius alterum ex his duobus solum haberet, & si exigeret 500. non haberet vineam. Et quoniam post mortem testatoris in lite, quam habuit legatarius, cum herede, procurator legatarii asseruit in iudicio legatarium possidere vineam titulo donationis, etiam ante obitum testatoris, & in alio loco dixit se possidere iure legati. Ideo dicebat heres, quod agnouerat legatum, quia de donatione non constabat, & legatum factum esse in testamento apparebat,
1 & sic vineam possedisse ex causa legati, & sic ex titulo præambulo. *l. 2. C. de acq. pos. glo. in l. quadam mulier. ff. de rei vend. Alexan. consi. 8. col. 5. vol. 3. Ruin. consi. 122. col. 2. vol. 4.*
& ex possessione † cōtinuata probatur agnitio. *l. 1. C. de acquir. hered. & ibi Doct. & Bart. in l. gerit. ff. de acq. hered. col. 2. versic. ad secundum.* 2
Verum quia legatarius vineæ, agnitionem legati negabat, dicens ipsum possidere titulo donationis sibi factæ in vita testatoris, quam possessionem ipse continuabat, *iuxta glo. in d. l. quadam mu[...] ff. de rei vend. & glo. & Bar. in d. l. secunda. C. de acquir. poss.* Et sic quod non possidebat iure legati, vt vel legatum esset agnitum. Nec obstabat confessio procuratoris dicentis ipsum possidere iure legati quia illa confessio fuit per principalem reuocata, † 3 & iam non docto de errore, quod poterat fieri, cum nō esset principalis, sed procuratoris. *Imol. in cap. fin. col. 3. de confess. Felin. in cap. 1. col. penult. vers. 2. declara. de lit. contest.* Accedit etiam, quod confessiones videbantur continere † 4 repugnātiam, vel diceret, quod possidebat ex titulo donationis, & ex titulo legati & ideo repellendæ. *Fulg. consi. secundo. in fin.* pariter d. cōfessio † 5 continet actum inutilem specificatum, quia si dixit ex titulo donationis in vita factę, debet hoc legatum tanquam terræ legatarii, inutile esse. *vt in § sed si rem legatarii. Inst. de legat.* Ideo fuit resolutum, nullam agnitionem † 6 considerabilem probatam fuisse, † 7 cum agnitio non probatur in actu nisi clare constet, & affirmatiue illam concludat. *vt per Bar. in l gerit. col. 4. ff. de acquiren. heredi. Fulgos. consi. 20. in fin.* adeo vt non teneatur Baptista dimittere 500. scuta eidem donata. Et ita tentum fuit die *12.* Iunii *1551.* in vna Romana legati vineæ, corā Barensi. *Et vide infra in secunda decisione post hanc.*

SVMMARIA.

1 *Legatum, de quo hic, an in omnem euentum inducat fideicommissum.*
2 *Prohibitio alienationis facta ad tēpus post tēpus videtur permissa.*
3 *Clausula in fine posita, non intelligitur relata ad præcedentem dispositionem, in qua est perfecta determinatio.*
4 *Dictio (tunc) apposita in dispositione ista, denotat extremitatem temporis.*
5 *Voluntas sola an in fideicommissis sit spectanda.*
6 *Voluntas potius quam verba attenditur.*

DECISIO CXL. seu II.

LEgatum factū a testatore cum prohibitione alienationis, sub his verb. videlicet, Relinquo nepoti meo omnes cēsus aquæductus, & territoria, quæ habeo in patria Leodiensi sub conditione, quod si contingeret ipsum nepotem meum ab hac vita discedere, nullis relictis heredibus

dibus, vno, vel pluribus, vel relictis, & ad ætatem 15. annorum completorum, non peruenientibus, tunc ipsi census aquæductus & territoria redeant ad proximiores de meo latere, & de vno ad alium ea conditione adiecta, quod huiusmodi census, aquæductus, & terragia nullo vnquam tempore alienari, seu pignorari possint, sed semp ad
1 propinquiores deuoluantur. Non † inducit fideicommissum in omnem euentum, sed tantum in casu, quo proximiores succederent scilicet, quando nepos decederet, vel sine filiis, vel cum filiis, qui tamen decessissent, antequam compleuerint 15. annum, &
2 ratio est, quia prohibitio † alienationis facta ad tempus, post illud videtur permissa. *Bartol. in l. patrem. §. fundum. ff. de legat. 3.* Et
3 quia clausula, † in fine posita, non intelligitur relata ad præcedentem dispositionem, in qua est perfecta determinatio ipsius testatoris, secundum *Fely. in cap. caussam, quæ. num. 22. versi. limita. 3. de rescript. Alexand. consil. 11. num. 4. vol. 4. Paris. consi. 36. num. 16. volum. 1.* Præterea illa dictio (tunc) apposi-
4 ta † in illa dispositione denotat extremitatem temporis. *l. 4. §. fin. de condit. & demonst.* vt dicatur, quod tunc proximiores succedant, quando nepos decessit nullis relictis filiis, vel relictis & decedentibus, antequã compleuerint 15. annum, & tunc proximiores prohibiti sint alienare. Nec obstat, quod
5 in fideicommissis † voluntas sola sit spectãda. *l. penul. de l. 1.* Et potius voluntas, quam
6 verba † attendatur. *l. cum virum. C. de fideiuss.* Et videtur, quod prohibitio inducta fuerit cum hoc, vt bona semper remanerent in familia, quæ ratio procedit in omni casu, etiam si filii exstarent, & mortui essent post 15. annum: quia respondetur, quod inducta fuit prohibitio in omnem casum, scilicet, decedente nepote sine filiis, vel cum ipsis, sed tamen decedentibus ante completum 15. annum, & sic nullam aliam mentem testatoris habemus, quam illam, quæ colligitur ex verbis testamenti, a quibus non est recedendum. *l. non aliter. de legat. 3.* Et ita fuit decisum in caussa Leodiensi aquæductus, coram Capisucco 28. Martii 1552.

SVMMARIA.

1 *Legatarius contraueniens præcepto testatoris, cadit ab omni commodo legati.*
2 *Accrescendi ius quando locum habeat in legatis.*
3 *Mens testatoris, quando virtualiter eliciatur.*
4 *Legati acceptatio, quando habeat onus annexũ.*

DECISIO CXLI. seu III.

Legatum vineæ factum a testatore Francisco, & Baptistæ fratribus: cum hoc, quod non debeant venire contra testamẽtum: & casu quo aliquis eorũ vigore testamenti siue donationis inter viuos, vel caussa mortis præsumserit in aliquo præsenti testamento se opponere, & contrauenire quouismodo, seu quæsito colore, quod immediate, & ipso iure cadat a legato sibi facto, & ab omni commodo resultante ex dicto testamento, in quo reuocauit omnes donationes hactenus factas tã mortis caussa, quam inter viuos, etiam scutorum 500. quos habebat super Monte fidei dicto Baptistæ fratri Francisci collegatarii, qui Baptista mortuo testatore accepit illa 500. vigore donationis, & sic contrauenit testa- 1
mento, & cecidit ab omni commodo dicti legati sibi facti de vinea: heres dicebat medietatem vineæ sibi deberi, vigore contrauentionis Baptistæ legatarii. Frãciscus collegatarius dicebat sibi deberi per ius non decrescẽdi, tamquam coniuncto re, & verbis. Fuit tãdem resolutum, quod portio legati vineæ Francisco accresceret cũ onere soluendi heredi 500. scuta donata Baptistæ propter conuẽtionem. Et hoc ex verisimili 3
mente testatoris, quæ licet † non colligeretur ex verbis expressis testamenti: tamen virtualiter ex illis hoc colligebatur. *Crot. in l. re coniuncti. num. 105. & ibi Rip. post alios, quos refert, & sequitur num. 194. de leg. 3.* Nam testator grauauit omnes legatarios, qua volun- 4
tate stante, sequitur, quod acceptatio † legati habebat onus non petendi donationẽ ad effectum, vt remanerent heredi illa 500. donata Baptistæ legatario, vt in simili dicit *Socin. in consi. 122. num. 9. volu. 1.* Et maxime, quia non debebat esse melioris conditionis Franciscus collegatarius Baptistæ altero collegatario, qui contrauenerat. Quapropter dicebatur, quod si vult legatum, quod pertinebat Baptistæ, tenetur restituere 500. eidem Baptistæ, & restituendo virtualiter videbatur assistere, & non contrauenire testamento, ob quam contrauentionem portio sua accrescebat legatario coniuncto re & verbis. Et ita fuit resolutum in vna Romana legati vineæ siue hereditatis, & bonorum 4. Nouembris 1551. coram Barensi *& vide supra in verbo antepræcedenti decisione.*

LEGATVS.

SVMMARIA.

1 *Legatus de latere an in ordinarii præiudicium possit vnum beneficium sibi reseruare.*
2 *Legatus de latere non potest plura beneficia in vna ecclesia reseruare.*

DECISIO CXLII. seu I.

Legatus de latere in præiudicium, & in mensibus ordinarii potest † vnum be- 1
neficiũ reseruare, nec obstat sibi *ca. præsenti. de offic. legat. in 6.* Secus est si plura beneficia

† reseruare voluerit in eadem ecclesia; &
2 sub vno collectore, quia tunc obstat sibi dispositio *d. cap. praesenti. vide infra in verbo reseruatio. versic. reseruare potest legatus.*

SVMMARIVM.

1 Legatus de latere potest dispensare super defectu aetatis in parochialibus seu aliis ecclesiis stante consuetudine.

DECISIO CXLIII. seu II.

1 LEgatus de latere potest dispensare † super defectu aetatis in parochialibus, seu aliis ecclesiis stante consuetudine immemorabili, de qua per Imol. *in cap. quo ad trãslationem. de offic. deleg. vide supra in verbo dispensatio. vers. dispensare potest legatus.*

SVMMARIA.

1 Legatus de latere, si habet potestatẽ generalem, potest confirmare donationem iurispatronatus factam per laicum laico, & erit loco consensus episcopi.
2 Consensus episcopi requiritur in donatione facta de iurepatronatus a laico, alteri laico.
3 Legatus de latere concurrit cum ordinario, & inter eos est locus praeuentioni.
4 Consensus episcopi quandocunque praestari potest in donatione iurispatronatus, & retrotrahitur.
5 Legatus de latere consentiendo donationi iurispatronatus, an facere dicatur praeiudicium ordinario.
6 Intellectus ad Rocc. de Curte, in tract. iurispatronat. ver. pro eo. num. 6.

DECISIO CXLIV. seu III.

1 LEgatus de latere, si habet potestatem generalem, potest † confirmare donationem iurispatronatus factam per laicum
2 laico, & erit loco consensus episcopi, qui † requiritur *iuxta cap. illud. de iur. patron.* vbi per omnes, & ratio est, quia legatus de
3 latere concurrit † cum ordinario, & inter eos est locus praeuentioni. *Franc. in cap. 1. colum. fin. de offi. leg. in 6.* Et si ordinarius potuit praestare consensum. *d. cap. illud. vbi Doctores.* ergo, & legatus potuit hoc facere, nec obstat, quod consensus dioecesani sit in ipso actu necessarius, quia quandocunque
4 † praestari potest, & trahitur retro, *vt p omnes in d. cap. illud. Rot. decis. vltima. de iurepatro. in antiq. & sequuntur Paris. in consi 35. nu. 10. vol. 3. & Socin. in cons. 79 num. 35 volum. 2.* minus obstat quod dicebatur legatum de latere, non posse detrahere, vel praeiudicium inferre iurisdictioni ordinarii, *vt per Franc. in d. cap. 1. in fi. de offi. leg. in 6.* quoniam respondebatur negando assumptum, quod lega-
5 tus † per cõsensum praestitũ praedictae donationi factae in potentiorem fecerit praeiudicium ordinariae iurisdictioni, *neque hoc di-*
6 *cit* † *Roc. de Cur. in tract. iur. patro. super verbo, pro eo. num. 6. allegatus*, sed bene dicit, quod eo, quia est praeiudiciale ecclesiae, quod episcopus non deberet consentire, sed si consensit, quod non valeat consensus, hoc non dicit Roccus in loco praeallegato. Et ita fuit decisum in caussa Visen. parochialis de Budiosa, coram domino Vestano 10. Octob. *1552. vt in eius lib. fol. 161.*

SVMMARIA.

1 Legatus habens facultatem prouidendi de duob. beneficiis similibus sub eodem tecto personis idoneis, an prouidere possit illi, qui prius obtinuit, & possidebat aliud beneficium sub eodem tecto, ratio num. 2.
3 Legatus iure ordinario nihil potest super incompatibilibus.
4 Delegatus quilibet etiam legatus, debet seruare formam. c. is qui de praeben. in 6. & num. 18.
5 Intellectus ad dicta Doctorum in cap. is qui de praeben. in 6.
6 Mandatum Papae semper reducendum est ad ius commune.
7 Beneficium primum, quãdo vacare non dicatur per secundum.
8 Legatus in conferendo duo beneficia sub eodem tecto non procedit authoritate ordinaria, sed delegata.
9 Delegatus fines mandati seruare debet.
10 Idonea persona quae dicatur.

DECISIO CXLV. seu IV.

LEgatus habens facultatem prouidendi de duobus beneficiis similibus sub eodem tecto personis idoneis, non poterit pro- 1
uidere vni, qui prius obtinuit, & possidebat aliud beneficium sub eodem tecto, & si prouidit, prouisio est ipso iure nulla. *tex. est in cap. is qui. de praeben. in 6.* Et ratio est, quia si de ordinaria potestate † vellet prouidere, 2
non posset. *cap. literas. vbi Card. in secundo not. de conces. praebend.* & super incompatibilibus
† legatus iure ordinario nihil potest. *Rot. decis. vltima. de off. leg. in nou. Paris. consi. 136. num. 27. lib. 4.* cum ergo appareat euidenter, quod voluit vti potestate delegata, quia contulit duo beneficia similia † sub eodem 4
tecto, & tunc quia facit in vim specialis cõmissionis, debet seruare formam. *cap. is, qui. de praeben. in sexto.* cum in ea collatione reputetur simplex mandatarius Papae, ita in terminis dicit Gondis de Villa. *in tract. de legat. q. 9. num. 34.* Et ita procedunt quae dicunt † *Doctores in d. cap. is qui.* dum inducunt 5
illum tex. ad legatum Papae, vt per Dominicum ib. nu. 9. circa med. & nu. 11. versi. oppositio. Lap. Ab. Nam mandatũ † Papae semper reducendũ 6
est ad ius commune. *Gem. con. 47. nu. 3. Gond. in d. tract. de leg. q. 14. nu. 108. cum seq* Nec dicitur primum † vacare, vt collatio facta de 7
duob.

duob.remaneat valida, *ca. iuxta, de multa. de*
8 *præbend.* quia legatus in collatione † duorũ beneficiorum similium sub eodem tecto non procedit auctoritate ordinaria legationis, sed extraordinaria, & delegata, ita vt
9 in collatione non valeat excedere † fines mandati *l. diligenter, ff. mandati illius.* Prouisio
10 debet † regulari secundum formam, *d. cap. is qui.* præsertim cum in facultatibus dicatur personis idoneis, nec dicitur persona
11 † idonea illa, quæ habet in eadem ecclesia aliud beneficium sufficiens, nisi illud dimittat, *d. cap. is qui. in gloss. in verb. non potest.* Nec obstant notata per Hostien. *in cap. non-*
12 *nulli. de cler. non resid.* quia habent † locum, quando iure ordinario confert, non autem iure speciali. Et ita fuit bis decisum in vna Maioricen. beneficii, coram Montisflasconen. 14. & 21. Octob. 1552.

LEGITIMATVS.

SVMMARIA.

1 *Legitimari an quis possit in vrbe de consensu patris stante bulla Archiuii, de qua hic.*
2 *Dispositio generaliter loquens generaliter debet intelligi. Amplia hoc procedere etiam in statutis odiosis nu 3.*
4 *Clericus ab Imperatore, vel ab habente caussam ab eo an possit in vrbe legitimari.*
5 *Clericus an possit prorogare iurisdictionem etiam voluntariam laici.*
6 *Clericorum iudex est adeundus, quando legitimãdus est filius clerici patre instante.*
7 *Legitimatio filii vnius sacerdotis est prohibita iure diuino, & canonico.*
8 *Dispensatio pro filio clerici, requirit agnatorum citationem.*
9 *Legitimare est voluntariæ iurisdictionis, in qua non consideratur territorium.*
10 *Imperator in terris ecclesiæ legitimare potest de patris consensu.*
11 *Legitimari potest filius sacerdotis a comite Imperiali patre petente.*
12 *Citatio non requiritur, quando de nullius præiudicio tractatur.*
13 *Pater potest propria eius bona in mare proiicere.*
14 *Imperator potest in terris ecclesiæ legitimare non subditos de consensu patris: amplia etiam in filio sacerdotis laico, nu. 15.*

DECISIO CXLVI. seu I.

LEgitimatus fuit in vrbe Iulius Soderinus a Comite Imperiali de cõsensu episcopi Xantonen. eius patris in sacris constituti: dicebãt enim nepotes episcopi, qui erant legitimi, & naturales, quod Comes Imperialis, non poterat filium clerici legitimare, seu cum eo dispensare in aliena iurisdictione, maxime bulla per Pontifices concessa collegio Archiuii Romanæ curiæ, qua disponitur, quod nulli hominum liceat vigore quorumcunque priuilegiorum, vel auctoritate Apostolica, vel alio quomodolibet concessorum in dicta curia, infra vnam diætam legalem, ab vrbe seu loco vbi ipsum Pontificem cum sua curia pro tempore residere contingeret, nothos, ac illegitime natos natalib. restituere, cũ decreto irritanti, quapropter fuit dubitatum per dominos, an † Bulla Archiuii habeat locum 1
in legitimatione facta in vrbe, de consensu patris? Pro parte affirmatiua dicebatur, quod cũ d. Bulla Archiuii generaliter loquatur, generaliter intelligi debet † etiam si esset 2
maior ratio in vno quam in alio casu, *l. prima, ff. alea lusu, & l. in fraudem, in fin. ff de test. milit.* Quod procedit † etiam in statutis o- 3
diosis. *Deci. in consilio 5. in fin. versiculo vltimo, non obstat.* Secundo dicebatur, quod Iulius erat clericus, & filius episcopi, & quod propterea legitimatio fieri † non poterat, ne 4
dum a Comite, sed nec ab Imperatore in eius propria aula patre etiam petente. *Bened. de Plambi. in vna disputatione incip. statuto Pisano. Baldus in l. prima. C. de natur. liber. Alexand. consilio octauo, libro secundo. Socinus consilio 65. colum, fin. & consilio 47. numer. 20. lib. tertio, Maria. Socin. consilio 58. columna tertia, lib. 2. Deci. consilio 338. numero sexto, & consilio 150. numer. 4.* Vbi aperte concludit, quod clericus non potest legitimari a Comite 5
Palatino, ex quo ipse clericus non potest prorogare iurisdictionem etiam voluntariam laici. Et sic Imperatoris, vel habentis potestatem ab eo, *vt dixit Dominic. in cap. si annum, §. si vero. columna final. in princip. de iudiciis, libro sexto.* Quod si legitimatio fit ad instantiam patris clerici in casibus a iure per- 6
missis, debet adiri iudex patris, & sic clerici, quem sequitur *Parisius consilio 2. numer. 24. libro secundo.*

Tertio, quod legitimatio filii sacerdotis 7
est prohibita a iure canonico, & diuino, quia cum patre nullo modo poterat esse matrimonium, igitur ista est dispensatio, non legitimatio, quæ fieri non potest a Principe seculari. *Paris. in dicto consilio 2. numero vigesimosecundo, lib. 2.* Ratio est, quia talis dispensatio † citationem agnatorum 8
requirit, etiam si sit viuente, & petente patre. *Petr. de Anchar. Curt. Calderin. Socyn. Iason, Decius, & Ioan. Crot. in quamplurimis locis citatis per Parisium in dicto consilio secundo, numer. 26. libro secundo.* Ergo impossibile est exerceri per comitem Imperialem in terris ecclesiæ. *Corneus consilio primo, colum. 6. versiculo non obstat. libro tertio, & in consilio 9. libro quarto. Parisius in dicto consilio 25.*

Pro parte autem negatiua dicebatur, quod Bulla Archiuii non vindicabat sibi locum in legitimationib. factis de consensu patris,
9 quia legitimare † est voluntariæ iurisdictionis, in qua non consideratur territorium, *l. secunda ff. de offic proconsul. Ioan. Andr. in capit. per venerabilem, colum. 2 & 3. versicul Iacobus de Bello. vbi Petrus Ancharanus, colum. 5 in fine, & sequitur ibi numer. 26. Anton de Butr. colum 2. versic. venio ad secundum, cum versiculo item secũdo. Cardin. num. 12. & 14. versic. hæc inducuntur & versiculo, quid concludemus, & ibi Prapositus colum. 49. versicu. quo vero ad quæsitum, vbi dicit hanc esse communem opinionem. Calderinus consil. 3. versic. sed contrarium, qui fil. sint legit. in nou. Salycetus in l prima in fine, de iur. annul. aure. Cardin. in cap per venerabilem, num. 12. cum seq. vers. sed hæc inducuntur, qui fil. sint legit. vbi dicit hanc opinionem seruari communiter. Dec cons. 52. num. 2. vers. non ob & consi. 307. num. 7. & consi. 105. col. 1. num. 1. versic. 2. arguitur, vbi dicit ita communiter teneri. Beltrand. consil. 26. num. 11. vol. 2. Alex. consil. 11. numer. 11. volum. 7.* Secundo, quia
10 Imperator † vel habens caussam ab eo in terris ecclesiæ legitimare potest de patris consensu. *Iacob. de Bella. in authentica quibus modis naturales fiant sui, in princip. colum 2. & in disputatione incip pater habens filium. Bart consil. 75. nume. 4. Bal. consi. 388. col. 1. in princ & in proœ. C. col penult. versi. iuxta hoc quæro. Deci. consi. 52. versi. 2. non obstat. & consil. 55. nec non consi. 150. col. 2 versi. 3. facit Beltrand. consi. 26. colum 4. & 5. nu. 10. cum seq volum. 2. in nou & consi. 277. numer. 6. volum. 3. Ias. consi. 155. colum. 3. versiculo secundum dubium, volum. 4. Io Crot. in l Gallus, §. & quid si tantum, num. 89. de lib. & posthum. qui dicit hanc esse communem, & ita attestatur Paris consil. 1. nu. 7. & 8. vol. 2.* licet legitimatio fiat in nõ subditũ. *Et nume. 11.* dicit: quod quantum attinet ad successionem patris prorogantis, nulla cadit dubitatio, quin talis legitimatio sit validissima. Et idem quo ad præiudicium patris petentis legitimari filium, vel prorogantis iurisdictionem, tenet *Alex. consil 67. col. fi. versi. quoad casum nostrũ, & versi facit quod notat. vol. 1.* Imo quod vltra iuris dispositionem, valet de consuetudine talis legitimatio facta in alienis territoriis de patris consensu. *Socin. consil. 47. num 36. volum. 4. & Paris.*
11 *consil. 1. num. 15. volum. 2.* Tertio, quod filius sacerdotis possit a Comite Imperiali legitimari patre petente, tenent. *Calde. consil. 3. in fi. qui fil sint legit. Bald. in l etsi contra, circa versic. sed nunquid Imperator. C. de nupt. in verb. participium in §. final. quib. modis naturales efficiantur sui. Ioan. And. & ibi Prapos. in cap per venerabilẽ, § quod autem. colum. 74. versi. 10. facit, qui fil. sint legiti. & colum. 75. versic. ex hoc dico. Paul. de Castr. in l. si quis posthumos in princ. ibi quos adoptauit, ff. de libe & posthum. & consil. 226. colum. 2 in fi. secundum antiquam impressionem incipiendo, vt dendum est Deci. d. consil. 150 num. 15. & consil. 158. num. 10. & Socin. consilio. 47. numer. 36 volum. 4.*
Quarto nam quando pater nullos † alios 12
habet filios legitimos, & naturales, prout in casu nostro, nullus est citandus, nam alicui non infertur præiudicium, prout nulla non requiritur caussæ cognitio: & sic legitimatio facta de non subdito de patris consensu valet, quia si poterat † bona sua in mari pro 13
iicere, multo magis potest per actum ciuilẽ in alium transferre, *vt per Bald. in d. proœmio. Cod. nume. 9. versic. iuxt. hoc quæro, & eum omnes communiter sequuntur Ioan. Crot. in d. §. & quid si tantum, num 89, ver. Primus casus, & N. de Vbald. in tract. successio num. 108. Grat. consi 123. num. 7. volum. 1.* Domini autem in concursu supradictarum opinionum tenuerunt, quod illa sit vera, & communis opinio, quæ habet, quod Imperator † possit in terris ecclesiæ 14
legitimare non subditos de cõsensu patris, & quod sit vera alia cõmunis opinio, quod habeat locum, etiam in filio sacerdotis, sed quia dicebatur, † quod non habet locum in 15
clerico legitimato, fuit dictum quod super hoc particulariter dubitaretur, postquam fuerit dictum, d. Iulium esse clericum. Et ita Domini tenuerunt die 4. Decemb. 1551. in vna Romana hereditatis corã Domino Capisucco, *vt in eius lib. fol. 97.* Et hæc decisio fuit confirmata, coram eod. 14. Nouembr. 1552. vide supra decis.

SVMMARIA.

1 *Legitimare potest Imperator, vel habens caussam ab eo, in terris ecclesiæ non subditos, & nu 2.*

2 *Imperator potest in terris ecclesiæ legitimare filiũ clerici.*

DECISIO CXLVII. seu 2.

LEgitimare † quod possit Imperator vel habens potestatem ab eo non subditũ, 1
etiam in terris ecclesiæ, *tenent Iacob. de Bell. in authen. quib. mod. nat. effici sui Ioan. And. in capit. per venerabilem, qui fil. sint legit. Bartol. cons 75. num. 4 Bald. in prima const. C. scilicet patre petente. Ange consi. 350 num. 5. & sequ. Paul. de Castr. consi. 125 num 4. volum. 2. Salyc. in d 1. const. C. numer. 8. Card. in d. cap. per venerabilem, & consi 3. Cald. consi. 4 incip. probatur, qui fil. sint legit. Beltrand. consil. 26. num. 10. cum sequ. volum 3. in nou. Crot. in repet. l. Gallus, §. & quid si tantum, numer. 89 patre tamen petente Capra consil. 2. col. 5. Decius consil. 307. num. 6. & consil 207 nume. 7. & consil. 52. num. 2. & consi. 150. colum. 2. Paris. consil. 1. num. 8. volum. 2.* vbi dicit magis communem opinionem esse, quando petente patre fit. *Nicol. de Vbald. de success. ab intest. num. 12. Marti. Lau. in tractatu legitima. num. 96. & sequ. videtur tenere cum Bald. videlicet patre tamen petente.*

parte Anton de Rossel.in tracta. leg. nume.31. Re Lau.in tracta. de Imperatore quæst.102.nu.4. dicit hanc communem esse Prepos.ibidem colum.81.ver. de 2.an possit legitimare.Goz.ad consilio 48.nume. 2.Fulgos.consi.168 colum.3.referendo Iacob.de Bel. iure idem tenere. Contrarium autem tenuerunt *Abb.in cap.per venerabilem,qui fil.sint legit. Bartol.in l.qui in prouincia.de ritu nupt.Iacob. Bu.in l.prima.C.de iur.annul.aure.Fely.in cap.audistis, de præscript. Innoc.in cap. pastoralis.de offic. ordinarii.Paul.de Castr.consil 343.Anchar.consi. 320 num.2.Alexand consil 67.volum.1. Cor.consil.10.& 28.volum 3.Afflict.in c.1.si de feud.fuerit controuersia.Ludou.a Sard de nat.lib.q.10.nu. 21.Rebuff.in tractat.de priuileg.scholar. quæstio.8. priuileg.3.num.1.Lucas de Penna in l.eos,num.65. C.de his qui sponte.lib 10.Cur sen.consi.73.Ias.consil.70.volum.3.Socin.consil.557.num.14. Signor.de homed.consil.221.colum.antepenultima.vers.præterea.Cassan.consil.31 numer.16. Rota decisio.1.qui fil.sint legit.in nou.& secundum Alexand.d.cons. 67 num.8.est de mente Barto.in l.qui in prouincia, & Innoc.& Ioan.Andr.& Anto.in d.cap per venerabilem.* Et ideo propter tantam Doctorũ varietatem Domini nihil resoluerunt in caussa Romana hereditatis de Soderinis, coram Capisucco *14.* Nouembris *1552.* Sed remanserunt in decisis,quo ad hoc, quod
2 Imperator † possit non subditum in terris ecclesiæ de consensu patris legitimare, &
3 pariter filium † clerici. Hæc volui põnere pro casu occurenti, licet adhuc decisa non reperiantur.

SVMMARIA

1 *Legitimare potest Imperator in terris ecclesiæ clericum patre petente, & ratio.*
2 *Legitimatio est fauorabilis filiis.*
3 *Imperator potest quoad temporalia legitimare etiam in sacris constitutum.*
4 *Clericatus priuilegium non debet clerico nocere.*
5 *Intellect.ad l.fin.de iurisdict.omn.iud.*
6 *Intellect. clement. ne Romani. §. porro. de iureiuran.*
7 *Intellect.ca.si diligenti.de for.competent.*
8 *Prorogatio habet locum,quando de patris cõsensu fit legitimatio.*
9 *Clericus potest in laicum consentire, quando non minuitur priuilegium clericale.*

DECISIO CXXXXIX.seu *3.*

1 Legitimare potest Imperator, † vel caussam habens ab eo, clericum in terris ecclesiæ patre petente, secundum magis cõmunem opinionem, & ratio est, quia dispositio generalis fauorabilis loquẽs, quod Imperator possit legitimare non subditum in terris ecclesiæ, comprehendit etiam clericum. *Dec.consi.282.nu 8. Abb.in cap ecclesia sanctæ Mariæ,nu.12 versi.si vero statutum, vbi Fely. col.13.vers.quæritur primo. Dec.consili.10.num.27. versi.3.conclusio de constit.Marsi.sing.453.* Et q, legitimatio † sit fauorabilis filiis, ponit Ant. 2
de Rosel.in tract.legiti.titu.de cau.materi.legit.nu. 5.vers.præterea legitimatio. Accedat etiam, q, Imperator † vel habens ab eo potestatem, 3
si vult legitimare quo ad temporalia, potest etiam quod talis legitimandus esset constitutus in sacris. Quia priuilegium clericatus
† non debet ei nocere, *cap quod ob gratiam, de* 4
reg.iur.in 6. Et in terris ecclesiæ viuente patre, & ad eius instantiam potest, cum non inferatur alicui præiudicium. *Nico.de Vbald. de succes.ab intest.numer.107.& sequen. Paris.consilio 10.volum.2.* Nec obstat † *l.fin.de iurisdict.* 5
omn.iudic. quia non habet locum in voluntaria iurisdictione, quæ potest etiam exerceri in alieno territorio. *Socin.consilio 47.numer.35. versiculo, quibus præsuppositis.volum 4.*
Nec obstat clem. † *ne Romani.§ porro de iure-* 6
iur. vbi Imperator iurat non exercere quãcunque iurisdictionem in terris ecclesiæ, quia intelligitur de potestatiua, non autem de voluntaria, *vt per Ludou. a Sardis in tracta. legitim.titu.de legitimatione per rescriptum, quæst. 10. versi. denuo contrahitur, nec in contrarium* † 7
facit cap.si diligenti.de for compet. Quia legitimare clericum non est subiicere illum potestati Imperatoris, sed est facere beneficium, & cõmodum clerico, quod per Imperatorem non prohibetur fieri. Minusq; obstat, quod non habeat locum prorogatio, quia non est verum, quando de consensu † 8
patris fit legitimatio, tunc cessat præiudicium consideratum, cum nemini iniuria inferatur, si legitimatio fiat de consensu patris, qui posset bona proiicere in mare, nec etiam interest ordinis clericalis, vt clericus legitimetur; imo est fauor: & propterea
quando non minuitur priuilegium clericale, potest clericus in laicum consentire, 9
& submittere se consuetudini laicorum. *Abb.consi.33.col.1.&2.versicu respectu.cum ver. seq.& versi quicquid sit. volum.2.* Et ita fuit decisum post duas positiones, in caussa Romana hereditatis de Soderinis, coram Capisucco, die 2.Maii *1552.*& secundo loco, die *9.*Maii *1552*: hæc decisio fuit firmata coram eo, & sub die *13* Iunii *1552* coram Capisucco, & *16.* Octob. *1552.*

SVMMARIVM.

1 *Legitimare nunquid possit Imperator in terris ecclesiæ clericum filium clerici patre petente.*

DECISIO CXXXXIX.seu *4.*

Legitimare potest Imperator vel habens 1
caussam ab eo clericũ filium clerici patre petente in terris ecclesiæ, *Bal.cons.763 lib. 5.* Ita fuit tentum non tamẽ totaliter firmatum, in causa Romana hereditatis de Soderinis, die *17.* Octobr. 1552. coram Capisucco.

SVMMARIA

1 *Legitimitatis quasi possessio quomodo probata dicatur summatim ad effectum obtinendi alimenta, & expensas litis.*
2 *Matrimonium celebratum in facie ecclesiæ non dicitur clandestinum.*
3 *Matrimonium non dicitur clandestinum, sed publice factum si de illo apparet publicum instrumentum.*
4 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*
5 *Probanda est species consanguinitatis.*
6 *Scientia cōsanguinitatis matris est probanda, vt dicatur caussatum impedimentum.*
7 *Legitimitas prolis inducitur ex bona fide vnius ex coniugibus.*
8 *Publica vox, & fama non probatur nisi per duos testes.*
9 *Probationes luce meridiana clariores requiruntur in caussa matrimoniali.*

DECISIO CL. seu 5.

LEgitimitatis quasi possessio probata est, si testes dicant, dominam Mariam reputari, & tractari a patre, & ab aliis, vt filiam legitimam, & naturalem, & d. Maria stante tali probatione summatim, *vt dicit l. si quis a*
1 *liberis. § si vel parens, vers. meminisse, ff. de libe. agnosc. & ibi Bart & alii* habet intentum † nō solum pro habendis alimentis, & expensis litis, sed etiam, vt probasse dicatur se esse legitimam. *Dec consi. 176. num. 10* Et quod esset adhuc probata quasi possessio legitimitatis tenuit secundus responsalis, tertius, quartus, sextus, & octauus: quamuis quatuor alii, vel dubitauerint, vel mouerint difficultates. Non obstat, quod dicebatur matrimonium non esse celebratum publice, sed clā-
2 destine: quia imo probatur fuisse celebratū in facie ecclesiæ, † *l si. de rit. nup* & quia ad-
3 erat de matrimonio publicum instrumentum, actus non † dicitur clandestine factus, sed publice. *Bar. in l non intelligitur. §. tacite ff. de iur. fisci. Curt iun. consi. 64 num. 2.* Nec minus obstat, quod consanguinitas fuit probata,
4 & per consequens constat de impedimēto.
5 Nam nō probat hoc esse, † quod ab hoc cōtingit abesse, & oportet, quod sit † probata species consanguinitatis *Rui consi. 100. & cōs.*
6 108 *lib. 3.* Et quod sciuerit d. Claudia mater
7 Maria, † & vxor Neapoleonis impedimētum, quia bona fides † vnius ex coniugibus sufficit ad legitimationem prolis, *c. ex tenore,*
8 *qui fil. sint legit. Cassad decisio. vltima, de sponsal.* Nec publica vox, & fama probatur per vnū testem, quia duo requiruntur, *gloss. in l. 3. §. eiusdem ff de testibus Bart & alii in l. de minore, §.*
9 *plurium num. 19 ff de quæst.* Et in caussa matrimoniali † requiruntur probationes luce meridiana clariores. *Rom. consi. 150. numer. 10.*
volum. 3. Et ita fuit tentum in vna Romana, status, & alimentorū, coram Domino Chisanen. die 3. Iunii 1553. & dictum, quod alimenta ex concordantia taxentur ad scuta 4000. alias per sententiam.

LÆSIO.

SVMMARIVM

1 *Læsio enormissima non consideratur in alienante rem ecclesiæ, quando restant tot bona de quibus viuere possit.*

DECISIO CLI. seu 1.

LÆsio enormissima non † consideratur in alienante rem ecclesiæ, quando restant tot bona, de quibus viuere possit. *Socinus consi. 269. num. 24. volum. 2.* Et ita fuit tentum in vna Bracaren. parochialis de Pacos, coram D. Augustino, die 3. Iunii 1552. 1

LEX.

SVMMARIA

1 *Intellectus ad l. cum heredes ff de acq. possess.*
2 *Lambertinus vbi hic reprobatur.*

DECISIO CLII. seu 1.

LEx, cum heredes *ff. de acq possess.* procedit in incorporalibus, † quia in omnibus re- 1
quiritur actus corporis, & facti, & est eadem ratio. *secundum Tiraq. in tract. le mort saisit le vif 7. declar. tertia par. reprobata † opinione Lamber.* 2
in tract. iurispatron. lib. 2. prima parte articulo 22. tertia, q. principali. Et ita decisum in caussa Cremonen. Capellaniæ, coram Dezza 5. Decembr. 1552.

SVMMARIA.

1 *Lex non eo minus, C. de procura. non habet locum in infante, & quare, nu. 2.*
3 *Infans cum careat omni sensu, non potest in iudicio esse.*

DECISIO CLIII. seu 2.

LEx, non eo minus, C. de procuratoribus † non habet locum in infante, *vt ibi per* 1
Ias in prin. versi. 2. extēde, post Bart. in l. furioso. in princip. de re iud. Bald. in l. neq. in fin. C. de contrahen. & committen. stipulat. Et est communis opinio, quia cum eo nō fit iudicium, cum 2
careat omni sensu, nec possit † in iudicio 3
esse. *Specu. de primo decreto, §. restat. versi sed pone nu. 10 Ias. in l. 2. vltimo nota. ff de in ius vocan. Bal. in l. 1. oppo. prima. C. de precib. Impe. offer. & in l. bonorum, C. qui admitti.* Et ita fuit decisum in caussa Romana status, & alimentorum coram Domino Capisucco, die 19. Nouēbris 1552.

SVMMARIA.

1 *Intellect. l. generaliter, C de secund. nupt.*
2 *Nuptias incestuosas contrahens esse non debet melioris conditionis illo, qui celebrauit legitimas.*
3 *Pœnæ statutæ contra illos, qui secundo nubunt, habent etiam locum contra illos, qui incestuose nubunt.*

Deci-

DECISIO CLIV. seu 3.

LEX generaliter, *C. de secund. nupt.* habet locum, etiam quando † fuerunt contra-
1 ctæ incestuosæ nuptiæ. Ratio est: quia non debet esse melioris conditionis ille, qui in-
4 cestuosas nuptias contraxit, illo qui legitimas nuptias celebrauit, *l. his solis. C. de reuocatio. donatio. vbi gloss. in versic. volumus authen. de restitutoine. Et ea quæ parit in secundo mense post mortem viri, §. final.* Et eo maxime, quia
3 pœnæ statutæ † contra illos, qui secundo nubunt, habent etiam locum contra eos, qui incestuose, & luxuriose viuunt. *Bartol. in d. l. his solis, & ibi Bald. & Salyc. & omnes communiter. C. de reuoca. donat. Nicol. de Vbald. de success. ab intest. secunda par. num. 12.* Et ita fuit decisum in caussa Mediolanen. dispensationis, coram D. Chissanen. die 29. Maii 1551. & vide supra in verbo filius.

LIBRI.

SVMMARIA

1 *Libri mercatorum, pro tertio contra tertium non probant, & nume. 5.*
2 *Mercatores non dicuntur constituti de publico.*
3 *Liber si refert se ad mandatum est de illo docendum.*
4 *Quasi possessio exigendi pensionem an probetur ex partitis librorum mercatorum.*
6 *Libri officialium, puta consulum, probant, limitatur, nu. 7.*

DECISIO CLV. seu 1.

1 LIbri mercatorum pro tertio contra tertium non probant: quia mercatores †
2 non dicuntur constituti de publico. *Iaso. in l. admonendi, numer. 133. & sequ. ff. de iureiurand. Felyn. in cap. 2. nume. 32. & sequen. de fid. instrum.* Et quia libri, de quibus nunc agebatur, habebant relationem ad mãdata Cardinalis,
3 & non constat de mandatis, ideo non probant. *Deci in authen. si quis in aliquo. secunda ratione. C. de eden.* Nam potest esse, quod Cardinalis soluerit metu censurarum, & cum protestatione contenta in illis mandatis: sed tamen Domini dixerunt, quod illa protestatio repetita non censetur ex præsumtione iuris: quia durabat eadem caussa metus censurarum, & ideo quod ex istis partitis non probetur quasi possessio exigendi
4 pensionem, prout in vna Mediolanẽ. pensionis, coram Domino Reomano die *16.* Nouembr. 1551. Et successiue, die 2. Decem-
5 bris dicti anni, fuit tentum, quod libri † mercatorum non probant pro tertio contra tertium, quia sunt simplicium merca-
6 torum, non autem † officialium, & qui scribunt ad memoriam, non ad acta conficienda, qui tamen si essent officiales † vt puta
7 consules, non tamen probarent inter alios, non subditos administrationi. *Aym. in tractat. de antiqu. tempor. parte prima. numer. 24. Itaque resolutum.*

SVMMARIA

1 *Libro thesaurarii canonicorum, & communitatis presbyterorum ecclesiæ creditur, quo ad ipsos de vniuersitate, & quare, nu. 2.*
3 *Liber thesaurarii est liber communis.*
4 *Extremum primum an probetur per librum thesaurarii contra illos de communitate.*

DECISIO CLVI. seu 2.

LIbro thesaurarii canonicorum & communitatis presbyterorum ecclesiæ Aluen. credendum † est contra ipsos, qui sunt 1
de communitate, quia canonici omnes † 2
sunt de communitate presbyterorum, & iurãt obedire syndicis. Quapropter sequitur, quod liber thesaurarii † sit liber cõmu- 3
nis. *Anchar. consi. 44. nu. 8. versi. videndum est. Ias. in l. admonendi, nu. 137. & num. 132. ff. de iureiurand.* Ita vt resoluatur etiam aliud dubium datum circa primum extremum, per † 4
eũ demmet librum thesaurarii. Ex quo apparet, quod istæ quinque libræ fuerunt solutæ communitati pro ineundo ingressu, & propterea, quod communitas fuerit in possessione. Et ita fuit tentum die 29. Decembris 1552. coram Domino Augustino in vna Aluen. spolii, *prout in eius lib. fol.*

SVMMARIA.

1 *Tutores, curatores, administratores, negotiorum gestores, siue quouis nomine nuncupentur, tenentur conficere librum rationum, & numer. 3.*
2 *Heredes etiam illorum qui administrauerunt aliquid, tenentur ad reddendum rationem.*
3 *Administrator tenetur edere librum administrationis.*
4 *Liber administrationis alicuius negotii, quid cõtinere debeat.*
5 *Iuratur in litem contra administratorem, qui nihil scripsit in libro administrationis, nam dolus, & deceptio præsumitur, nu. 6.*
8 *Dolus administratoris arguitur ex libro confuso per eum producto.*

DECISIO CLVII. seu 3.

LIbros rationum suarum tenentur † conficere tutores, curatores, administratores, negotiorum gestores, siue quouis nomine nuncupentur. *Roma. consilio 413. & consil. 415. & 425. Angel. consil. 175. Deci. consil. 110. post numer. 7.* Quia ista redditio administrationis, nõ solum administratorem sed eius heredem † astringit. *Roma. d. consilio. 413. in princip. Paris. consilio 84. numer. 19. volum. 1. & Ripa respons. 23. colum. 1. versic. 3. præmitto. Marsil. Socin. in consilio 148. numer. 6. libro primo.* Et est præcipuum, quod administrator † 3
in administratione rationis, conscribat librum, quem postmodum in redditione

ipsarum rationum exhibere tenetur. *Deci. d.consil.110.num.8.* Et in tali libro debent de-
4 scribi † redditus, & fructus, quia percipiuntur ex bonis administratis. *Bart.consi.150.*
5 Et si in d.libro nihil scriptum fuisset, † dolus & deceptio præsumitur, & contra eum iu-
6 ratur † in litem, & tenetur ad interesse. *Ange.consil.176 ante fi. Fulgo consi.196.in prin. Anchar.consil.316.colum.1. Alexand.consi.74.num.2.lib.7. Socin.consi 46 in 2.dubio.libro.1. & consil.159.colum.1.lib.2. Dec.consil.178.num.2.& consil.19.colum.2.in princ.& consil.274.colum.penult.& in cap.ex parte,el primo post numerum 5. de appella. Paris.consil.89 volum.1. Gozad consi.17.nu.7. Grat.responso.23.num.9.lib.1 Afflict.decis.60.num 5. Ruin.consi.26.num.12 lib.5. Phanu.in tract.de in lit.iurand.in 2.par.ante numerum 30.& in numer.35.& est communis opinio. Rot.decis.209. alias 5.de probatio.in nou.* Et propterea Domini resoluerunt Paul. Collet. teneri ad reddendum rationem administrationis, alioquin contra eum iurandum esse in litem,
7 ex dolo præcipue suo, qui apparebat ex † quodam libro per eum producto satis confuse tento. Et ita fuit conclusum in vna Romana liquidationis fructuum, coram Domino Augustino die 4. Maii 1551. *prout in eius lib. fol 113.*

SVMMARIVM

1 *Libri visitatorum plene probant quo ad pertinentia ad visitationem.*

DECISIO CLVIII. seu 4.

Libri visitationum episcopi quo ad visitationem personarum, sacramentorũ, & aliorum pertinentium ad officium visi-
1 tantis, plene † probant. Ita fuit tentum, die 14. Decembris 1551. coram Domino Vestano, in vna Conquen. & vide supra in verbo consuetudo.

SVMMARIA

1 *Libri exsistentes in manibus tertiæ personæ, an exhibendi sint actori ad effectum, de quo hic.*
2 *Exhibere tertius quando non teneatur.*

DECISIO CLIX. seu 5.

1 Libri exsistentes in manib. tertiæ personæ exhibendi non † sunt actori ad effectum illos producendi contra reum, & possessorem, qui non vult vti dicta scriptura
2 contra illum tertium, & quia carta, † in qua sunt scriptæ partitæ, quæ faciũt ad caussam ratione dominii, est illius tertii, qui inuitus non exhibet, nisi scripta sit mandante illo, qui petit exhiberi, glo. est *in l. fraudem, in verbo edi. versi. quare, ff. de iur fisci. Deci. in cap.1. vers. supra est tertius articulus, de probati. num.59. & 60.* Et ita tentum die 27. Aprilis 1551. corã Baren. in vna Romana seu Tusculana Casalis molariæ.

SVMMARIVM

1 *Libri Chronicorum probant erectionem alicuius officii, vel beneficii.*

DECISIO CLX. seu 6.

Liber Chronicorum † probat erectionẽ 1 alicuius officii, vel beneficii, vt dictum fuit in vna Toletan. de Gazarda corã Accorambono 8. Iunii 1552.

LIQVIDATIO.

SVMMARIA.

1 *Liquidatio est facienda in parua summa, quãdo testes deponunt de magna, & parua summa.*
2 *Liquidatio in mediocri summa facienda est, quãdo testes deponunt de parua, mediocri, & magna.*

DECISIO CLXI. seu 1.

Liquidatio fructuum, quando fit per testes deponẽtes de magna & parua summa, † debet fieri in illa parua summa, in qua 1 testes sunt concordes: sed si testes deponũt † de parua mediocri, & magna summa, tunc 2 fieri debet secundum mediocrem summã: Ita dixerunt Domini, quod obseruatur in Rota, in caussa Tiburtina melioramentorum, die 17. Octobr. 1552. coram D. Montisflasconen.

L I S.

SVMMARIA

1 *Lis quando non dicatur introducta.*
2 *Iurisdictionem non tribuit commissio caussæ literis non confectis, & quare.*
3 *Sarnen. in reg. de annali q.45. nume.12. quomodo intelligatur.*
4 *Citationis defectus per comparitionem sanatur, secus si est defectus iurisdictionis.*
5 *Iurisdictionem dare non possunt priuati.*

DECISIO CLXII. seu 1.

Lis non dicitur introducta, quando † cõ- 1 mittitur caussa literis nõ confectis, nec est derogatum regulæ, licet fuerit reus citatus, & comparuerit. Et ratio est, quia si nõ apparet de literis expeditis, regula de commissionibus caussarum literis non cõfectis obstat, † vt non dicatur tributa iurisdictio, 2 & lis non potest esse sine iurisdictione. *Sarnen. in regul. de annal. quæst.45. colum 2. in princi. & colum.3. versic. breuiter.* Et ideo non interrumpitur possessio nec annalis, neque triennalis. Non obstat dictum eiusdem † *Sar-* 3 *nen. in d. quæstio.45. nnmer.12. in regul. de annali.* Quia loquitur quando esset lis nulla ex defectu citationis, qui per † comparitionem 4 sanatur: secus quando est nulla ex defectu iurisdictionis, vt quando cõmittitur caussa literis non confectis, quia tunc non sanatur per comparitionem, cum priuati † iurisdi- 5 ctionem dare non possint, & ita loquitur. *Roma. consilio. 400. incipit, vt clarior reddatur, versicul.2. quia sit, & prope fin. versicul.3.* Quia & ita

Et ita fuit tentum in caussa Maioricen. de Iucha, coram Domino Prospero de sancta Cruce, de mense Nouembris 1546. Et hodie 7. Nouembris, coram Domino Vestano in vna Segobien. de villa Castina fuit confirmatum. Et decisum fuit etiam in caussa Tolletana præstimonii, coram Domino Vestano 14. Nouembris 1552. *vt in eius lib. folio* 117.

SVMMARIA.

1 *Lis calumniosa non interrumpit possessionē pacificam, quando dicatur calumniosa, nu.* 3.

2 *Possidens quando efficiatur annalis, vel triennalis.*

4 *Caussam iustam litigandi quando quis habuisse dicatur.*

DECISIO CLXIII. seu 2.

1 LIs quando est calumniosa, non † interrumpit possessionem pacificam, vt notat. *Sarnen. in regul. de annali quæstio. 45. in fi.* Et
2 interim possidens † efficitur annalis, vel tri-
3 ennalis, nec dicitur lis calūniosa, † si introducens litem habeat primam sententiam in fauorem, quæ postea fuerat reuocata per tres sententias, non tamen ex eisdem actis. Quare videtur habuisse iustā caussam liti-
4 gandi † *ad decis. decimam, de dol. & contumac. in nou.* Et ita fuit dictum in caussa Segobien. de villa Castina, coram Domino Vestano 21. Nouembris 1552. *vt in eius libro folio* 127.

SVMMARIVM.

1 *Lis quando non dicatur exsistere de iure nec de facto.*

DECISIO CLXIV. seu 3.

LIs non dicitur exsistere nec de iure, nec
1 de facto, si fuerit † mota per procuratores, de quorum mandato bene non cōstat. *Rot. decisione 2. de rerum permutat. in antiquioribus. Cassado. decisione 6. de dol. & contumac. & decisione 5. vt lit. pend.* Et ita tentum in caussa Seguntina integræ portionis, coram Domino Guidobono 18. Martii 1552. *vt in eius libro fol.* 49.

SVMMARIVM.

1 *Lis dicitur introducta licet commissio fuerit obtenta per assertos procuratores, si constat de aliqua ratificatione principalis.*

DECISIO CLXV. seu 6.

1 LIs dicitur introducta † licet commissio fuerit obtenta per assertos procuratores, si tamen constet de aliqua ratificatione principalis, vt fuit tentum in caussa Caurieñ. de Casta. coram Domino Guidobono 22. Iunii 1552. *vt in eius lib.*

SVMMARIVM

1 *Lis quamuis in partibus agitata interrūpit triennalem possessionem.*

DECISIO CLXVI. seu 5.

LIs licet fuerit agitata in partibus, interrumpit tamen triennalem † possessio- 1
nem. Ita fuit dictum in caussa Burgen. del. Corro, coram episcopo Montisflasconen. Lunæ 5. Decembris. 1552. *vt in eius lib. fol.* 121.

SVMMARIVM

1 *Lis dicitur durare etiam in personam illorum, qui fuerunt surrogati gratiose, quid autem si surrogatio non sit gratiosa, num.* 2.

DECISIO CLXVII. seu 7.

LIs dicitur durare etiam in personam il- 1
lorum, qui fuerunt surrogati gratiose, & non dicitur exstincta, *vt per Cassado. decisio. 1. vt lit. pend.* Secus si surrogatio, † non fuit gratiosa, sed fuit mandatum de surrogando, vel fuit data potestas, vt possit expedire literas in forma gratiosæ surrogationis: quo casu idem est ac si esset mandatum de surrogando, *vt per Sarnen. in regul. de annali. quæstio.* 70. Ita fuit dictum in caussa Arboren, Archipresbyteratus, coram Domino Vestano 20. Iunii 1552. *vt in eius libro fol.* 48.

SVMMARIA

1 *Lis non dicitur finita licet decretum sit brachium seculare, dummodo non sit exsecutum.*

2 *Lis exstinguitur per mortem naturalem.*

DECISIO CLXVIII. seu 7.

LIs finita non dicitur, licet sit decretum brachium seculare, dummodo non sit
† exsecutum. *Gomez. in regul. de annali. q.* 44. 1
Et ita fuit tentum licet incidenter, in vna Pientina parochialis, coram Domino Chissanen. die 8. Iunii 1552. Et ita refert fuisse alias decisum Mohedan. *decisione* 150. *alias* 180. *prout in eius lib.* Et lis per mortem
naturalem penitus † exstinguitur. *Cassado. decis. 3. vt lit. pend.* 2

SVMMARIA

1 *Lis quando per non nominationem non dicatur introducta.*

2 *Protestationis factæ a procuratore in præsentatione mandati, nihil fieri ipso non citato, effectus.*

3 *Lis introducitur ex solo decreto citationis quo ad partem committi curantis caussam, secus quo ad partem conueniendam seu ream, nu.* 4.

DECISIO CLXIX. seu 8.

LIs non dicitur † introducta inter Mar- 1
cellum, & q. Saluatorem, quia in commissione non fuit Saluator nominatus, nec in decreto exsecutionis, vel illius exsecutione, quamuis procurator Marcelli manda-
tum procuræ præsentauerit, cum † prote- 2
statione, quod nihil fiat nisi ipso citato, qui procurator, nunquam fuit citatus, *clem. 2. vt*
lit. pend. Rot. decis. 279. in no. Fely. in c. super literis 3

3 quo ad partem committentem caussam, ex solo decreto citationis lis introducatur. *Sarnen. in regul. de triennal. quæst. 56. Parisi. consil. 45. num 33. volum. 4.* Tamen quo ad aliā partem conueniendum seu ream, non est
4 introducta lis, nisi citatio fuerit exsecuta, aut litigiosa. *C. de lit. Pari. consi. 81. num. 13 lib. 4.* Ratio assignatur per Bonifac. *in d. clemen. 2. nume. 15.* Et quia caussa commissa censetur, contra nominatos tantum in commissione, nisi adsit clausula, & omnes alios, &c. *Cassado. decisio. 2. de dolo & contumac.* Nec obstat productio mandati, quia cum illo procuratore non fuit processum, & ita loquitur Rot. *decisio. 281. in nou. & Ægid. decis. 364. & 556. & Felyn. in cap. cum contingat de rescript.* Et ita fuit tentum, die 28. Martii 1552. coram D. Augustino in vna Auersana beneficiorũ, *prout in eius lib. fol. 76.*

SVMMARIA.

1 *Lis pro derelicta quando dicatur habita. & numer. 2.*

3 *Stabilimenta postea impetrata, quando sint valida.*

4 *Lis noua quando dicatur.*

DECISIO CLXX. seu 9.

1 Lis habita videtur pro derelicta post centum, & plures annos, quamuis constet de litis pendentia, quæ durat perpetuo, *ca. penulti. de iud. cap. fin. de probatio. Barbat. in cap. de caussis. de offic. deleg.*
2 licet non dicatur finita ad effectum, quod stabilimenta impetrata, & facta pendẽte lite sint inualida, etiam quod lis pro derelicta habeatur, *vt dicit Cassado. decisio. 5. vt lit. pend. & Sarnen. super regula de tri-*
3 *ennal. quæst. 16.* Ideo stabilimenta postmodũ impetrata valida sunt, & eo maxime: quia postmodum fuit prosecuta vigore nouæ
4 commissionis, & sic fuit † noua lis. Et ita fuit tentum die 4. Aprilis 1552. In vna Neapolitana iurisdictionis, coram Domino Augustino. *prout in eius lib.*

SVMMARIA.

1 *Lis, quando dicatur finita.*

2 *Lis finitur per sententiam iudicis.*

3 *Liti finem imponit Papæ sententia.*

DECISIO CLXXI. seu 10.

1 Lis per Bullam † Leonis, quæ narrabat sententiam processus, & omnia acta ac Bullam Alexandri in fauorem communitatis Amatricis, & illa omnia reuocabat, finita dicitur. Et ratio est: quia quemadmo-
2 dum per sententiam † iudicis lis finitur, *Rota, vt lit. pend. decisi. 10. in nou. & decis. 2. in fi. eod. titu.* Ita per Bullam Leonis continentẽ sen-
3 tentiam Papæ, † dum per ipsam controuersiæ finem imponit, *l. 1. ff. de re iudic.* Et ita fuit tentum die 15. Iunii, coram Domino Guidobono in vna Asculana exemtionis Gabellarum, *vt in eius libr. fol. 115.*

SVMMARIA.

1 *Lis dicitur exstincta, quando possessor cedit liti, & ex cessione actor habuit possessionem.*

2 *Lis exstincta, quando dicatur, quo ad cedentem tantum.*

3 *Litigiosum quando non dicatur beneficium, & num. 4.*

5 *Lis non dicitur finita nisi per rem iudicatam, quæ sit mandata exsecutioni, intellige, quando res iudicata est contra possessorem, secus si pro possessore, num. 6.*

DECISIO CLXXII. seu 11.

Lis exstincta † dicitur quãdo possessor cedit liti, & ex cessione actor habuit posses- 1
sionem: sed quo ad cedentem † tantum fuit exstincta lis, quo vero ad duos alios colli- 2
tigantes, qui erant cõdemnati per sententiam, & rem iudicatam, & contra ipsos agebatur tantum pro expensis non dicitur beneficium litigiosum, quia ipsi non tenẽtur 3
nisi ad expensas, & lis super expensis † non 4
facit beneficium litigiosum. Non obstat, quod lis non dicatur finita † nisi per rem 5
iudicatam, quæ sit mandata exsecutioni. *Sarnen. in regul. de annali. quæstio. 44. numer. 4. &*
5. Quia procedit, quando res iudicata est 6
contra possessorem, secus est si est pro possessore. Et ita fuit tentum die 12. Octob. 1552. coram Domino Augustino in vna Rauennaten. canonicatus.

LITERÆ.

SVMMARIA.

1 *Literarum expeditionis diligentia non prodest acceptandi beneficium vacans & cadens in sua exspectatiua.*

2 *Gratia est perfecta, quando supplicatio est signata & expedita, nec requiritur literarum expeditio de iure communi.*

3 *Collatio non tribuit plenum ius non secuta acceptatione ex parte prouisi.*

DECISIO CLXXIII. seu 1.

Literarum expeditionis diligentia † non 1
prodest acceptanti beneficium vacans, & cadens in sua exspectatiua, quia de iure communi non est necessaria † literarum 2
expeditio, sed eo ipso, quod supplicatio est signata & expedita, gratia est perfecta, *Bald. in l. humanum, C. de legib. Cardin. in proœm. clemen. Gemin. & Franc. in proœmio 6 & late Felyn. & Deci. in rubri. de constitut. Geminia. consil. 106. colum. 3. Cassado. decisio 8. de restitut. spoliat. Rebuff. super concordatis de mandat. apostol § 1 versi. literas. pag. 258. & 259.* Ideo cum gratia sit perfecta, etiam sine literarum expeditione non prohibetur acceptatio, & collatio
† non tribuit plenum ius non secuta acce- 3
ptatione ex parte prouisi, *capit. si tibi absenti.*

de

de prabend. in sexto. Barto & alii in l. qui absenti. de donatio. Et aliàs fuit decisum per tres positiones, coram bon. mem. Ioan. Mohedano, vt refert Peregrinus Fabius in suis decisionibus in titul. de concess. præbend. decisione 7. Et ita hodie 24. Aprilis 1553. in vna Brachanen. Monasteriorum, coram dicto Accorambono Decano fuit confirmatum.

SVMMARIA.

1 *Iudicare tenetur auditor secundum literas Apostolicas expeditas, & in actis productas, etiam quod de mala expeditione opponatur.*

2 *Expeditores soli habent cognitionem discordantiarum literarum Apostolicarum, & numer. 4.*

3 *Præsumendum est pro officialibus in his, quæ consensum respiciunt.*

5 *Agens ad spolium debet prius actionem habere, nam sine illa nemo experitur.*

6 *Possessorem vincere melius est ex non iure surrogati, quam alter vitiose ingrediatur.*

7 *Spoliatoris oppositio quando pertinens dicatur.*

DECISIO CLXXIV. seu 2.

Literas Apostolicas expeditas, & in actis productas, Auditor sequi, & secundum
1 illas iudicare † tenetur, etiam quod opponatur male fuisse expeditas, & non concordare cum mandato ad resignandum, cum
2 hæc discordantiæ cognitio † ad expeditores pertineat, qui eas sine consensu expedi-
3 re non valent, & in iis, quæ † consensum respiciunt, pro officialibus præsumendũ est, *gloss. & Doctor. in l. si quis decurio. C. de falsis.* Et
4 cum dubitaretur, an † literæ discordantes a mandato in iudicio possessorio essent remittendæ ad corrigendum, Domini dixerunt, quod sic in casu, de quo tunc agebatur, de quo vide *in alia decisio. infra in versicul. subrogationem & in versi. colorem tit.* Ratio est,
5 quia antequam quis agat † ad spolium, debet habere actionem, & sine actione nullus experitur, ne detur vitiosus ingressus ad
6 litẽ, & quia melius † est, ꝙ possessor vincat ex non iure subrogati, & remaneat in sua possessione, licet iniuste, quam quod alter vitiose ingrediatur. *Staphil. in tractat. de literis gratiæ & iustitiæ, folio 184. in prima impressione. Rota decisione 419. in antiqu.* & oppositio
7 † spoliatoris est pertinens in isto iudicio. Et ita tentum die 12. Iunii 1553. in vna Lucana canonicatus, & præbendæ, coram Accorambono.

SVMMARIA

1 *Literæ resignationis, quando dicantur bene expeditæ.*

2 *Consensus vbi requiritur in aliquo actu sufficit, vt quandocunque præstetur.*

3 *Forma dicitur inducta quando datur aliquid per prius, & posterius.*

4 *Forma illa respicit expeditores, quæ vult consensum ante expeditionem præstari.*

5 *Forma data per regulam expeditoribus, licet non fuerit ab ipsis seruata, tamen partibus nocere nõ debet.*

DECISIO CLXXV. seu 3.

Literæ resignationis dicuntur † bene expeditæ, licet consenserit procurator nõ 1
idoneus, quando post expeditionem alter
procurator bonus cõsensum præstitit, quia 2
vbi consensus requiritur in aliquo actu, sufficit, quod quandocunque præstetur, *vt per Iaso. & alios in l. si quis mihi bona, §. iussum, de acquir. hered. Rota decisione 3. de confess. in fin. in*
non. Nec obstat, quod quando datur † ali- 3
quid per prius, & posterius, quod dicatur pro forma datum. *vt per Felyn in capitu. cum dilecta, versicul. 6. signum, de rescript.* Quia respondetur, quod illa forma, quod consensus præstetur ante expeditionem literarũ,
respicit ipsos expeditores, † non autem 4
partes illas, quæ expediri volunt: & ideo dicta regula non est de dandis. Vnde si forma
per regulam erat † data expeditoribus, quã 5
uis illam ipsi non seruauerint, non debet nocere illi, qui expediuit. Et per hæc fuit per dominos saluata expeditio literarum resignationis Alfonsi Iunioris factæ in Andream Velam, vt in caussa Segobiẽ de villa Castin. coram Vestano, die 17. Octobr. 1552.

LITIGATOR.

SVMMARIA

1 *Litigator calumniosus ad effectum regulæ de annali, quis non dicatur.*

2 *Sententia prima in fauorem istam litigandi caussam probat.*

DECISIO CLXXVI. seu 4.

Litigator calumniosus ad effectum regu-
læ de annali non dicitur ille, qui † habu- 1
it infra annum sententiam in fauorem, licet fuerit reuocata per tres sententias cõformes, non tamen ex eisdem actis, quia
propter primam sententiam videtur † ha- 2
buisse iustam caussam litigandi, *vt est decisio. Rot. 10. de dol. & contumac. in nou.* Et ita fuit decisum in caussa Segobiẽ. de villa Castin. 20. Nouemb. 1552. coram D. Vestano.

LITIGIOSVM.

SVMMARIA.

1 *Litigiosum quando efficitur beneficium.*

2 *Verba, cum toto negotio principali, denotãt caussam petitorii.*

3 *Actor dubiam eius intentionem declarare potest.*

DECISIO CLXXVII. seu 1.

Litigiosum efficitur beneficium si est cõ-
missa caussa a principio tam † super spo- 1
lio, quam iactationib. & toto negotio principali, quia illa verba (cum toto negotio

2 † principali) denotant caussam petitorii. *Cassado.decisio 6.de rescript. & 9.de caus.possess.& prop.numer.13.* Non obstat, quod pro parte actus procedatur in solo possessorio, & suspensum sit petitorium, quia caussa nihilominus commissa reperitur in petitorio per
3 illa verba: alioquin actor † dubiam suam intentionem declarare posset, *l.si quis intentione ambigua.ff.de iudic.* Et ita fuit tentum, corã Domino Chissanen. in vna Pientina sancti Leonardi die 30. Maii 1552. *prout in eius libro folio 213. Et vide supra in verbo commissio.*

SVMMARIA.

1 *Litigiosa caussa non probatur, si testes probant litem, cum primo & secundo, non autem cum tertio.*
2 *Sarnen. vbi hic declaratur.*
3 *Possessores pacifici, quando aliqui non dicantur ad effectum intentionis praescriptionis.*
4 *Negligentia non petentis, quando censeatur.*

DECISIO CLXXVIII. seu 1.

1 Litigiosa caussa cum tertio esse non † probatur, si testes probant litem cum primo, & secundo, & non cum tertio. *l.1.§ 1.ff. de litig. Rebuff. in tractat. de pacific. possess numer.*
2 156. Nec obstat, quod † dicit Sarnen. *in regu. de triennal.q. 22.* quia (vt ipse dicit) *numer.* 4. illa regula loquitur in intentione naturali, non in ciuili, & sic quod Domini de Priulis
3 † non dicantur pacifici possessores, quoad effectum intentionis praescriptionis, *Bartol. & alii in l.naturaliter.ff.de vsucap.* Et sic illi de Priulis debent esse tuti praescriptione interdicti, quorum bonorum, quo casu ipsa praescriptio non requirit bonam fidem, cũ censeatur negligentia non petentis, *l sunt.*
4 *de praescriptio.30.annorum,† & Bartol. & alii in d. l.naturaliter.* Et ita fuit tentum, coram Domino Reomano, in vna Romana, die 16. Decembr. 1552.

MANDATVM.

SVMMARIA.

1 *Mãdatarius negotio suscepto, tenetur cedere Domino actiones, & instrumenta restituere.*
2 *Dominus an teneatur protestari, contra mandatarium.*
3 *Mandatum an sit consummandum.*
4 *Mandatarius obligatur reddere rationem, & iura restituere, quae obligatio non potest auferri per scientiam mandãtis. nu.5.*
6 *Protestatione quando non sit opus.*
7 *Credendum non est cuilibet denuntianti.*
8 *Constare dicitur de veritate quando pars per se vel suum commissarium certificatus est.*
9 *Scientia ex fama, vel aliquorum rumorum probata non praeiudicat, maxime veritate in cõtrarium probata.*

DECISIO CLXXIX. seu 1.

Mandatarius seu procurator negotio 1
suscepto, tenetur cedere Domino actiones, & instrumenta restituere, etiam, quod Dominus sciuerit cautiones assecurationum non fuisse perfecte pręstitas, nec
Dominus † tenetur protestari contra man- 2
datarium. Ratio est, quia mandatum † su- 3
sceptum per Vincentiũ, consummandum est, *iux. tex in § mandatum Instit. mandat. & in l. si procuratorem, §. dolo ff. eod titu.* Ex quo † mã- 4
dato Vincentius erat obligatus Piperariis reddere rationẽ, & iura restituere, quae obligatio non potest auferri per scientiam † 5
Piperariorum, qui viderunt ius suum semper durare contra Vincentium, *l.sicut §. non videtur ff quibus mod.pign.vel hypo.soluatur.* Et
tunc nõ fuit opus † protestatione, quia no- 6
ua obligatio ex protestatione quaerenda non erat, *l. mora. ff. de vsur. Bartol. in l. non solum, §. mort. numer. 50 ff. de nou. oper. nunt.* Ideo tenetur Vincentius cedendo actiones, restituere, & dare instrumenta. *Deci. consilio 533 colum 2.* Et quia Piperarii Vincentio negotium commiserunt, cui credere debe-
bant, & non alteri, cum non cuilibet † de- 7
nuntianti credendum sit, *cap. si beneficia; & ibi gloss. in versic. certiores, ac Ioan. And. & Dominicus de praebend. in sexto. Felyn. in cap. cum cõtingat. quarta columna, de rescript. vers. limita. dupliciter.* Et idem Dominicus *in cap. si tibi absenti. numer. 12. de praebend. in sexto.* Et tunc de
veritate, † constare dicitur, quãdo pars per 8
se, vel suum commissarium certificatus est, *tex. est in authen. hodie. C. de repudiis, traditur in*
cap. in praesentia. de sponsal. Nec scientia † ex fa- 9
ma, vel aliquorum rumore probata praeiudicat, maxime veritate in contrarium probata, *l. final. vbi Imo. numer. 5. ff. de hered. institut.* Et ita fuit tentum in vna Mantuana Saccarorum, coram Domino Reomano, die 20. Februarii 1552.

SVMMARIA.

1 *Ratificatio quid operetur, & an mandato comparetur, num 2.*
3 *Mandatarius quando teneatur actiones cedere, & instrumenta dare.*
4 *Credendum non est cuilibet.*
5 *Audiens ab aliquo cui non tenetur credere, sibi nõ praeiudicat.*
6 *Improbare dicitur qui non approbat.*

DECISIO CLXXX. seu 2.

Mandatum licet datum non sit Vincentio, per Piperarios ad faciendum assecurationes ad rationem 7. vel 8. pro cente-
nario, tamen adest ratificatio † Piperariorũ 1
in eorum literis, in quibus approbant fa-
ctum Vincentii, quae † ratificatio mandato 2
comparatur, *l. final. C. ad Macedon.* Et est ac si a prin-

à principio mandatum dedisset, *l. si quis mihi bona, §. iussi. de acquiren. heredit. Felyn. in cap. post cessionem, colum. 6. numer. 21. de probatio. & Bald. in l. si qui seruo numer. 1. C. quod cum eo.* Et propterea Vincentius tenetur nedum acti-
3 ones cedere, † verum etiam instrumenta dare, quia licet Piperarii habuerint scientiam assecurationum factarum illo modo, tamen non per hoc negatur, quin assecurationes essent factæ pro summa 4700. vt scripserat Vincentius: si enim factæ fuissent extra tempus, deberet dare instrumenta assecurationum factarum, vt factæ sunt, *l. cum seruus, ff. de conditio. & demonstra.* Nec obstat scientia, quia non erat talis, quæ sibi præiudicaret: nam cuilibet non est credendum,
4 *gloss. in versicul si certiores,* † *in cap. si beneficia, de præbend. in sexto. Felyn. in ca. cum contingat, num. 4. versi. limita dupliciter, de rescript.* Et ideo in-
5 telligens † ab aliquo, cui non tenetur credere, licet non contradicat, sibi non præiudicat: nam contradicere non tenetur,
6 quamuis non † approbare sit improbare. *Hippolyt. in rubri. de probationi. nu. 246. Barto in l. quo enim. §. primo. numer. 1. ff. rem rat. hab.* Et ita fuit tentum, in vna Mantuana Saccarorum, die 19. Februarii 1552. coram Reomano. Et idem fuit decisum in dicta caussa die 27. Maii dicti anni, quod Vincentio non sufficiat cedere actiones contra Paulũ de Rauenna Piperariis, sed teneatur tradere instrumenta, prout facta fuerunt, licet non in tempore, quod tradat prout sunt, *per text. in l. cum Seius, & l. qui sub conditione in princ. ff. de condit. & demonst.*

SVMMARIA.

1 *Mandatum factum alicui ad petendum census præsentes, & futuros, non se extendit ad petitionem caducitatis.*
2 *Mandata sunt stricti iuris.*
3 *Caducitas non dicitur inducta, nisi per dominum sit declarata, amplia, vt in nu 4.*
5 *Voluntas domini super caducitate debet explicite declarari.*

DECISIO CLXXXI. seu 3.

MAndatum procurationis factũ in personam N. ad petendum census præsentes, & futuros, non se extendit ad petiti-
1 onem caducitatis † ob non factam solutionem in tempore, & procurator petens caducitatem excedit fines mãdati. Ratio est,
2 quia mandata † sunt stricti iuris. *Rota decisio.*
3 *13 de procurat. in nou.* Et quia caducitas † nunquam censetur esse inducta, nisi fuerit declarata per dominum se ita velle; *l. 2. & ibi Bartol. Bald. Ange. Salic. & alii. C. de iur. emphi.*
4 *Decius consilio 138. 2. colum.* Vbi ampliat † procedere, etiam quod esset dictum in instrumento, quod ipso iure, & facto incurratur caducitas, & talis voluntas † debet explicite declarari. *Deci. consilio 146. & Cassad. decisio. 2. de locato, numer. 2.* Et in mandato verbum nullum habetur de caducitate, ergo illam non comprehendit. Et ita fuit tentum in vna Perusina seu Cortonen. census, die 28. Martii 1550. coram Domino Reomano. 5

SVMMARIA

1 *Mandatum factum a capellanis valet, licet non dicat capitulariter factum, & quare.*
2 *Notario dicenti capellanos capitulariter congregatos fuisse, non creditur & quare, nu. 3.*
4 *Mandatum consimile habens illi, quod impugnat, non auditur.*

DECISIO CLXXXII. seu 4.

MAndatum factum a capellanis, licet non dicat capitulariter factum, tamẽ bonum † est, quia non constat, quod capel- 1
lani haberent capitulum, & licet notarius asserat, ipsos capellanos † capitulariter con- 2
gregatos fuisse, tamen non est credendum 3
notario, quia de hoc non est rogatus. *Felyn. in capit. cum nonnulli, §. sunt & alii, colum. 5. versicu. 1. per id quod habetur, de rescript.* Et quia ille, qui impugnat mandatum factum per capellanos, habet consimile mandatum. 4
Et ita fuit tentum, die 17. Octobris 1552. coram Domino Reomano in vna Tolletan. decimarum.

SVMMARIA.

1 *Mandatum per literas, quando datum censeatur.*
2 *Procurator per literas constituitur.*
3 *Mandatum censetur illi datum, cui iura fuerunt transmissa, & quæ ille produxit.*
4 *Orator Regis nunquid pro ipso Rege admittatur ad defendendam caussam cum cautione de rato, & an vsque ad sententiam inclusiue, nu. 5.*

DECISIO CLXXXIII. seu 5.

MAndatum datum per literas † censetur, quia per literas constat de volun- 1
tate Regis, & per epistolam † procurator 2
constituitur. *Institut. mandati. in principio.* Et quia Rex cum literis misit iura oratori suo,
quæ orator † produxit, & sic mandatum 3
datum esse dicitur, *cap. coram. de offic. de leg. vbi Felyn. columna quarta, & ceteri,* & omnes canonistæ. *Roma. consilio. 446. versicul ad secundum dubium.* Vel si dubitetur, an sit datum mandatum, in dubio † orator Portugalliæ 4
ad defendendum caussam cum cautione de rato in ea admitti debet, sed fuit dictum, quod non feratur † sententia pro eo, nisi 5
producat verum & indubitatum mandatum ante sententiam. Et ita fuit tentum, coram Domino Reomano die 5. Decembris 1552.

SVMMARIA

1 *Mandatum speciale ad capiendum possessionem*

lite pendente requiritur, & quare.

2 *Mandatum censetur datum ad capiendum possessionem sine delicto.*

3 *Procurator habens simplex mandatum ad capiendam possessionem, nec habet mandatum ad attendendum, non potest facere Dominum cadere in pœnam.*

DECISIO CLXXXIV. seu 6.

1 MAndatum speciale † ad capiendum possessionem lite pēdente, & sic ad delictum committendum, & attentandum requiritur, alioquin intelligitur datum ad
2 capiendū possessionē sine delicto, *l. si procurator. & ibi Angel ff. de cond. indeb. Rot. decisio. 81. in nou. Felyn. in cap. 1 colum. 7 vt lite non contesta. Ripa in cap. cum inter. de constitut.* Ideo si
3 procurator † habens simplex mandatum ad capiendum possessionem, non habet mandatum ad attentandum nec facit cōstituentem cadere in pœnam. Et ita fuit tētum in vna Bononien. locationis coram D. Augustino, die 14. Martii 1552.

SVMMARIA

1 *Mandatū per literas missiuas, cuius tenoris fuerit elicitum.*

2 *Procurator per literas constituitur, & solo cōsensu datur, & reuocatur.*

3 *Scriptura priuata non probat intentionem vtilē scribentis.*

4 *Procuratoris constitutio fieri non dicitur contra illum, contra quem constituitur.*

5 *Procurator ad caussam admittitur, qualitercūq; constet, quod habeat volūtatem eius, pro quo ad caussam venit.*

6 *Iura ad caussam facientia habens. admittitur tāquam procurator, dummodo non sit persona domestica nu. 7.*

8 *Epistola plene probat intentionem scribentis.*

9 *Relatio, quando in dispositione fit ab eo, qui ex sola voluntate habet facultatem disponendi, valet dispositio licet relatio non verificetur,*

DECISIO CLXXXV. seu 7.

1 MAndatum censetur datum per literas missiuas, quæ sunt huius † tenoris, videlicet, tu scis, quod Martinus agit contra me super parochiali ecclesia de Caualariis Oxonen. ego considero, quod cum dominatio sua sit istic, in hoc, & in alia re non patior detrimentum, vos estis procurator in
2 olb. prout cōstat in actis, procurator enim per literas constituitur, & solo consensu datur, & reuocatur, *l. si procuratorem, la prima ff. de procur. clem. 1. de procur.* & etiam tacito cōsensu, *l. qui patitur, ff. mandati.* Et licet Imol. *in d. clementina prima. colum. 5. in gloss. in ver. literas,* videatur velle, quod nō probetur, nam datum ad fauorem scribentis: tamen eius decisio redditur falsa per iura prædicta quam-
3 uis enim priuata † scriptura non probet intentionem vtilem scribentis, *l. exemplo C. de probatio.* tamen procuratoris † constitutio 4
non dicitur fieri in præiudicium eius, cōtra quem constituitur, quia non per hoc ipse obligatur, vnde admittitur † procurator, 5
qualitercunque constet, quod habeat voluntatem eius, pro quo ad caussam venit. *Bonifac. de Vit. in d. clemen. 1. numer 16.* Imo ille qui habet † iura facientia ad caussam, ad- 6
mittitur vt procurator, *cap. præterea, de offic. deleg. Doct. in l. Mania in princip. ff. solut. matrimon. Rum. consilio 107. numer. 6. libro quarto,* dummodo non sit † persona domestica. 7
Roma. consilio 44. in secundo dubio. Et si sola scientia hoc operatur, *d. l. qui patitur. Alexand. consilio 80. nume. 5 libro quarto. Iaso. in l. iudice. numer 22. C. de iudic.* Tanto magis hoc debet operari epistola, quæ plene † probat inten- 8
tionem scribentis, *l. Publia. § si ff. depositi. Rum. in consilio 121. numer. 11. lib. 4.* Nec obstat relatio facta ad ea, quæ continentur in mandato, de quo in actis non constabat: quia quādo relatio † fit ab eo, qui ex sola volūtate ha- 9
bet facultatem disponendi, & faciendi illū actum, valet dispositio, dato, quod relatio ipsa non verificetur. *Bartol. in l. cum qui § Iulianus, ff. de constitut pecun. Deci. in l. edita colum. 18. in fin versicul. & notandum est. C. de eden.* Et ita fuit tentum, die 17. Aprilis 1551. in vna Oxonen. parochialis, de Caualeriis, coram D. Guidobono.

SVMMARIA

1 *Mandatum non censetur datum per literas missiuas, dicentes prout hic.*

2 *Intentio scribentis præualet.*

3 *Data tempus attenditur.*

DECISIO CLXVIII. seu 8.

MAndatum non † censetur datum per 1
literas missiuas, dicentes, præstes consensum in copiis, vt procurator meus, cum Rota habeat huiusmodi literas pro fraudulentis, posteaquam apparet de mente resignantis, quod non habeat literas pro mandato, & sic non habebat animum abdicandi a se ius, & iste casus non † est tra- 2
hendus vltra intentionem scribentis, *l. non omnis, ff. si cert pet.* Ad instrumentum productum fuit responsum, quod non prodest: eo quia debet facere, vt extendatur prius consensus, & si extenditur, Rota habebit illum pro bono. Ad mandatum cum ratione, fuit dictum, quod constitutus decessit infra viginti dies, & attenditur tempus † datæ, at- 3
tento, quod constituit & ratificauit, dum esset infirmus. Et ita fuit tentū die 25 Octobris 1554. coram D. Oradino, in vna Oueten. Archidiaconatus, confirmando decis. alias in hac eadem caussa factam coram me Caputanqu. 22. Iunii 1552.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Mandatum quando efficax dicatur ad consentiendum translationi pensionis, cum sit datum ad consentiendum regressui & accessui.*

2 *Maiora expressis in mandato quæ dicantur*

DECISIO CLXXXVII. seu IX.

MAndatum procuratoris datum ad cōsentiendum regressui, & accessui, stāte clausula generali in fine posita, videlicet
1 in præmissis, & circa præmissa: est † efficax vt constitutus consentire possit translationi pensionis. *cle. non potest. de procu. & c. qui ad agendum. eo tit. in 6. vbi omnes. & Docto in cap. sedes. de rescript.* Quia non sunt de maioribus expressis. Et ita fuit tentum die 22. Iunii 1552. coram domino Vestano in vna Toletana pensionis.

SVMMARIA.

1 *Mandatum procuratoris, quando non reuocetur morte mandantis.*

2 *Satisdatio præstita per procuratorem tantum operatur quantum litis contestatio, quo ad effectū vt res non dicatur integra & etiam quo ad effectum transmittendi instantiam. num. 3.*

4 *Litis contestatio, quid operetur in prima instantia.*

DECISIO CLXXXVIII. seu X.

1 MAndatum procuratoris nō reuocatur morte mandantis, quando mandans satis dedit de iudicio sisti. *l. iuxta. & l. si defunctus ff. de procurat.* Quia res non est integra, vt dicit *glo. 2. versi. respondeo in d. l. si defūctus. & ibi Barto. versi. vtrum satisdatio. & Alber. ibi. col. 1. vers. sed tu dic Ang. colum. prim. vers. sequitur in textu. idem voluit Bartol. in l. si ante acceptam. colum. prim. versi. oppo. ff. de iudi. Card. in clement. fi. col. 3. versi. oppono in eo, quod glo. de procur. Soci. in regu. 254. in nona fallentia. Dec. in cap. relatum col. 2. versi. notandum tamē est. de offi. delegati. Ioan de Platea in §. recte. vers. sed an satisdatio. Io. Faber. in §. item si ad. col. 1. versi. non obstat. Institut. mandati.* Et tantum
2 operatur satisdatio † præstita per procuratorem, quantum litis contestatio, quo ad effectum, vt res non dicatur integra, & ad hunc effectum isti duo casus æquiparātur. *Salic. in l. mandatum. col. 5 in decima positione. C. mandati. & in l. inter eos. col. 3. versi. porro, 7. ff. eod.* Et etiam quo ad effectum † transmit-
3 tendi instantiam, & litis contestatio opera-
4 tur in prima instantia tantum, vt dicatur quis effectus dominus litis, & satisdatio operetur. Et ita fuit tentum die 16. Nouem. 1551. coram Capisucco, in vna Florentina legatorum.

SVMMARIA.

1 *Mandatum procuratoris non reuocatur morte mandantis, quando procurator præstitit cautionem de iudicio sisti, quo ad omnes instantias.*

2 *Satisdatio quoad omnes instātias operatur litis contestationem, & facit desinere rem esse integram.*

3 *Integra res, quando esse desinat.*

4 *Satisdationis cum clausula quandocunq; vis.*

5 *Satisdationis verba esse possunt ita late cōcepta, vt vim suam extendant etiam ad alias instantias.*

DECISIO CLXXXIX. seu XI.

MAndatum procuratoris nō † reuoca- 1
tur morte mandātis, quando procurator præstitit cautionem de iudicio sisti quo ad omnes instantias, quia satisdatio † 2
quo ad omnes instantias operatur litis cōtestationem, & facit desinere rem esse integram. *glo. est in l. si defunctus. ff. de procur. & ibi Alber. col. 1. vers. iudice. & Ang. colum. 1. vers. sequitur. Bart. in l. si ante acceptum. col. penult versi. oppono, & videtur. ff. iudic. sol. Card. in clem. fin. col. 3. versi. oppono in eo, quod. gloss. de procur. Soci. in reg. 254. Fallen. 9. Dec. in cap relatum. colu. 2. vers. notandum tamen est, de offic. deleg.* Et res desinit esse integra per † satis- 3
dationem procuratoris, sicut per litis contestationem, & quo ad hunc effectum isti duo casus idem operantur. *Salyc. in l. mandatum. in 10. oppositione. col. 5. C. mandati. & in l. inter eos. col. 3. versi. oppono. 7. ff. ad eod. Hippolyt. in rubr. de fideiuss. num. 108.* Et quando satisdatio † de iudicio sisti, non est data sim- 4
pliciter, sed quandocunq;, ita vt caussa appellationis etiam sit comprehensa, nulli dubium est, quod porrigit effectum suum vltra quam porrigeret litis contestatio in prima instantia, Et ideo dicit Hippol. vbi supra. Quod verba satisdationis possunt ita 5
late concepta esse, vt vim suam extendant etiam ad alias instantias, vt dicit Albe. *in l. Iulianus. colum. 3. ad fin. ff. qui satisd cogan.* Et quando dicit, non est data simpliciter, sed quandocunque, non exspirat per sententiam. *Alexand in l. 2. §. in fideiussorem. col. 2. ff. qui satisd. cog. & ibi Ias.* Et idem si dictum sit quandocunque curiæ placuerit. *Bartol in l. si quis rerum. ff. de custo. & exhib. reorum.* Et ita tentum die 27. Nouemb. 1551. coram do. Capisucco in vna Florentina legatorum.

SVMMARIA.

1 *Mandatum factum ab octo ordinariis ecclesiæ Burgen. non capitulariter congregatis ad lites, & caussas non præiudicat duodecim aliis de capitulo, non vocatis.*

2 *Mandatum faciendum a collegio vel vniuersitate quæ requirat.*

4 *Sententia lata contra aliquos de capitulo, non præiudicat ceteris, licet præiudicat illis paucis vti singulis num. 4.*

DECISIO CXC. seu XII.

MAndatum factum ab octo ordinariis ecclesiæ Burgen. non capitulariter
1 congregatis ad lites, & caussas, non † obest respectu aliorum duodecim portionariorũ, qui non fuerũt vocati, & in constitutione procuratoris nõ interuenerunt, quia in mãdato † faciendo a collegio vel v-
2 niuersitate illa requiruntur, posita per Bal. *in l. nulli. ff. quod cuiuscunque vniuersitatis no.* videlicet conuocatio facta auctoritate superioris, locus capitularis, modus conuocandi, & quod interuenerit maior pars, & propterea sententia † lata contra portiona-
3 rios, & eorum vniuersitatem, respectu vniuersitatis, non valet, quia ille procurator constitutus non erat procurator vniuersitatis, sed bene præiudicat dicta sententia
4 portionariis, † vt singulis, , & sic contra illos octo, qui constituerunt procuratorem sustinetur. Et ita tentum die 9. Decembris 1551. coram domino Capilucco, in vna Burgẽsi iuris votandi, *vt in eius lib. fol. 41.*

SVMMARIA.

1 *Mandatum quando restrictum dicatur contra capitulum vnum, vel omnes comprehendat.*
2 *Decisio Rotæ 171. in nouis, & Milis vbi hic, declaratur.*
3 *Mandata sunt stricti iuris.*
4 *Mandatum extenditur cõtra illum contra quẽ censetur facta commissio.*
5 *Mandatum extenditur ad præcedentia, & sequentia.*
6 *Mandatum extenditur ad alias personas in connexis.*
7 *Delegati iurisdictio extenditur ad personas non nominatas in commissione ratione connexitatis.*
8 *Singulares personæ quando in mandato fuerint comprehensæ.*

DECISIO CXCI. seu XIII.

MAndatum factum per Solanum in personam Alphonsi ad prosequendum, & pertractandum literas, & processus in omnibus, & per omnia, contra quoscunque interesse putantes, & ad intimandum episcopo & capitulo tanquam exsecutoribus, ad quos pertinet traditio possessionis, ac contra illos protestandum, & ad capiendum possessionem, & fructus exigendũ, & si necesse fuerit super omnib. & singulis præmissis, & eorum occasione li-
1 tigãdum: dubitabatur an esset restrictum † contra capitulũ tantum, vel potius esset contra omnes, & præsertim contra illos, qui se opponebant, & pro generalitate, facere videbatur. *text. in l. 2. versi furiosus. ff. de iur. codicil* vbi dicitur, furiosum in omnibus & per omnia haberi loco absentis, scilicet quo ad confectionem codicillorum, qui tex. loquitur, vbi tractatur de consensu, & voluntate, & sic applicando ad casum nostrum mandatum Solani erat ad prosequẽdum, & pertractandum in omnibus, & per omnia literas regressus, & processum desuper fulminatum, & sic literæ, & processus sunt termini relati, quos, & in eis contenta potest, & debet prosequi dictus procurator contra omnes oppositores. Sed Gabriel se opposuit, ergo contra eum est constitutus procurator Alphonsus a Solano, & contra eundem Gabrielem extenditur mandatũ. Nec obstat † *decis. dominorum 171. in nou. &* 2
Mil. in repertorio. in versic. procurator, si est cõstitutus contra certam personam. Quia ibi fuit constitutus procurator ad litigãdum contra certam personam tantum, & ideo clausula generalis restringitur contra eundem, quia mandata sunt stricti iuris: secus in isto 3
† mandato, quia erat clausula generalis cõtra quoscunque interesse putantes, cum clausula ad lites & mandatum extenditur 4
† contra illum, contra quem censetur facta commissio. Ad hoc vt ad finem datæ commissionis perueniatur, etiam contra personas non nominatas in mandato *l. ad legatum cum ibi notat. per Barto. ff. de procurat.* Quia 5
mandatum † extenditur ad præcedentia, & sequentia. *l. ad rem mobilem. ff. eod. Ias. in l. si procurator. C. eod. tit.* Præterea in conne- 6
xis † mandatum extenditur ad alias personas. *Ias. post Paul. de Castr. in l. 1. in 2. colum. C. de transa. Fely in cap. translato. col. 3. versi. adde notabile, de consti.* Et in simili dicitur de dele- 7
gato, † quod eius iurisdictio ratione connexitatis, extenditur ad personas non nominatas in commissione. *Fely. in c. 1. & glos. col. 2. versi. limita. de offi. delegati.* Et extenditur contra personas impedientes etiam nõ nominatas in commissione. *cap. 1. & ibi in glo. in verb. impediens. de offi. dele.* Et probant illa verba processus fulminati, ibi vniuersis 8
& singulis, & propter clausulam, ad lites † fuit etiam dictum, quod comprehendantur etiam personæ singulares. Et ita tentũ die 11. Maii 1551. coram dom. Barensi in vna Gerundiensi Scholasticæ.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad resignandum in manibus Ordinarii ad fauorem certæ personæ, pure vel simpliciter, dicitur simoniacum, & quare. num. 2.*

DECISIO CXCII.

MAndatum ad resignandum in manibus ordinarii, licet dicat in fauorẽ 1
† certæ personæ, & pure, & simpliciter, & possit interpretari simoniace, & non simoniace, tamẽ interpretãdũ est simonia- 2
ce. Quoniã in manib. ordinarii † resignari

non

non potest ad fauorem alicuius, & præsumitur fraudulentum tale mandatum. Ita tentum in vna Vicen. Præceptoriæ coram Decano sub die Mercurii 9. Martii 1552.

SVMMARIA.

1 *Mandatum cũ clausula, vt mandatarius nihil faciat, nisi ipso iterum certiorato, exspirat morte mandãtis.*

2 *Bal. in l. post dotem. col. 2. ff. solut. matrimon. reprobatur.*

DECISIO CXCIII.

MAndatum factum alicui, vt nihil faciat, nisi mãdatario de nouo certiorato, exspirat † morte mandãtis, nec mãdatarius aliquid facere potest nisi adsit noua voluntas mandãtis, *vt per Alex. in l. cẽtesimis. §. fina. col. fi. & ibi Iaso. num. 14. de verbo obligat.* Et est communis opinio, quicquid dicat Bal. † *in l. post dotem. col. 2. ff. solut. matr. qui reprobatur, vt per Ias. in d. l. centesimis. §. fin. num. 14. de verb. obligat.* Et ita fuit tentum in caussa Segobien. de Villa Costin. corã do. Vestano 29. Aprilis 1552.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum quod præsumatur de tempore antiquo.*

DECISIO CXCIV.

MAndatum, quod præsumatur de tẽpore antiquo. *iuxta decis. Cassad. tertiam, de procurat.* intelligitur † in iudicialibus, & quando solemnitas extrinseca est enuntiata in instrumento, videlicet si diceretur talis syndicus, vel procurator, de cuius mandato fuit rogatus talis, vel ꝑut constat in actis mei notarii; *vt per Abb. & Fely. in c. sicut. de re iud.* Et ita fuit dictum in caussa Capuana montium, coram do. Vestano 29. April. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de surrogando, & potestas data alicui, vt expedire possit in forma gratiosa, sunt paria, & quare. num. 2.*

DECISIO CXCV.

MAndatum de surrogando, & potẽstas data alicui, vt expedire possit in forma gratiosa, sunt idem † inter se, nec differunt a surrogatione gratiosa, *vt per Sarnen. in regu. de annali. q. 70.* Quia primus † non sustinet litem in surrogatã, secundus sustinet litẽ. *Cassa. deci. 1. vt lit. pend.* Ita fuit decisum in caussa Arborẽsi Archipresbyteratus 20. Iunii 1552. coram Barẽ.

SVMMARIA.

1 *Mandatum datum ad caussam cum potestate appellandi, & substituendi, an sit sufficiens pro substitutione alterius procuratoris, ad litigandũ in caussa appellationis, in curia, & num. 3.*

2 *Mandatum speciale requiritur ad litigandum in curia.*

4 *Clausula ad appellandum, effectus.*

DECISIO CXCVI.

MAndatum datum ad caussam, cum potestate etiam appellandi, & substituendi, fuit dubitatum, num † esset sufficiens pro substitutione alterius ꝓcuratoris ad litigandum in caussa appellationis in curia? Et dubium faciebat deci. Ægid. 249. quæ dicit, quod requiritur † speciale mandatum ad litigandum in curia, cum graue sit in curia litigare. Contrarium † tamen decisum fuit in caussa Vrbeuetan. permutationis terrarum coram episcopo Montisflasconen. Veneris 16. Decembris 1552. quia in mandato aderat clausula, † & appellandum, & sic verisimiliter potuit cogitare, quod possit ad Romanam curiam appellare, cum ciuitas Vrbeuetan. sit sub ditione sedis Apost. Præterea Dominus Iacob. Puteus antiquior Auditor Rotæ dicebat, quod Ægidii decisio loquebatur in terminis. c. cordi. Et sic diuersis, ex quibus non infertur iuribus vulgaribus. Et ideo quod mandatum fuit sufficiens.

SVMMARIA.

1 *Mandata quando non dicantur correspectiuá.*

2 *Coniectura cessant in claris.*

3 *Actus non dicitur fieri in continenti quando qs diuertit ad extraneos actus.*

4 *Simonia vt inducatur, considerandus est actus necessitatis aliquid faciendi.*

DECISIO CXCVII.

MAndata non dicuntur correspectiua, vt ex eis colligatur simonia, † si vno die fuit vnum confectum sub hjs verbis, videlicet ad resignandũ pure, libere & simpliciter in manibus Papę, vel habentis auctoritatẽ, & aliud mandatũ est cõfectũ per diem postea: primo, quia in claris † non est locus coniecturis. *l. continuus. §. cum ita. de verb. obl.* Vnde si in primo dicitur, ad resignandum pure, libere, & simpliciter, licet aliud mandatum ad retrocedendum, tamẽ illa verba supradicta non sonant in aliquã correspectiuitatem, *vt consuluit Cor. consi. fi. num. 14. & seq. versi. nec enim obstat. vol. 1.* Nec in continenti † dicitur actus factus, quando qui diuertit ad extraneos actus vt hic; cum vno die vnum mandatum sit factum & alio die aliud. Secundo per Deci. *Cassad. 2. de symonia.* vbi consideratur actus † necessitatis aliquid faciendi ad inducendum symoniã. Et ita fuit decisum in caussa Pampilonen. Prioratus corã do. Guidob 20. Iunii 1552.

MANVTENTIO.

SVMMARIA.

1 *Manutentionis mandatum habet naturam interdicti retinendæ.*

2 *Possessionem antiquã continuans, nihil innouat.*

DECISIO CXCVIII.

1 MAnutentionis mandatum † habet naturam interdicti retinendę, quod habet locum, si rei possessio ante litem contestatam probetur. *Bar. in l. ait prætor. §. quod ait. num. 2. & 14. ff. vti possidetis. §. hodie. institu. de interdict.* Et potest concedi lite pendēte, quia per continuationem † possessionis
2 antiquæ nihil innouatur. *Imol. in clem. fi. vt lit. pend. Alex. in l. 1. in additio. ad Bart. C. de litig.* Et ita fuit tentum die 4. Maii 1551. In vna Burgensi iurispatronatus coram dom. Guidobono.

SVMMARIA.

1 *Manuteneri vnus non debet, quando alius occupat possessionem.*
2 *Doctores loquentes, quod possessio continuetur in heredem, loquuntur, quando per statutum ita disponitur.*
3 *Statuti Bononien. de continuatione possessionis in heredem intellectus, & num. 4.*

DECISIO CXCIX.

1 MAnuteneri non debet Comes Romeus, quia † Comes Philippus occupat Castrorum possessionem, &
2 Doctores † loquentes, quod possessio in heredem continuetur, loquūtur, quando per statutum ita disponitur, adeo vt non detur
3 vacatio possessionis, sed statutum † Bononiense tollit effectum possessionis iuris, non autem naturalem possessionem, prout dicimus in vltimo, in possessione beneficii reseruati, propter decretum irritans, *ad Cassad. decis. 1. de restit. spoliat.* Et statutum præ-
4 dictum, † non tollit possessionem naturalē antea captam per alium: nam non impeditur capiens, quin eam habeat & retineat, & per illam detentionem impeditur tale mādatum de manutenendo Comite Romeo. *l. deniq. ex quibus causs. in poss. eatur.* Et ita fuit tentum die 6. Aprilis 1554. coram dom. Oradino, in vna Bononiensi de Pepulis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentionis mandatum non datur, quando possessio non est clara, sed intricata & offuscata a possessione alterius. & ratio. num. 2.*

DECISIO CC.

1 IN eadem caussa die 16. Maii 1554. fuit tentum, quod mandatum, † de manutenendo non datur, quando possessio non est clara, sed intricata, & offuscata, a possessione Comitis Philippi. Et ratio est: qa partes
2 possunt deuenire ad arma. Et ita fuit dictū deueniendum esse ad coniecturas. Bartol. *in l. si duo. ff. vti possidetis.* Videlicet quod videatur de titulo, & super petitorio coram eodem Dom. Oradino in eadem caussa.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus debet manuteneri in quasi possessione exercēdi iurisdictionem, quo ad omnes eius subditos etiā inuitos, in qualibet parte suæ diœcesis, & quare.*

DECISIO CCI.

MAnuteneri debet episcopus in quasi possessione exercēdi iurisdictionē † 1
quoad omnes eius subditos, in quacunque parte suæ diœcesis, etiam inuitos, quia fundatam habet intentionem suam de iure communi, *capitul. venerabilibus.* &c. *& cap. de Xenodochiis. de releg. domi. Clem. 1. vbi glo. communiter approbata, in verbo aut earum. de foro compet.* Et ita fuit tentum in caussa Tirasonensi Iurisdictionis coram D. Achille 20. Maii, & vide supra *in verbo episcopus in quacunq. parte.*

SVMMARIA.

1 *Manuteneri debet episcopus cum capitulo in quasi possessione exercitii iurisdictionis caussarū criminalium.*
2 *Episcopus sine capitulo non potest caussas criminales cognoscere de iure communi.*

DECISIO CCII.

MAnuteneri debent episcopus † & 1
capitulum in quasi possessione exercitii iurisdictionis, quam habent tam episcopus, quam capitulum super cognitione caussarum criminalium, quoniā 2
episcopus † caussas criminales sine capitulo de iure comuni cognoscere non potest. *cap. episcopus nullus. 15 q. 7.* Et ita fuit terminatum in caussa Conquensi iurisdictionis coram dom. Achille 29 Maii 1551.

MATRIMONIVM.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium ex quibus dicatur probatum.*
2 *Alimenta debentur filiæ legitimæ.*
3 *Impedimentum sciuisse vnum ex coniugibus nō sufficit cum bona fide alterius ad caussandam illegitimitatem, & nu. 4.*

DECISIO CCIII.

MAtrimonium esse † probatum etiam 1
cum communi reputatione tam patris Mariæ quam aliorum, vt aliqua esse dicatur legitima & naturalis, resolutum fuit in vna Romana status, pro Illust. d. Maria Vrsina, contra Illust. D. Paulum Iordanū & Abbatem, coram dom. Chissanensi, die 8. Iunii 1552. Et propterea, quod debeantur sibi Mariæ vti legitimæ alimenta, † nec 2
obstat, quod sit probatum impedimentum consanguinitatis *in 3. grad.* quod D. Neapulio pater sciebat: quia non concludit necessario, quod D. Claudia vxor ipsius sciuerit impedimentum, & sufficit bona † fi 3
des vnius ex coniugibus. *c. ex tenore. qui fil. sint legi. Cass. de spons. dec. vnica.* Et propter ignorantiam vnius. s. vxoris, pater † potee- 4
rat reputare filium legitimum, & naturalē.

Rui.

Rui. consi. 100 & consilio 108. lib. 3.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium non esse clandestine contractũ quomodo probetur.*

2 *Matrimonium de iure communi non est publicandum in ecclesia, neque edicta præcedere debent.*

3 *Fama & publica vox matrimonii excludit clandestinitatem.*

4 *Clandestinitatem matrimonii excludunt qualitas nobilitatis, generis, & ætatis coniugum. Item quando interuenit pater spõsæ valde nobilis. num. 5.*

6 *Clandestinitas cessat per tractatus præcedentes.*

7 *Clandestinum matrimonium dici non potest coram secretis testibus celebratum.*

DECISIO CCIV.

1 MAtrimonium non est clandestine† contractum per Neapuleonem Vrsinum cum dom. Claudia in arce Montisfortini, in quadam camera, in qua erant plures personæ vtriusque sexus, dicente verba sponsalia Petro de Neptunino Archipresbytero dicti Castri, vt moris est in illis partibus, si Neapuleo dedit annulum, & subarrauit eandem do. Claudiam, seruatis solemnitatibus in præmissis fieri solitis, attẽto, quod de sero dicti Neapulio, & Claudia dormiuerunt insimul, & de mane fuit publice diuulgatum, quod consummauerunt matrimonium, & publice reputabantur, & tenebantur pro coniugibus, prout ipsi inter se etiam reputabant, & tenebantur pro coniugibus, & testes deponunt prę-missa fieri vidisse, & audiuisse. Ratio est, qa
2 non † requiritur de iure communi, quod sit publicatum in ecclesia, nec quod præcedant edicta, sed satis est, quod in conspectu fidelium, & testium contractum fuerit, nisi consuetudo aliud disponat. *Abb. & Prapos. in c. cum inhibitio. de clandestin. despon. Paris. consi. 13. num. 12 lib. 2. Ruin. consi. 51. num. 25. lib. 5.* Et statim illo celebrato, orta est publi-
3 ca vox † & fama, quæ prorsus excludit clãdestinitatem. *Bald. in l. 2. C. de his, qui ex publ.*
4 *rat. lib. 10.* & quia inter ipsos coniuges erat æqualitas nobilitatis, generis, & ætatis, quę facit cessare clãdestinitatem quę ex disparitate consideratur. *Barba. consi. 45. col. fi. lib.*
5 *1.* & quia interuenit † pater Claudiæ, qui nõ fuisset passus matrimonium clandestine contrahi in dedecus suum, & familiæ. *cap. quia verisimile. de præsumt. cum simil.* & pariter
6 cessare facit clandestinitatem† tractatus p̃cedentes. *Anchar. in cap. ex tenore qui fil. sint legit.* & non potest dici clandestinum † co-
7 ram secretis testibus celebratum. *Bald. consi. 148. colum. final. lib. 1.* Et ita fuit resolutum in vna Romana status de Vrsinis, coram Chissanen. die 13. Iunii 1552.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium probatur per testes duos vel tres etiam pauperes, & mulieres, dummodo sint contestes, & de visu deponant.*

2 *Ruin. consil. 149. numero 32. volumine 5. declaratur.*

3 *Mulieres non admittuntur in testes in caussa matrimoniali, quo ad dirimendum, secus quo ad concludendum matrimonium.*

DECISIO CCV.

MAtrimonium probatur per testes duos † vel tres etiam pauperes, & mulie- 1
res, dummodo sint contestes, & præsentes fuerint contractui matrimonii. *cap. super eo. el secundo. de test. Dec. consi. 162. in princ. nec obstat † consi. Rui. 149. volum. 5. num. 32. & sequẽ.* 2
Quia loquitur quando agitur de dirimendo matrimonio, & tunc non admittuntur, 3
mulieres. Ita fuit tentum 22. Maii 1551. coram dom. Augustino in vna Valentina matrimonii.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium dirimere quæ probationes possint. & num. 2.*

3 *Confessio coniugum est maxima potentia.*

4 *Auditus probatio est adminiculatiua, & præsũtionem inducit.*

5 *Testes plures supplentur, & declarantur per alios.*

6 *Testis etiam nulliter examinatus facit adminiculum, præsertim quando est nulliter examinatus ex caussa examinantis, nam facit indicium, & præsumtionem. num. 7.*

8 *Testes examinati parte non citata concludunt apud bonos viros veluti arbitratores, si verisimilia deponunt.*

DECISIO CCVI.

AD matrimonium dirimendum sufficit † confessio coniugum cum vno te- 1
ste ac publica voce, & fama, & aliquibus aliis adminiculis. *cap. super eo. vbi gloss. in verbo confessionem. in fin. vbi etiam Doctor. de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ.* Quæ conclusio communis est, cum illam teneat *gloss. in capit. si duo. 35. quæstione 5. vbi Archid. qui refert Hugon. ita tenuisse, & Gofred. in d. ca. super eo.* Et ita tenet etiã in illo casu, quando coniuges allegarent turpitudinem, ex qua causaretur impedimentum. *sequitur Henri. Boic. allegando Abb. antiq. Bernar. Hostiẽ. Tancred. ac Innoc. in cap. caussam. el primo, de off. deleg. & Archi. in cap. captiuitate. 34. q. 1. idem sequitur Car. in d. cap. super eo. in fin.* Et etiã tenent Inno. Ant. de Butr. & Hostien. *in cap. 3. loco, de præsumtio. versicul. propono, quod confessio.* Quod tamen intelligendum † 2
est, dummodo non sit in præiudicium al-

terius matrimonii. *Capell. Tholosan. decis. 172.* Et quia cum fama, & vno teste concurrunt aliæ coniecturæ, communis opinio est, quod etiam ad dissoluendum matrimonium sufficiant. *Dec. in cap. 1. colum. pen. num. 21. de appellat. & in consi. 163. colum. pen. Aret. consi. 18. colum. 4. versic. in criminalibus. Bald. in l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de eden. Grat. consi. 58. in fi. volum. 2.* In casu nostro vltra testem & famam
3 adest confessio † coniugum, quæ est maxi-
4 mæ potentiæ: adest etiam probatio de auditu, quæ probatio † est adminiculatiua, & inducit præsumtionem. *Aym. in antiq. temp.*
5 *in princ. num. 307. & seq.* Qui testes licet non deponant de certo gradu, tamen debent †
6 declarari, & suppleri per alios. *Afflict. decis. 375.* testis etiam nulliter † examinatus, facit adminiculum. *Bar. in l. 2. col. fin ff. de appel. re-*
7 *cip.* Et maxime quando est nulliter † examinatus ex caussa examinantis, non autem producentis, nam facit indicium, & præsumtionem. *Bar. in l. admonendi. col. 9. versi. quid si dictum testis. vbi Purpura. col. antepenul. ff. de iur. iuran. Soc. consi. 90. col. pen. vol. 3.* Quinimo si
8 testes essent † examinati sine partis citatione, dummodo probatio sit verisimilis apud bonos viros veluti arbitratores concluderent. *Dec. consi. 54. col. 2. versi. postremo.* Quamuis in ista caussa sint bene examinati & parte citata. Et ita tentum fuit die *11.* Maii *1551.* in caussa Hispalensi matrimonii, coram D. Vestano.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium esse contractum cum aliquo in præiudicium alterius matrimonii: ex quibus non probetur.*
2 *Confessio mulieris continens sponsalia fuisse contracta, non probat etiam si esset iurata, & quare, præsertim quando dicta confessio non fuit per iudicem approbata. num. 3.*
3 *Confessio facta in vno iudicio inter diuersas personas, non præiudicat in alio iudicio.*
5 *Testes deponentes super fama primi matrimonii, non probant ad dirimendum secundum matrimonium.*
6 *Fama non facit plenam probationem etiam cum vno teste de visu in criminalibus & matrimonialibus, secus in ciuilibus.*
7 *Testes nulliter examinati, nullam faciunt probationem.*
8 *Nulla quæ sunt non faciunt præiudicium.*
9 *Processus informatiuus sine partis citatione nihil probat.*

DECISIO CCVII.

MAtrimonium esse contractum cum aliquo in præiudicium alterius ma-
1 trimonii, non probatur † ex confessione mulieris nuptæ, & testibus examinatis in curia, deponentibus de publica voce, & fama, atque aliis de visu, nulliter tamen examinatis in partibus, iuncta sententia separationis primi matrimonii. Nam confessio
† mulieris continens sponsalia fuisse con- 2
tracta non probat etiam cum iuramento, quia agitur pro conseruatione sponsalium ad sui fauorem. *c. mulieri. de iureiuran. & ibi gl. in verbo absoluto. declarat Dec. consi. 133. num. 2. & consi. 699. num. 2.* Quod eo magis dicendum est: quia iudex in d. sententia separa-
tionis non † approbauit dictam confessio- 3
nem mulieris. *Abb. in d. c. mulier. num. 10. ver. & est ratio. nam ex quo iudex, & Bellamer. ibidem. num. 2. vers. nota, & perpetuo tene menti. Rom. consi. 347. num. 10. Alex. in l. is apud quẽ. num. 27. C. de eden.* Accedat quod illa con-
fessio fuit facta in alio iudicio † inter diuer- 4
sas personas, ideo in alio iudicio non præiudicat. *Rot. decis. 854. t. fin. in antiq. Bisig. decis. 2. de confess. Cur. iun. cons. 153. num. 18. Fely. in c. capitulum. in 2. limit. de rescript.* Et maxime, quia confessio tendit ad dirimendum
secundum matrimonium, nec testes † de- 5
ponentes super fama primi matrimonii ad dirimẽdum secundum, probant, nec fama
† facit plenam probationem etiam cum v- 6
no teste de visu in criminalibus & matrimonialibus, licet secus sit in ciuilib. Alex. *cons. 143. num. 4. volum. 2. Dec. cons. 133. colum. 2. vers. sed tamen lis, & num 3. Ruin. cons. 140. nu. 42. vers. sed etiam dato, quod fama. volumine 5.*
Nec aliquid † faciunt testes nulliter exami- 7
nati. *Dec. d. cons. 133. colum. 2. in fin. Paris. cons.*
53. num. 23. lib. 4. Et quia ea, † quæ nulla sunt, 8
non faciunt præiudicium. *l. 1. §. hac autem verba. ff. quod quisq. iuris. Rot. decis. 861. in antiq.*
Et minus facit processus, quia erat † infor- 9
matiuus absque partis citatione, qui pariter nihil probat. *Ang. in tract. malefi. in verbo, quod fama publica. num. 11. Gondis. in quodam tractatu de maleficiis cognoscendis per inquisitores. num. 8. vers. sed nunquid. Alber. in l. iusiuran. colu. 1. num. 3. versi. sed quid si iudex. C. de testib.* Et ita fuit tentum quod non sit probatum matrimonium ex supradictis probationibus die *1.* Iunii *1551.* coram dom. Vestano in vna Ispalensi matrimonii.

SVMMARIA.

1 *Confessionem partis, matrimonium probare.*
2 *Maxime si sit mariti, ex quo magis confirmatur. num. 2.*
3 *Confessio partium facta in positionibus, & precibus, præiudicat, & est irreuocabilis.*
4 *Qualitas ad caussandum impedimentũ publicæ honestatis nihil facit.*
5 *Confessio facta in iudicio facit, quod non præsumatur collusio coniugum.*
6 *Confessio facta in vno iudicio plene probat quo ad omnes in alio iudicio.*

7 *Famã*

7 *Famam indistincte probationem semiplenam introducere.*
8 *Testes nulliter examinati præsumtionem faciunt.*
9 *Sententiam separationis primi matrimonii, matrimonium contractum de facto probare.*
10 *Priuatio habitum præsupponit: & per instrumentum legitimationis probatur illegitimatio, num. 11.*
12 *Instrumentum repudii, probare matrimonium præcessisse.*
13 *Instrumento emancipationis probatur patria potestas.*

DECISIO CCVIII.

MAtrimonium contractum esse saltem de facto inter do. Eleonoram, & Ducem Medinæ Sidoniæ, probatur principaliter ea confessione Eleonoræ eo tempore quo stabat pro matrimonio, quæ nulla suspicione potest notari, cum tunc non esset aliud matrimonium, & sic non veniebat ad infringendum aliud matrimonium, &
1 ideo talis † confessio probat. *Abb. post gloss. & alios in cap. super eo. col. 2. de eo, qui cogno. cons. vxo. & in cap. 2. not. 2. de clandest. despons.* Ma-
2 xime stante confessione † Ducis mariti, ex quo magis confirmatur, cum ab eorum cōsensu dependeret de nouo contrahere. *Cur. iun. consi. 27. in prima part. & Dec. in consi. 133. in princ.* Quæ confessio amborum facta
3 in positionibus, † & precibus præiudicat, & est irreuocabilis. *c. cum in positionib. de iur. iuran. lib. 6. Egid decis. 596. Paris. consi. 88. num. 17. vol. 4.* Nec obstat si dicatur, quod Dux fatetur matrimonium esse contractum de facto, quia talis † qualitas ad causandum im-
4 pedimentum publicæ honestatis, nihil facit, *cap. iuuenis. c. sponsa. de sponsal.* & confessio
5 facta in illo iudicio † facit quod non præsumatur collusio coniugum. *Host. & Præpos. in d. c. super eo. colu. 2. per notata per eundem Host. in c. attestationes. de desponsatione impuber.*
6 Quod comprobatur, quia confessio † facta in vno iudicio, probat plene quo ad omnes in alio iudicio. *Egid. decis. 3. Abb. in c. per inquisitionem. col. 3. sub num. 12. vers. sed tu bene. de electio. Gui. Pap. decis. 254. Dec. in l. 2. col. pen. versi. & prædicta. C. de eden.* corroboratur cōprobatione testium super publica voce, &
7 fama, quæ facit † semiplenam probationē indistincte. *gl. in l. bona fidei. C. de reb. cred.* & dicitur legitime probata, etiam quod nō nominent, a quo illam audiuerunt; dummodo dicant publice id dici audiuisse, secundum dictum Bal. *in c. per tuas. de probatio. & in cap. præterea, de testib. & Dec. consi. 272. nu. 4. versic. & hoc idem Paris. consi. 52. in fin. lib. 3.* vbi dicit Curiam ita seruare *per Cassad. decisi. 3. de probat. Abb. in capit. veniens, de testibus.* Adsunt etiam testes nulliter † examinati, 8
qui faciunt præsumtionem. *Bart. in l. admonendi. colu. pen. de iur. iura. Dec. in c. in nomine. num. 28. de test.* Adest & sententia separati- 9
onis primi matrimonii, quæ † plurimum facit ad probādum matrimonium de facto 10
fuisse contractum, cum priuatio † præsupponat habitum, & per instrumentum legitimationis probetur † illegitimatio, *Bal. in l.* 11
2. C. de iur. ann. aur. & p instrumētū † repudii 12
probatur matrimonium præcessisse. *§. quoniam. in authen. quib. mod. nat. effi. sui. Bar. in l. si mihi & tibi. §. fi. de legat. 1.* & per instrumētum emancipationis † probatur patris po- 13
testas. *Bald. in l. fi. col. 5. C. de sent. pass.* Sed an hæc sententia faciat semiplenam probationem, ad coadiuuādum probationem, mādatum fuit dari peculiare dubium. Et ita fuit tentum die 8. Iunii 1551. coram dom. Vestano in vna Ispalen. matrimonii, vt supra.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium certo tempore contractum per enuntiatiua verba mariti in instrumento solutionis dotis facta non probari.*
2 *Nec per testes deponētes per dictiones, vel, & circa. num. 2.*

DECISIO CCIX.

MAtrimonium contractum fuisse de certo tempore nō † probatur per verba enuntiatiua mariti, in instrumento so- 1
lutionis dotis factæ per tertium marito, absente vxore, nec per testes † deponentes p 2
dictiones, vel & circa. Ita tentū fuit in causa Parmen. status 17. Nouembris 1551. coram domino Baren. & vide infra in verbo *tempus contracti matrimonii.*

SVMMARIA.

1 *Matrimonium per testes, quatenus non probatur.*
2 *Reputatio & tractatus matrimonium non probant, nisi de communi reputatione testes dicant, num. 3. & num. 4.*
Coniecturæ etiam aliæ. num. 5.
6 *Testes falsi inducti ad probandum matrimoniū faciunt præsumi alios postea inductos esse subornatos.*

DECISIO CCX.

MAtrimonium contractum inter B. & C. per testes probatum non † fuit. Nā 1
B. habuit C. per suam concubinam, quam retinuit vsq; ad obitum, licet per mensem ante obitum desponsauerit ipsum, vt fatebantur filii eorum in suis articulis: testes n. probabant cohabitationem, reputationē, & tractatum matrimonii per decem annos ante, quæ probationes non concludunt in casu isto, quia hic habemus initium cōcubinatus, & reputatio, & tractatus hic potius † inducunt tractatum concubinatus, quā 2

matrimonii, *l. si qui C. de adulter. l. fin. in prin. vbi gloss. ff. de eo. quod metu. caussa*. nec minus publica fama, & communis reputatio est
3 probata, quia testes † dicunt, quod reputabantur & non dicunt communiter, prout requiritur, nec faciunt quæ dicunt *Dec. in consil. 153. & Paris. consi. 57. nu. 41. vol. 4.* Quia
4 non loquuntur † quando habemus initium certũ concubinatus: & contra ipsum consuluit. *Curt. iun. consi. 64. per tot.* Præterea ad-
5 sunt aliæ † coniecturæ. Nam illi B. & C. in-
6 duxerũt certos falsos testes ad probandum matrimonium, & pręsumtio est, † quod isti alii postea inducti etiam subornati exsistãt. *Ruin. consi. 35. nu. 9. vol. 4.* & cohabitatio non bene probata est, vt matrimoniũ contractũ dicatur per mensem ante mortem B. ergo non fuit contractũ. Pręcipue quia B, fecerat filios legitimari, ergo videtur q́ antea non fuerint legitimati per subsequens matrimoniũ, nã si eo modo legitimati fuissent, vtiq; non fecisset illos legitimare p rescriptum. Et ita tentum die 13. Ian. 1552. in vna Bononien. de Bucolis coram do. Decano.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium quomodo probetur.*
2 *Sponsalia quando transeunt in matrimonium.*
3 *Præsumtio quando eliciatur, concubitum subsequutum esse sponsalia.*
4 *Præsumitur quid factum potius fuisse tempore licito quam illicito.*

DECISIO CCXI.

1 MAtrimonium probatur † si duo testes probant sponsalia de futuro, & duo alii testes cohabitationem, & concubitum,
2 Quia tunc illa sponsalia † transitum fecerũt in matrimonium. *c. 1. de despons. impub. lib. 6. vbi Franc. & alii.* Secus est, si copula secuta non fuisset, *Rot. deci. 462. in nou.* Aliqui dixerunt: quod si non sunt probata sponsalia de futuro, licet probentur cohabitatio, & cõcubitus, & testes nõ exprimãt tempus post sponsalia. quamuis expresse non deponant
3 ante sponsalia, tamen præsumatur, † q́ illa cohabitatio & concubitus fuerint post cõtractum sponsaliorum, non autem ante, &
4 hoc vt præsumatur † concubitus factus tẽpore licito, potius quam illicito. *arg. l. miles qui destinauerat ff. de mili. testam.* & etiã fauore matrimonii. Itaq; tentum fuit die 23. Iunii 1553. in vna Pononien. de Bucchis, coram Accorambono.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium clandestinum prohibitum est a iure.*
2 *Matrimonium clandestinum si consensu & voluntate a partibus non comprobetur, dicitur cõtubernium, nec verum censetur matrimonium. num. 3.*
4 *Testis singularis præcipue circa substãtialia matrimonii, non probat.*
5 *Testis deponens p verbũ, videtur, non probat.*
6 *Testi deponenti de contractu matrimonii noctis tempore, non probat, nisi deponat, quod vt hic traditur, amplia etiam in casu matrimoniali, num. 7.*
8 *Berruarii sunt viles testes.*
9 *Testes non confessi neq; communicati, repellũtur.*
10 *Literæ amatoriæ non probant matrimonium contractum, sed contrahendum.*
11 *Probatur per obstetrices aliquam esse virginem, licet pars ex aduerso conetur probare contrariũ.*

DECISIO CCXII. seu X.

MAtrimonium clandestinum, quod prohibitum † est a iure. *cap. aliter 30. quæst.* 1
5. Si voluntate, & consensu, a partibus non 2
comprobetur, præsumitur potius contubernium, & fornicatio, quam legitimum matrimonium. *dicto cap. aliter in fin. & capit. ne illud § fin. eadem caussa, & quæst. 8.* nec verũ 3
† censendum est matrimonium, nisi manifestis indiciis comprobetur, & inducto ordinum publicetur. *tex. est in cap. si quid. eadẽ. quæst. 5.* Hic autem talis requisita probatio non inducitur per hos duos testes singulares, nã primus testis deponit de matrimonio contracto, per verba de præsenti, & de mutuo consensu, & etiam de tactu manus. Alter testis nõ probat interuenisse illa verba, & sic sunt singulares, & testis † singularis 4
non probat, maxime quando est singularis in substantialibus matrimonii. Videlicet circa consensum matrimonii. *l. nuptias. ff. de reg. iur. vbi Dec. nu. 5.* Præterea idem Præt. nihil probat, quia interrogatus an cognosceret L. dixit, quod sibi videbatur q́ esset illa, & testis † deponens per verbum, vide- 5
tur, non probatur. *Ias. in l. 1. col. 9. ff. de iust. & iur. & in rubr. ff. de iur. iur.* Et in fine suæ depositionis dicut: non potuisse videre illã, quia erat de nocte, quo casu testi deponenti de cõtractu matrimonii noctis tempore, nisi † dixerit se habere notam vocem con- 6
trahentiũ, non creditur, prout nec creditur sibi de visu, & recognitione personarũ, nisi dicat, & probet quod luna lucebat. *Oldrad. in l. si cum exceptione. §, in hac. ff. quod met. caus. vbi Bald. Angel. consi. 194. col. 3. Paul. de Castr. & Alex. in l. si non speciali. C. de testam.* Et in caussa † matrimoniali. *Alexan. consi. 99. numer. 5. lib. 4. & Dec. consi. 163. numero 3.* 7
Præterea sunt viles, cum sint † berroarii. 8
nec confessi, neque communicati, ideo repelluntur. *Felyn. in cap. testimonium. de testibus.* Nec literæ † amatoriæ probabant 10
matrimonium contractum, sed contrahendum. Et probatur per obstetrices,

quod

11 † quod erat virgo non obstante, quod ille qui prætendebatur ipsam desponsasse, conaretur probare deflorationem dictæ mulieris. Et ita tentum die 1. Februarii 1553. in vna Venetiarum matrimonii, coram do. Reomano, & de matrimonio clandestino vide Deci. *consi. 231.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ex quibus probatum dicatur.*

DECISIO CCXIII.

1 MAtrimonium dicitur probatum † p quatuor testes, qui dicunt, quod in eodem loco, & tempore viderunt Georgium immittentem annulum in digito Camillæ, & Camillum immittere aliũ annulum in digito Georgii. Et duo ex istis dicunt, quod audiuerunt Georgium dicẽtem, in illa annuli subarratione. *Ti dago questo annello, & vi piglio per mia mogliere.* Et vnus ex istis duobus dicit, quod Camilla immitendo annulum in digito Gregorii, dixit, do tibi hunc annulum pro marito meo, & domino. Et omnes quatuor testes dicunt, quod post huiusmodi annuli subarrationẽ dictus Gregorius appræhensa manu dom. Camillæ, duxit eam in Cameram. Et ita tentum in vna Venetiarum matrimonii coram domino Decano die 29. Ianuarii 1552.

MENSES APOSTOLICI.

SVMMARIA.

1 *Indulto concesso alicui ad præsentandum in mẽsibus Apostolicis, an sede vacante is præsentare possit.*

2 *Iuspatronatus semel radicatum in beneficiis ad quem extenditur indultum, non potest ab illis euelli, cum sit reale.*

3 *Ordinario nunquid competat, mensis Ianuarii sede vacante.*

4 *Regula cancellariæ reseruatoria octo mensium, exspirant Papa mortuo.*

5 *Ordinario competunt omnes menses de iure communi.*

6 *Indulta, & alternatiuæ censentur gratiæ fauorabiles, & quare.*

7 *Regulæ cancellariæ censentur quoddam impedimentum contra ius commune, quod tollitur per indultum, vel alternatiuam ordinariis concessã*

8 *Subiecto deficiente, non est locus correlatiuo subiecti.*

9 *Indultum dormire fingitur sede vacante, & reuiuiscit superueniente nouo Pontifice, sicut dicimus de præscriptione num. 10.*

11 *Interpretatio illa capienda est, per quam reducimur ad ius commune.*

12 *Indultum de quo hic, habet duntaxat locum in mensibus Apostolicis, licet loquatur in omnibus mensibus, nec extenditur ad menses ordinarii, num. 13.*

DECISIO CCXIV.

MEnses Apostolici erãt concessi Marchioni Astoricen. vigore indulti, ad præsentandũm in dictis mensibus, euenit quod Paulus Papa tertius obiit. Et de mense Ianuarii (& sic Apostolico) sedẽ Pontificali vacante, canonicatus, & præbẽda Astoricen. vacauit, & Marchio vigore eius indulti præsentauit. Alius autem obtinuit sibi prouideri ab ordinario: quæritur an † sit locus præsentationi, & mensis Ianu- 1
arii, sede vacante sit Apostolicus? Et dicebatur per præsentatum, quod indultum Marchionis erat generale, & erat concessũ ad vitam Marchionis, & quia in indulto adest specialis reseruatio beneficiorum ad p̃sentationem Marchionis, Archidiacono, vel Decano Astoricen. & quia ius patrona-
tus † semel radicatum, in beneficiis, ad quæ 2
extenditur indultum, non potest ab illis euelli, cum sit reale. Et finaliter dicebatur, quod non videtur ratio diuersitatis, ex qua indultum durante vita Papæ, procedat in octo mensibus, & sede vacante non, cum ratio reseruationis regularum, non consideretur in isto casu, quia immo indultum habet specialem reseruationem Ex aduerso replicabat prouisus ob ordinario, quod
mensis † Ianuarii, sede vacante, spectat ad 3
ordinarium, quia mortuo † Papa exspirat 4
regula Cancellariæ, reseruatoria octo mensium. *Sarnen. in proœm. regul. q. 2. num 2. post Gemini. consilio 93.* Et extincta regula de iure
communi † omnes menses spectant ad or- 5
dinarium. *cap. 2. & per totum de concess præben. Abb. in capit. mandatum de rescript.* Ideo in-
dulta † & alternatiuæ, censentur gratiæ fa- 6
uorabiles, quia per ea vel eas ordinarius conseruatur in sua antiqua iurisdictione,
& regulæ cancellariæ † censentur impedi- 7
mentum contra ius commune, quod tollitur per indultum vel alternatiuam illis cõcessam. *Cassa. or. de priuileg. decisione secundo. & tertio. & decisione 9 columna secunda de præbend* Ideo deficientibus mensibus Apostolicis, prout extinguuntur regulę, cessat etiã
indultum, quia quando deficit † subiectum, 8
non est locus correlatiuo subiecti. *Bald. in cap. 1. de feud. Guard. tex. & gloss. in capite primo,*
de fid. instrumen. Et quia fingitur † dormire 9
indultum sede vacante, & reuiuiscit superueniente nouo Pontifice. *Bartol. in l. inter stipulantem. §. sacram colum, 10. & ibi Ias. num. 30. ff. de verbo. obligat.* sicut dicimus de præ-
scriptione, † quæ dormiuit sede vacante, & 10
postea plene reuiuiscit. *capit. 1. de præscript.* & per istam interpretationem fit reductio
ad ius commune, quæ amplectenda est. 11
Felyn. in cap. cum Ioannes. colum. 3. & in cap. cum

accessissent, de constit. Quo casu lata sit interpretatio. *glo. in cap. statutum, de prebend. lib. 6.* Tamen die 27. Ianuarii 1552. Domini tenuerunt, quod ex quadam æquitate indul-
12 tum † Marchionis habeat tantum locum in mensibus Apostolicis, licet loquatur in omnibus mensibus. Nũc autem tenuerũt, quod caussa concordaretur: nam super beneficiis vacantibus sede vacante, non potest assignari ratio de iure concludens aliud seruari debere in aliis beneficiis, alioqn
13 seruetur resolutio, quod indultum † non extendatur ad menses ordinarii, coram dom. Augustino in vna Astoricen. canonicatus & præbendæ, die 18. Martii anni prædicti.

SVMMARIVM.

1 *Mensis quando exprimendus sit in noua prouisione.*

DECISIO CCXV. seu II.

1 MEnsis non est † exprimendus in noua prouisione, quando fuit in prouisione expressus, alioquin est omnino in noua prouisione exprimendus. Et fuit alias tentum coram Marsicano 9. Iunii 1539. in vna sanctæ Andreæ vicariæ de Firuisidii, prout videre poteris in libro decisionum diuersorum sub titul. de regul. de mense. decisi. 3. Et nouissime ita fuit tentũ coram Decano in vna Tullen. Prioratus de Relangiis Veneris 26. April. 1552.

SVMMARIA.

1 *Menses sex dati prouisis ad impetrãdum nouas prouisiones, quando currere incipiant.*
2 *Ratio, quare Papa nouas prouisiones expediri mandauerit, est vt iura Cameræ soluerentur, quæ soluuntur ex fructibus.*
3 *Legatum relictum post mortem testatoris intra decem dies, non debetur, nisi adita hereditate.*
4 *Pœnæ impositæ ad faciendas diligentias pro beneficio, intelliguntur currere a die captæ possessionis.*
5 *Solutionis cum effectu appellatione, non venit obligatio ad illam.*
6 *Pœna priuationis non incurritur nisi in casibus expressis in iure.*

DECISIO CCXVI. seu III.

MEnses sex dati prouisis de beneficiis, ad impetrandum nouas prouisiones,
1 incipiunt † currere a die adeptæ possessionis, non autem a die collationis. Mouebãtur dominii ratione, qua motus fuit Papa
2 ad hoc disponendum, quæ est: vt iura † Cameræ soluantur, quæ non debent solui nisi ex fructibus, & sic a die adeptæ possessionis, *argumento not. per Bald. in lege prima. numero 49. versi:. 12. quaro. C. de his, quæ pœn. no-*
3 *min.* Vbi legatum † relictum post mortem testatoris intra decem dies, non debetur nisi adita hereditate. *Ruin. consi. 63. volum 5. in princ.* Præterea, pœnę † impositæ ad faciendas diligentias pro beneficio, *vt in capit. commissa. cum simil. de electio. in sexto.* semper intelliguntur a die captæ possessionis. Præterea considerabatur, quod decretũ stringit ad expediendum literas cum effectuali solutione annatæ, non autem sub fideiussione. At in casu nostro appellatione † solutionis cum effectu, non venit obligatio. Et cessant notata omnia posita de lege pœnali, in qua non datur argumentum de maiori ad minus. Et pœna † priuationis non incurritur nisi in casibus expressis in iure. *l. & si quis. § diuus, de religios. & sumti. funer.* Addebatur etiam, quod ita alias decisum fuerat coram domino Iacobo Puteo Archiepiscopo Baren. in vna Abulen. sancti Ioannis 20. Octobris 1550. Et ita fuit decisum in vna Tullen. Prioratus de Relangiis coram domino Decano Accorambono, Veneris tertii Iunii 1552. Post aliam positionem antea in eadem caussa factam, in qua domini fuerunt discordes, & pares in votis. Sed sub die Veneris 27. Maii 1552. iterum posita caussa, domini fuerunt cum decisis iam dictis.

MENTIO.

SVMMARIA.

1 *Mentio an fieri debeat in gratia de alia gratia, si neutri.*
2 *Mentio facienda non est de prima gratia nulla, vel elidibili.*
3 *Mentio facienda non est in impetratione de iure quæsito in specie.*

DECISIO CCXVII. seu I.

MEntio in gratia non † debet fieri de alia gratia si neutri, quia si prima gratia est bona, non tollitur per secundam. Nec Papa intendit illam tollere, ex quo dicitur in gratia, si neutri, si constiterit neutri ius competere. Si vero prima gratia non est bona, secunda intrat, quia obstaculum non inuenit, & frustra quæritur, an sit facienda mentio de prima gratia nulla, vel elidibili, cum non sit facienda mentio. *Felyn. in cap. ex tenore. de rescript. Geminia. d. consi. 79.* vbi tenet gratiam, si neutri, esse cõditionalem, nec minus debet fieri mẽtio † de iure quæsito in specie, quia dependet a facto tertii, & sic a futuro euentu. *Sarnen. in regul. de iur. quæsit. non tollen. quæstio. 4. numero duodecimo & decimo quarto. versic primus est, & versic. nec obstat.* Et ita tentum fuit die vigesima secũda Iunii 1551. coram domino Augustino, in vna vrbis Capellaniæ præsepii.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mentio an facienda sit de priuilegio etiam limitato.*

DECISIO CCXVIII. seu II.

MEntio in secundo priuilegio est facienda, non solum de priuilegio alteri concesso, vt illi præiudicet; sed
1 etiam de priuilegio limitato † ipsi priuilegiato concesso, si secundum conceditur pure sine limitatione in præiudicium iuris iam alteri reseruati in primo priuilegio. Ita notabiliter *Ab. in cap. veniens. not. 8. post Innocent. de præscript.* Quod tamen notabile non habet locum, quando primum priuilegium, nō est perfectum siue acceptatum. Et ita declararunt illud notabile Abbatis domini, pro maiori parte in caussa Tholetan. pensionis, 500. ducatorum, *1.* Iunii coram dom. Vestano.

SVMMARIA.

1 *Mentio an facienda sit de gratia conditionali, habente aliquam speciem de præterito, vel præsenti.*

2 *Considerabile quod ius dicatur.*

DECISIO CCXIX. seu III.

1 MEntio est facienda † de gratia conditionali habēte aliquam spem de præterito, vel de præsenti. Et ratio est, quia hoc ius conditionale propter firmam & probabilem spem de præsenti, inducit quoddam ius ad rem, quo priuari videretur præiudiciale. Vnde merito fieri solet de eo mentio
2 in impetrationibus, & gratiis: nam tale † ius est considerabile. Ita concludit Aretin. *consi. 7. colum. 2. versic. & dicendum est, sequitur Gomes. in regul. de iur. quæsit. non tollen. q. 4. num. 12. cum sequen. versi. secundus casus est.* Et ita tentum fuit in caussa vrbis Capellaniæ Præsepis, coram dom. Guidobono *17.* Maii *1553.*

METVS.

SVMMARIA.

1 *Narratiua probat contra omnes habentes caussā a narrante.*

2 *Confessio principalis nocet successori.*

3 *Confessio in precibus probat, etiam in non assertiuis verbis. num. 4.*

Probatur mens ex præscriptionibus, & coniecturis.

6 *Metus præsumitur ex læsione.*

DECISIO CCXX. seu I.

MEtus, & vis in narratiua confirmationis concordiæ dissolutionis collegiatæ, & nouæ erectionis confraternitatis societatis Iesu expressi per Ioannem patrem, & Franciscum filium impetrantes, proban-
1 tur per dictam ipsorum narratiuam † contra omnes illos, qui habent caussam ab eo,
2 quia cōfessio † paternalis nocet successori, & ista confessio nocet omnibus illis, q̄ volunt se iuuare ex illa confirmatione concordiæ, quia tenentur illam approbare cū omnibus qualitatibus in ea contentis. Ratio est, quia confessio † in precibus probat. 3
l. cum precum. C. de liberal. caus. vbi Bald. Nec est dicendum, quod non probet nisi in verbis assertiuis, quia contrarium † est verum, 4
vt per Soci. consil. 41. colum. 2. versi. secundo, an possint scindi. vol. 1. Ruin. consi. 141. col. 5. vers. quia imo. vol. 5. Mens † enim ex præsumtio- 5
nibus probatur, & coniecturis. *Paris. cōs. 139. num. 6. num. 21. volum. 4.* Et quia Anna maxime læsa fuit, ergo † metus interuenit. *l. si* 6
superstitis. C. de dolo malo. Paul. de Castr. consilio 174. volum. 1. Ruyn. consi. 140. colum. penult. versi. nec prædictis obstat. volum. 4. Et ita fuit tentum die *21.* Maii *1552.* in vna Cæsare augustana spolii Collegii coram domino Augustino.

SVMMARIA.

1 *Metus est per eum probandus, qui se fundat in eo, quando agitur ad dirimendum consensum in matrimonio præstitum.*

3 *Metus species & qualitas est probanda etiam per actum proximum. num. 3. ita vt vere ab alio sit illatus. num. 4.*

5 *Metus vt suffragetur debet esse talis, qui cadat in constantissimum virum.*

6 *Metus ad hoc vt faciat cessare consensum in matrimonio, requiritur, quod sit aliquantulū violentus, & qualis. num. 7.*

8 *Metum pater non dicitur intulisse filio, licet armatus exstiterit, & quare.*

9 *Metus reuerentialis patris non sufficit ad irritandum consensum per filium in matrimonium præstitum, nisi præcesserint verbera vel minæ.*

DECISIO CCXXI. seu II.

MEtus ad hoc vt cessare faciat consensum præstitum in contractu matrimonii, debet † probari per eum, qui se fun- 1
dat in metu, qui pariter probare tenetur speciem † & qualitatem metus. *Alex. & omnes in l. interpositas. C. de transact.* & debet p̄- 2
bari † per actum proximum. *l. fina. vbi Ang. ff. quod met. caussa. Paris. consi. 26. num. 66. lib.* 3
3. Ita † vt ab alio vere illatus sit. *l. metum autem. vbi Barto. ff. quod met. caus. Socin. consi. 105.* 4
colum. 6. versi. præterea lib. tertio. Item quod sit talis, † qui cadat in constantissimum vi-
rum, alioquin de vano metu non esset cu- 5
randum. *c. consultationi. & capit. veniens. de despons. impub. Ias. consil. 72. colum. prima. volum. 1. Paris. consi. 58. numero sexagesimo quarto. volum. 4. Beltrand. consil. 118. versic. 3. volum. 2.* Doctores notant *in c. caussa matrimonii. de offic. delegat.* Quæ omnia cum non probentur interuenisse in contractu Ducis de

Medina cum Elionora, non potest dici probatus metus, nec violentia, ita vt fa-ciant cessare consensum, & matrimoni-um annulletur. Nam metus † ad hoc vt
6 faciat cessare consensum, requiritur quod sit aliquantulum violentus. *Corne. consil. 41. volum. 2 & Parisi. consil. 53. volum. quarto.* ve-
7 luti si esset metus illatus ab illo, † qui solet exequi minas, nam tunc esset timendus. *Abb in cap. 1. vbi Felyn de offic. delegat.* Nec
8 dicitur, quod pater licet † armatus metum intulerit filio, quia non est verisimile, quod filium offendisset, & ideo metus hoc casu non probatur. *Corn. dicto cons. 41. Calderin. consil. 1. quod met. caussa.* Licet dicendum sit,
9 quod si aliquis metus † reuerentialis interuenit, tamen ille non aufert consensum, nec inducit nullitatem matrimonii, nisi p. cessissent verbera, vel minæ. *l. si patre cogente. ff de rit. nup Anto de Butr. in cap. 1. de desp. imp Præpos. in cap. cum locum. colum. 3. & 4. de spons. Felyn. in dicto. cap. caussa matrimonii col. 5 & ibi Dec ff de offi. deleg. Ias. in l quæ dotis. ff. solut matr. num 96. & in § quadrupli. num. 62. Instit de actio.* Et sic fuit resolutum pro validitate primi matrimonii, & contra secundum matrimonium, propter impedimentum publicæ honestatis, die 19. Octobris 1551. coram Dom. Veltano in vna Ispalen. matrimonii.

MODVS VACANDI.

SVMMARIVM.

1 *Modus vacandi an sit verificandus in noua prouisione.*

Decisio CCXXII. seu 1.

1 MOdus vacādi in noua prouisione nō est verificandus, sed bene est probanda vacatio, & quod præcesserit prouisio de facto. Ita tentū fuit in vna Tullē. Prioratus de Relangiis coram dom. Decano 29. April 1552.

MONACHVS.

SVMMARIA.

1 *Monachus ex dispensatione pensiones retinere potest.*

2 *Exceptio extinctionis per professionem an admittatur.*

3 *Possessione sua quis non est priuandus.*

Decisio CCXXIII. seu 1.

1 MOnachus † ex dispensatione pensiones retinere potest, *Gigas de pēsi. quæst. 17. num 7 in fin.* Ideo exceptio † ex-
2 tinctionis pensionis, per professionē quando super ea non est iudicatum, non impe-
3 dit [illegible] tionem pensionis, cum quis † non sit priuandus sua possessione *C[illegible] dict. 10 num. [illegible] in fin. & Octaui de rescript. p[illegible] tex. in ca. querelam de [illegible] & in cap. consultationibus. de iure patro.* Ita fuit tentum in vna Barchinonen. pensionis coram dom. Decano Venetiis 11. Martii 1552.

SVMMARIA.

1 *Monachus sancti Augustini Carmelitarū dicitur mendicans, qui nihil proprii possidere potest. num. 2 & consuetudo in contrarium non valet num. 3.*

4 *Monachus mendicans non habet legitimam personam standi in iudicio, contra suu superiorem & num 6.*

5 *Monachus quicquid acquirit, monasterio acquirit, qui non habet velle, neque nolle, sed totu a suo superiore dependet.*

7 *Monachus restitutionem petere non potest.*

8 *Monachus mendicans tam ex defectu agendi quam possidendi repellendus est a iudicio.*

Decisio CCXXIV. seu 11.

MOnachus sancti Augustini heremitarum, cum sit † mendicans, *vt est tex. in c. quorundam in §. volentes de excess. lib. 6.* qui † nihil proprii habere, nec possidere potest, *vt est tex. in cap. 1. in § [illegible] de relig. domibus. eod lib.* Nec in † contrarium consuetudo valet induci, vt ex[illegible] concludit *Calderi. in consi. 1. regular.* non † habet legitimam personam standi in iudicio contra superiorem suum, quia quicquid † acquirit monachus, acquirit monasterio. *cap. in præsentia. de probat. cum vulgar.* & non habet velle, neque nolle, sed totum a suo superiore dependet, *vt dicitur in non di[illegible] quæst. 2 & in c. si religiosus. de electio lib. 6* Qua ratione nec suo, † nec alieno nomine in iudicio stare potest, *ad clem. religiosus. de procurat. vbi Cardinal. in vlt. not in prima [illegible].* 6
Vnde si non possidet, nec restitutionem petere potest, *vt inquit Specul. tit. de actor. num. 151. versi. sed quid si spoliatus.* Quapropter dictus Monachus † tam ex defectu agendi, 8
quam possidendi, repellendus est, nisi demonstret aliquam exemptionem, *vt est decis. 1. de restit. spoliat. in antiquis.* Et ita fuit tentum in vna Romana, seu Tusculana Causis, coram domino Capilucco 14. Nouembris, 1552.

MONASTERIVM.

SVMMARIA.

1 *Monasterii appellatione non venit prioratus.*

2 *Monasteria quæ dicantur.*

3 *Monasterium dicitur territorium Abbatis.*

Decisio CCXXV. seu 1.

expresse constet. *Ias. in auth. quas actiones. col. 7. C. de sac. san. eccle. Rom. consi. 317. num. 1. Fede. de Sen. consil. 227.* Secundo, quia legi prohibenti non censetur derogatum per subsequentem dispositionem, nisi quantũ in secunda continetur expressum. *Bar. consi. 72. versi. sed posito. nu. 3.* Et ratio potissima in isto casu fuit, quia prima fundatio facta per 3
patronum fuit confirmata per episcopum, in qua aderat ista clausula, inducens vacationem ipso facto, fuit posita per fundatorem: quapropter non potuit † fundator illã 4
fundationem mutare absque consensu episcopi. *Mil. in verb. Patronus in fundatione. Cur. in tract. iurispatronatus. in ver. Pro eo quod de diœcesani. num. 31. & seq. q. 13 & 14. Lamber. de iur. patro. 1. part. lib. 1. q. 9. principali. nu 50. fol. 76.* Et hoc quando ex interuallo, vt hic, secus si incontinenti, vt ex suprascriptis auctoritatibus. Et ita fuit decisum in caussa Barchinonen. beneficii sancti Antonii coram Vestano 27. Maii 1552.

SVMMARIVM.

1 *Patroni qui scienter præsentarunt indignum, priuantur potestate præsentandi pro illa vice, & ad superiorem deuoluitur.*

DECISIO CCXCI. seu II.

PAtroni, qui scienter præsentarunt indignum, priuantur † potestate præsentan- 1
di ꝓ illa vice, & ad superiorem deuoluitur potestas, vt notatur *in c. perpetuus. de electio. 6. & per Abb. in c. congregato. num. 3. de electio.*

Et ita fuit tentum in vna Calaguritana beneficii de Vnza, coram D. Guidobono 14. Octob. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Patroni aliquot non præsentantes, non dicuntur priuari facultate præsentandi si compatroni præsentauerunt.*

DECISIO CCXCII. seu III.

PAtroni si sunt plures in quasi possessione præsentandi, si vnus præsentat sine aliis, & præsentatus fuit institutus, & possessionem accepit, & possedit, non ideo dicuntur alii priuati † eorum quasi possessione, nec extinguitur, immo præseruatur *secundū Feder. de Sen. consi. 142. in vl. dub. & Abb. in consi. 84. vol. 1. & Ruyn. consi. 50. col. pen. versi. Nec etiam prædictis obstat. volum.* 5. Et ita fuit tentum in vna Cremonen. Capellaniæ, Lunæ 21. Nouembris 1552. coram domino Deza.

PAVPERTAS.

SVMMARIA.

1 *Paupertatis probatio arbitrio iudicis remittitur.*

2 *Paupertas bonorum probatur ex communi reputatione de stylo Rotæ.*

DECISIO CCXCIII. seu I.

1 PAupertatis ꝓbatio licet relinquatur arbitrio † iudicis, *vt per omnes in auth. præterea. in gloss. in verb. locuples. C. vnde vir & vxor. & per omnes etiam in l. si constantē. ff. solut. matrim. vbi præcipue Bar. & Alex. num.* 13. & 14.
2 Tamen Rota † seruat paupertatem bonorum probari ex communi reputatione. Ita fuit dictum in vna Portugalen. pecuniaria coram D. Capisucco Veneris 18. Martii 1553.

POENA.

SVMMARIVM.

1 *Pœna vacationis ipso iure per adeptionem alterius beneficii, habet locum a die adeptæ possessionis, non a die collationis.*

DECISIO CCXCIV. seu I.

1 POena vacationis ipso iure, per adeptionem alterius beneficii, habet locum † a die adeptæ possessionis, non autem a die collationis. *c. 1. & ibi Franc. vers. 3. not. de eo, qui mit. in poss. cau. rei seruan. in 6. cap. cum iniunctis, & ibi glo. & Doct. cum c. licet episcopus. de elect. lib. 6. & in terminis facit extrauagans, exsecrabili. §. qui vero. de præben. & clem. gratia. de rescript. Abb. in c. quoniam nonnulli. de cleric. non resid. & Cassad. decis. 1. in princip. de constit.* Et ita fuit decisum in caussa Barchinonen. beneficii sancti Antonii 10. Iunii 1552. coram D. Vestano.

SVMMARIA.

1 *Pœna. l. quisquis. C. ad leg. Iul. Maiesta. non habet locum nisi in crimine læsæ maiestatis. in 1. cap. non in aliis. num. 2.*

3 *Extensio non est facienda in pœnalibus, correctoriis, & odiosis.*

4 *Filius non impeditur petere dotem matris suæ, quæ fecit interfici eius virum dominum vnius ciuitatis, sine iuribus Imperii.*

DECISIO CCXCV. seu II.

POena *l. quisquis. C. ad l. Iuliam Maiestatis.* non habet locum nisi in crimine læsæ Maiestatis in primo † capite, videlicet quādo contra Principem, scilicet Imperatorē, 1
vel eius collaterales committitur, ita illum textum intelligit *Ang. ibi. idem tenet Socyn. consi. 275. colum. 2. vers. confirmatur. vol. 2. Cyn. in d. l. quisquis Aym. consi. 6. num.* 79. Secus 2
quando sumus in aliis † capitulis dicti criminis. Et ratio est: quia in istis correctoriis odiosis, & pœnalibus non est facienda † ex- 3
tensio, & maxime respectu filiorum, *secundū Ang. in l. fallaciter. C. de abolition.* Et per supradicta fuit tentum in caussa Fauentina dotis, quod filius † non impediebatur pe- 4
tere dotem matris suæ, licet ipsa mater fecerit interficere virum suum, qui erat dominus sine iuribus Imperii ciuitatis Fauētiæ, cum non essemus in crimine læsę Maiestatis in primo capite. *vt per Ioan. de Imol. in clem. pastoralis. de re iud. Socyn. in cons. 57. nu. 16. vol. 4.* coram dom. Guidobono 16. Nouemb. 1552.

PENSIO.

SVMMARIA.

1 *Pensionum primarum mentio facta, intelligitur per clausulam, præsens. & aliæ. &c.*

2 *Expressum dicitur, quod sub generalitate continetur.*

3 *Dictio (alia) non solum refertur ad similes pensiones, & sic ad temporales, sed etiam ad perpetuas, & potest verificari in similitudine, in specie, & in genere, num. 4.*

5 *Verbi (alii) energia.*

6 *Rescriptum contra episcopum, & quoscunq; alios comprehendit etiam laicos.*

7 *Interpretatio lata fit pro actus validitate.*

8 *Clausula illa in literis pensionis, videlicet, quod necessariorum omnium maior & verior specificatio fieri possit, quid releuat?*

9 *Clausula, tollens omne impedimentum, quæ sit?*

DECISIO CCXCV. seu I.

PEnsio secunda reseruata super fructibus beneficii valoris 500. du. super quibus alia pensio 400. ducatorum reseruata erat, licet in secunda reseruatione non esset facta mentio primæ reseruationis, duc. 400. specifice, sed solum per clausulam præsens, & alię desuper assignatę pensiones non excedant medietatem fructuum, nihilominus valida † est, quia per clausulam, præsens 1
& aliæ

& aliæ & cet. censetur facta mentio aliarũ pensionum. Et est ratio, quia Papa saltem in genere cogitauit, quod sufficit. *l. qui iure militari. ff. de test. milit. Ang. in l. qui Romæ. §. fratres duo. super 1. quæstione. Bar. ff. de verb. obliga. Aret. consi. 23. col. pen. & seq. Fel. in cap.*
2 *venerabilis. col. pen. versic. non obstant adducta, de excep.* Et expressum † dicitur quod sub generalitate continetur. *Barto. & doct. in l. 1. ff. de vulga. & pupill. Bar. & Ias. in l. Prætor. de oper. nou. nuntia. Barbat. fere in istis terminis consi. 34.*
3 *colum. 1. vol. 2.* Præterea dictio, aliæ † non solum refertur ad similes pensiones, & sic ad
4 temporales, sed etiam ad perpetuas. *argu. gl. in l. si fugitiui. C. de ser. fug.* Et potest † verificari in similitudine, in specie & in genere. *glo. & Alber. in l. non solum. §. quæritur. ff. de procur. Afflict. decis. 294 num. 4. & Bartol. in l. pater filium. ff. de leg. 3.* Quodque verbum,
5 alii † positum *in d. l.* comprehendit illos, qui non sunt de consanguinitate, & impetrans rescriptum contra episcopum, & quoscun-
6 que alios comprehendat omnes † alios, etiam laicos, *notat Spec. in titul. de instrum. præsent. §. final. vers. quod si quis vbi Ioan. Andr. in addit. Curt. iun. cons. 38 in fin.* Quæ interpre-
7 tatio † in casu nostro facienda est, cum agatur pro actus validitate. *Bartol. in l. stipulatio. ista. §. si quoq. ff. de ver. oblig. & Ias. in l quoties. de stipulat. colum. 1. vers. 5. adde eod. titul.* Et præsertim, quia adest clausula in literis pẽsionis, in qua datur facultas, quod necessariorum omnium maior, & verior specifi-
8 catio fieri possit, quæ clausula multum operatur. *Sarnen. in regul. de valore. quæst. 11. num. 5.* Et per aliam clausulam in dictis literis positam. videlicet, non obstante quacũque d. sedis indulgentia generali, vel speciali, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus gratiæ d. pensionis impediri valeat, vel quomodo
9 libet differri, quæ clausula † tollit omne impedimentum. *Federi. consi. 47. colum. 1. Cassa. super regul. cancell. decis. 38. Alex. cons. 134. col. 2. volum. 1.* Et ita domini tenuerunt in vna Valentina pensionis 100. duc. pro Antonio de Torres contra Constantinum del Castillo die 15. Ianuarii 1552. coram domino Chissanen.

SVMMARIA.

1 *Pensionis literæ sunt validæ, dato quod non fiat in illis mentio an pensio sit perpetua, vel temporalis. & quare, num. 2.*

3 *Pensionarius vigore clausulæ, omnium, & singularum qualitatum, potest in nouis literis expediendis, narrare qualitates perpetuæ pensionis.*

4 *Clausula in fine posita, refertur ad omnia præcedentia.*

Decisio CCXCVII. seu II.

Pensionis literæ validæ † sunt etiam quod 1
in specie de qualitate pensionum impositarum in beneficio non fit mentio, videlicet. An pensio esset perpetua vel temporalis, quando mentio pensionis in genere facta fuit, quia sufficit, quod Papa † saltem in 2
genere potuerit cogitare. *Felyn. in cap. sede. vers. 6. declaratio. de rescript.* Et vide supra decis. proxima. Et quia aderat clausula in supplicatione omnium, & singularum qualitatum, &c. dictum est, quod vigore dictæ † 3
clausulę generalis, poterat pensionarius qualitates pensionum impositarum exprimere in literis, quas de nouo expedire poterat. Et quia dicta clausula poterat referri ad pensiones, & ad illarum qualitates, vel saltem generaliter, referẽda erat ad omnia cum esset in fine † posita. *c. inquisitione. in fin.* 4
de appell. l. talis scriptura. §. fin. ff. de legat. 3. & cap. solitæ. de maio. & obed. Et ita domini cõcluserunt in 1. casu, sed in 2. Domini magis inclinabant in istam partem, sed noluerunt firmare pedes, quia resolutio prima sufficiebat pro victoria, in vna caussa Valentina pensionis coram dom. Chissanen. die 12. Feb. 1552.

SVMMARIA.

1 *Pensio reseruata ex falsa caussa est nulla.*

2 *Conditiones omnes in mãdato appositæ sunt adimplendæ.*

3 *Pensio quo casu fuerit iudicata nulla.*

4 *Temporis tractu non conualescit, quod ab initio vitiosum est.*

5 *Collatio regulariter non recipit conditionem tanquam actus legitimus.*

6 *Conditio nihil ponit inesse ante purificationem.*

7 *Conditio etiam potestatiua non retrotrahitur in beneficialibus.*

8 *Retrotractio non fit nisi per fictionem translatiuam.*

9 *Fictio non inducitur sine æquitate.*

10 *Æquitas nulla suadet retrotractionem in ambitiosis.*

Decisio CCXCVIII. seu III.

Pensio reseruata ex falsa caussa est † nulla, 1
prout fuit decisum in vna Marianen. pension. coram Chissanen. die 9. Martii, 1552. Nam Cardinalis Cibo Archiepiscopus Thaurien. constituit procuratorem ad ceden. d. ecclesiam in manib. Papæ, reseruatis sibi fructibus & facultate transferendi, fuit facta cessio in consistorio, vt moris est, reseruatis sibi fructibus absq; tamen facultate transferendi die 22. Iunii 1548. & Papa prouidit de ea do. Cæsari Cibo tunc episcopo Marianen. & quia d. episcopatus Marianen. prætẽdebatur vacare per translationem factam de d. Cæsare ad ecclesiam

Thaurinen. Ideo Papa prouidit de eccles. Marianen. mino Octauio, tanquam vacan. per d. translationem, reseruata pensione 400. duc. super d. episcopatu domi. Cæsaris. Verum quia d. Archiepiscopatus Thaurinen. non vacabat per illam cessionem, cũ
1 omnes conditiones † contentæ in mandato non essent adimpletæ. Ideo Cæsar olim episcopus Marianen. per illud Consistoriũ non fuit solutus ab ecclesia Marianen. cum valide non fuerit translatus ad ecclesiam Thaurinen. Stante igitur nullitate translationis, & nõ liberatione ipsius ab eccl. Marianen. sequitur quod pensio assignata super ecclesia Marianen. tanquam vacante, fuit ex falsa caussa assignata, & sic inualide, & cum non fuerit de nouo reualidata tempore reualidationis trãslationis Cæsaris ad
3 ecclesiã Thaurinẽs. pensio est nulla, *vulgata*
4 *regula, ꝙ ab initio † vitiosum est, tractu temporis*
5 *non conualescit. vbi Dec. ff. de reg. iur.* Stante maxime quia collatio † regulariter non recipit conditionem tanquam actus legitimi. *cap. actus legitimi. de reg. iur. lib. 6. cap. 2. de concess. praeben. eod. lib.* Et quia ante purificationem conditionis Cæsar non fuerat solutus
6 ab ecclesia Marianen. quia conditio † nihil ponit inesse, ante purificationem. *c. 1. in fin. de spons. in 6. §. ex conuentionali. Instit. de verborum oblig.* Et tunc cœpit vacare ecclesia Marianen. quando conditio fuit purificata, & ante vere non vacabat. *Rot. decis. 83. in*
7 *no.* Nec in beneficialibus conditio † etiam potestatiua retrotrahitur. *c. si pro se. de rescri. lib. 6. Ias. in l. si is, qui pro emtore. nu. 338. de vsuca. Paris. cons. 11. num. 36. lib. 1.* Ratio est, quia re-
8 trotractio † non fit nisi per fictionem translatiuam. *d. cap. si pro se.* quæ fictio non inducitur sine æquitate. *Bartol. in d. l si is qui pro*
9 *emt. colum. 3. de vsucap.* Et in ambitiosis † nul-
10 la æquitas suadet retrotractionem. *cap. quãuis. de praeb. lib. 6.* Ideo stricte debet accipi, & effectus ipsius metiri, & ex tempore euenientis conditionis non retro. *Cassad. de praeb. decis. 3. num. 21.*

SVMMARIA.

1 *Pensionis excessiuitatem probare tenetur Rector agens ad reductionem.*

2 *Valoris expressio non est necessaria in reseruatione pensionis.*

DECISIO CCXCIX. seu IV.

PEnsionem reseruatam super aliquo beneficio, si rector infringere vult ex eo, quia excedit medietatem fructuum, ipsi
1 rectori incumbit † onus probandi excessum, quia in reseruatione pensionis, valoris
2 expressio non † est necessaria, nec ex dispositione iuris, vel regularum. Et ita alias fuit tentum in vna Valentina pensionis, coram domino Chissanen. die 11. Maii 1552.

SVMMARIVM.

1 *Pensio qua non possit per successorem tanquam nulla impugnari.*

DECISIO CCC. seu V.

PEnsio reseruata in fauorem rectoris ex caussa resignationis in manibus Papæ, cuius rectoris ius super dicto beneficio per sententias, & rem iudicatam in Rota fuerat canonicatum, non poterit † per successorem in beneficio tanquam nulla impu- 1
gnari, ex eo quia ille primus Rector nõ habebat ius. Et ita fuit tentum in vna Calaguritana pensionis, coram dom. Chissanen. die 1. Aprilis 1552.

SVMMARIA.

1 *Pensio secundo loco reseruata, si non facit mentionem de prima valida, nulla est.*

2 *Pensionis primæ nullæ non est facienda mentio.*

DECISIO CCCI. seu VI.

PEnsio secundo loco reseruata, si non facit mentionem de prima pensione valide reseruata nulla † est. *Cassad. de pens. decis. 3.* 1
Secus est si pensio prima esset nulla, quia tunc de ea non † est facienda mentio. *l. non* 2
putauit. §. non quauis. ff. de bono. possess. contr. tabu. Et ita fuit tentum die 25. Maii 1551. in vna Florentina Sanctæ Felicitæ, coram do. Capisucco.

SVMMARIA.

1 *Actio personalis competit pro pensione.*

2 *Successor in beneficio onerato pensione, videtur quasi contrahere, & obligare se ad illud onus.*

3 *Actio personalis oritur ex quasi contractu.*

4 *Actio personalis competit pro alimentis.*

5 *Actio personalis, & hypothecaria datur pro pensione.*

DECISIO CCCII. seu VII.

PRo pensione competit † actio personalis, quia beneficiatus acceptans † beneficiũ 1
pensione grauatum, videtur quasi contra- 2
here, & obligare se ad onera posita in illo beneficio, & actio psonalis oritur † ex quasi 3
contractu. §. *omnium. Institu. de act. Guid. Pap. q. 577.* qui decidit idem in † alimentis, & est 4
etiam tex. *in l. Lucius ff. de alim. & cib. leg.* Præterea pro pensione datur † personalis, & hy-
pothecaria, *late tradit Gigas. q. 51. de pens. per* 5
totum. Et quod ibi dicitur de validitate pẽsionis, alio spectat, videlicet respectu obligationis successoris, & bonorum ecclesiæ. *Fely. in c. ad audientiam. el. 2. col. 6. ver. sed aduerte. n. 15. de rescript.* quia personalis, & hypothecaria in eo. subiecto esse non potest. *l. neq. pignus. ff. de reg. iur.* Et ita tenuerunt domini die 10. Februarii 1552. in vna Mediolen pensionis, coram domino Reomano.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Pensiones vacant per promotionem ad Episcopatum.*

2 *Transferendi facultas non censetur concessa in assignatione pensionis, nisi expresse dicatur.*

3 *Clausula non inhærens, sed accidentaliter, & de raro concessibilis, exigit specificam mentionem.*

4 *Mentio illarum qualitatum, quæ requiritur in impetratione, requiritur etiam in dispensatione retentionis.*

5 *Retentio est dispensatio.*

6 *Dispensatio est odiosa.*

7 *Verba expressa in dispensatione, stricte sunt intelligenda.*

8 *Pensio est odiosa.*

9 *Odia sunt restringenda, non amplianda.*

10 *Translatio est odiosissima quia prorogatur seruitus beneficii.*

11 *Transferendi facultas non est de iure, nec de natura pensionis.*

12 *Pensio est ad tempus, & exstinguitur morte pensionarii, sicut vsusfructus. num. 13.*

14 *Transferendi facultas operatur perpetuitatem pensionis, post mortem pensionarii.*

15 *Translationis pensionis qualitas requirit specialem notam.*

DECISIO CCCIII. seu VIII.

PEnsio reseruata fuit Leonardo Tornabono 400. duca. super Abbatia S. Mariæ de Clarauallis, cuius fructus excedunt duc. 12. millia. cum potestate transferendi, deinde Leonardus fuit promotus ad Episcopatum S. Sepulcri, & mortalis super nullitate pensionis per Cardinalem Abbatem, qualitate pendēte, fuit translatus Leonardus ad episcopatum Adiacensem. Postmodum fuit facta transactio cum procuratore d. Leonardi, & Cardinalis soluit pensiones. Nunc Cardinalis vult impugnare facultatem transferendi, & dicit † quod pēsio
1 vacauit per promotionem ad episcopatū, quia vacant beneficia, ideo & pensiones, nisi detur retentio per Papam. *Abb. in cap. cum in cunctis, num.* 3 *de elec. Gig. in trac. de pen. q.* 56. *Cassad. de constit. decis.* 2. Facultas trans-
2 ferendi non † censetur concessa in assignatione pensionis, nisi expresse dicatur. *Sarn. in regul. de infir. resig. q.* 16. & clausula non †
3 inhærens, sed accidentaliter, & de raro cōcessibilis, exigit specificam mentionem. *Rot. decis.* 203. *in antiq.* Idem dicendum est in retentione pensionis, quia mentio illarū
4 † qualitatum, quæ requiritur in impetratione, requiritur etiam in dispensatione retentionis. *gl. in ver. modicum. & ibi Dominic. in c. non potest. de præb. lib.* 6. *Dec. in c. ad audientiam. num.* 12. *de rescrip.* & quia retentio est †
5 dispensatio. *c. cum in cunctis. §. cū vero. de elec.* & dispensatio † est odiosa. *c.* 1. *de fil. presbyt.* 6
Ideo verba † in ea expressa stricte intelligūtur. *Domin. cons.* 33. *col.* 4. *vers. cum verba.* Pen- 7
sio † est pariter odiosa. *Gig. in tract. de pens. q.* 8
96. Odia autem sunt † restringenda, nō amplianda. *per c. odia. de reg. iur. lib.* 6. Transla- 9 10
tio † est odiosissima, quia prorogatur seruitus beneficii. *Sarnen. in d. q.* 16. *in reg. de infir. resign.* facultas † transferendi non est de iure, nec de natura pensionis, immo contra 11 12
naturam: quia pensio † est ad tempus, & exstinguitur † morte pensionarii, sicut vsufru- 13
ctus. *c. fin. de pign. § finitur Inst. de vsufruct. Caccialup. in tract. pens. q.* 1. *& Gig. in tract. q.* 1. *nu.* 5. Et operatur dicta facultas perpetuitatem † pensionis post mortem pensionarii, & pro- 14
pterea domini pro maiori parte tenuerūt, quod in illa cedula retentionis, nō fuit data potestas transferendi, quia ista † qualitas 15
facultatis transferendi, est qualitas, quæ requirit specialem notam, quia est contra naturam pensionis. Fuerunt nihilominus omnes domini in voto, quod consulerentur domini Abbreuiatores, super hoc: videlicet, an sub clausula, pro expressis haben. ipsi comprehensam intelligant facultatem transferendi in reseruatione pensionis cōcessam in vna Mediolanen. pensionis corā dom. Reomano die 16. Maii 1552.

SVMMARIA.

1 *Pensio annullatur ex promotione ad episcopatū.*

2 *Confirmatio Papæ ex certa scientia quid operetur.*

3 *Clausula, & cum omnibus, & singularis approbatione, confirmatione &c. quid operetur.*

4 *Transactione receditur a lite.*

DECISIO CCCIV. seu IX.

PEnsio reseruata Leonardo Tornabono cum facultate transferendi, quę fuit annullata ex promotione ipsius ad episcopa- 1
tum S. Sepulcri, & translationem ad episcopatum Adiacen. fuit reualidata per cōcordiā, in qua inter alia capitula adest pactum iuratum, q. pensio de consensu Reuerendissimi do. de Cesis confirmaretur, cū derogatione Concilii Lateranen. & aliorū quorumcunq; obstantium: hoc tamen adiecto, quod d. Reueren. non teneatur annuatim d. Leonardo episcopo aut eius successori, in euentū, in quem ipse forsan iuxta facultatem sibi desuper concessam pensionem ipsam transferre vellet, nisi in summa 250. scutorum. Supradicta concordia fuit per Papam confirmata, vna cum reseruatione d. pensionis, ac etiam omnibus & singulis clausulis in ea contentis & concessionibus & decretis desuper confectis, cū iuris & facti de effectuum suppletione, accedēte tamen consensu dicti Reuerē. quas omnes approbauit, & confirmauit, ac validas & ef-

ficaces exsistere voluit, & cum alia clausula videlicet, in euentum, in quem pensionem trasferri contingeret suffragari debere etiam in omnibus, & per omnia, ac si in illis, seu per illas constitutioni Lateranen. Concilii huiusmodi derogatum fuisset. Ex quibus clausulis clara mens partium colligitur reualidandi tam super translatione pēsionis, quam ipsa pensione, stāte præsertim
2 confirmatione Papæ ex certa scientia, quæ † confirmat quod nullum est. *Felyn. in c. postulasti. col. 11. vers. tertius casus. de rescript. Dec. cons. 341. num. 3. & Staphil. in suo tracta. grat. & Iust. fol. 141.* Et quia D. Reuerend. in concordia medio iuramento, renuntiauit Concilio Lateranen. ex alia quauis caussa apud acta deducta, & quæ quomodolibet deduci & excogitari possit, & cū tunc temporis esset orta ista exceptio, sequitur quod illi renuntiatum est. Adest etiam alia clausula in confirmatione videlicet, & cum omnibus & singulis approbatione, confirmatione, & suppletione, decretis, & derogationibus & pro omnib. & singulis præmissis, quæ hic
3 pro sigillatim repetitis habeantur latissime extendendis, quam ponderant Anton. de Butr. *consi. 2. & Sarnen. in proœmio reg. q. 6 nu. 16.* Et propterea die 20. Iunii 1552. magis inclinabant contra Reuerend. Cardinalē, videlicet quod facultas transferendi fue-
4 rit reualidata, quia per transactionem † receditur a lite, & dubium erat super pensione, quæ erat reducta ad minorem summā, & in concordia fuit dictum, quod valeret pensio cum translatione si esset facta secūdum potestatē, quam dixit habere vel quā saltem habebat de facto. Ego replicaui, q. tenebam contrarium, & quod habebat facultatem transferendi, quæ fuit exstincta, licet si dixit secundum potestatem, quā dixit habere teneretur verificare, quod habebat illam, & cum Papa intellexisset hoc, nō censetur consentiisse, nec concessisse. Et propterea omnes domini dixerunt, quod attenta dubitate caussæ, quod non & retardanda solutio pensionis, & quod remittatur caussa ad Cancellariam, prout fuit remissa cum alia simili caussa per D. Reomanum, quamuis caussa ter posita fuisset, & domini semper fuerint diuisi, & pares in voto.

SVMMARIA.

1 *Pensionis transferendæ facultas quando non censeatur remissa.*
2 *Præsumitur neminem velle de suo aliquid renūtiare, maxime vbi potest alia interpretatio capi. num. 3.*
4 *Quietatio dicitur stricti iuris.*
Quietatione in generali non continetur debitum in diem.
6 *Consuetudo patrisfamilias valet.*
7 *Animus circa præcedētia colligitur ex sequētibus.*
8 *Dispositio specialis ostendit mentem disponentiū in generali.*
9 *Verba quietationis sunt attendenda.*
10 *Quietatio non trahitur ad caussam, in quo quietanti non est plene satisfactum.*
11 *Renuntiatio facta in vno casu non trahitur ad alium.*
12 *Quietatio non cadit vbi non est obligatio.*

DECISIO CCCVIII. seu XIII.

PEnsionis transferendæ facultas remissa 1
non † est per clausulam positam *in 3. concordia*, quo ad recompensam beneficii, quia nōn præsumitur † quemquam de suo velle 2
aliquid renuntiare. *L. cum de indebito. ff. de probat.* maxime vbi potest alia † interpretatio. 3
cap. Goza. cons. 23. num. 3. & ex actu quamuis proximo non posse inferri ad renuntiationem dixit *Dec. cons. 495. num. 19.* præsertim in quietationibus, quæ sunt † stricti iuris. 4
Paris. cons. 100. num. 64. lib. 1. Et voluit Ias. *consi. 4. col. fin. lib. 4.* quod in quietatione † 5
generali non comprehēdatur debitum in diem. Ita dicendum in casu nostro, quod ista facultas transferendi non sit remissa, cū confirmatio penderet in diem impetrationis beneplaciti Papæ. Repugnat etiā mēs quietantis, quia in istis concordiis quicquā non valet quis remittere de iure suo, sed semper aliud pro alio recipit, & consuetudo † patris familias valet. *argum. l. vel vniuerso. ff. de pigno. act.* & quia postmodum obtinuit facultatem transferendi, & transtulit, & ex eo, quod postea fecit, colligitur, † 6
quod non habuit ante animum remittendi d. facultatem. *l. sed Iulianus. perinde. ff. ad Sen. cōs. Mace.* & specialis † dispositio mentē 7
disponentium in generali dispositione ostendit. *l. quæsitum. § fi. ff. de fund. instru. l. vxorem. § felicissime. ff. de leg. 3.* & verba quie- 8
tationis hæc non patiantur, cum intendant quietare de ea re, quam recepit, non autem iuri suo renuntiare. *l. cum aquiliana. & ibi Bar. & alii. ff. de transactio.* & quietatio non 9
trahitur ad casum, in quo quietanti non est plene satisfactum. *Dec. consi. 373. vol. 3.* & re- 10
nuntiatio † facta in vno casu nō trahitur ad 11
alium. *Alex. cons. 118. num. 3. li. 7. 3.* quia quietatio non † cadit vbi non est obligatio. Ia- 12
so. *in l. 10. num. 2. ff. de verbor. obli.* & sic non remittitur illud quod non cedit in obligatione. *Alex. con. 218. nu. 11. li. 6.* Et ita fuit tētum die 8. Iun. 1554. quamuis ante bis posita fuisset ista caussa Toletan. pēsionis 500. duc. corā D. Orad. & nihil fuerit resolutū.

SVMMARIA.

1 *Actus correspectiui censentur facti vnus p alium.*
2 *Actus facti in continenti censentur vnus.*

Surro-

3 *Surrogari aliquid dicitur in alterius locum, quãdo pro eademmet caussa id datur.*
4 *Nominandi facultas quando sit pars pretii, & dationis in solutum. & num. 5.*

DECISIO CCCVII. seu XII.

PEnsio 600. ducatorum, & facultas nominandi fuit data Cardinali S. Crucis pro recompensa beneficiorum 3000. duc. qui promiserat Cardinali de Mendoza in
1 prima concordia resignare. Et sic isti actus † erant correspectiui, & facti cẽsentur vnus propter alium. *Bal. in l. pacta conuenta. num. 1. ff. de pact. quam legit. post §. quinimo. & in l. iurisgentiũ ff. de pact. Dec. cõsi. 264. nu. 3. & 4. Aym. cõs. 141. col. 3. li. 1. Grat. cõs. 123. nu. 18. li. 2.* & quia
2 facti sunt incontinẽti, & sic vnus † actus esse censentur. *Corn. consi. 36. col. 2. lib 2.* & quia ducati producti 600. pro eademmet caus-
3 sa dantur, ideo surrogantur † in illorum locum *Aym. consi. 167. num. 10.* & sic illa facul-
4 tas nominandi est pars † pretii, & dationis in solutum. *Socin. consi. 273. colum. 3. Dec. cons. 586. num. 7. Aymo. consil. 36 colum. 2. Corne. d consil 36 colum. 2. lib. 2.* & ex qualitate valoris beneficiorum arguitur ista facultas
5 nominandi, quod sit pars † pretii seu recõpensæ. *Aym. consil. 101. num.* 9. alias Cardinalis videretur iactare suum propter rationem finalem, secundæ concordiæ, quoniã concordia fiebat pro bono, & commodo Cardinalis de Mendoza. Rationem collige ex proœmio secundæ concordiæ. Vnde si recompensa continebit tantum pensionem 3. mil. ducat. vtique ista concordia secunda redundabit in odium Cardi. de Mendoza. Et ita tentum die *11.* Maii 1554. coram Dom. Oradino, in vna Toletan. pẽsionis 600. ducat.

SVMMARIA.

1 *Verba in toto vel in parte in regressu posita quid significant.*
2 *Intellectus ad Bartol. in l. 1. ff. de euiction.*
3 *Pensio si in parte etiam non soluitur facit locum regressui.*

DECISIO CCCXIII. seu XIX.

PEnsio fuerat reseruata Gregorio Bacchis 20. ducat. *13.* scilicet super canonicatu, & præben. ecclesiæ Calaritanen. & septem super quodam beneficio de iure patronatus, cum clausula, quod deficiente Rectore seu renuente in solutione, dictæ pensionis in toto, vel in parte, liceret eidem Gregor. liberum habere regressum respectiue, & eorundem realem, & corporalem possessionem ingredi, & quia alterum beneficiũ erat de iure patronatus, dicebatur, quod pensio super illo reseruata erat nulla: & propterea, quod non licebat Gregorio regredi neque ad dictos canonicatum & præbend. vel saltem quod illa verba ibi posita, scilicet, in toto vel in parte respectiue, de-
bebant † intelligi, vt importent regressum 1
in parte, si in parte, diceretur de nullitate, & in totum, si in totũ. *per doct. Bart. in l. 1. col. 1. versi. item contra rationem. ff. de euict. & ibi Ang.* Respondebat Gregor. quod pensio erat de vna re, licet sit imposita super duobus beneficiis ad faciliorem solutionem, & ad maiorem illius validitatem, & per doctri. *Barto. in d. l. 1.* Facit pro ipso Gregorio, 2
quia ibi dicit, secus est quando dicitur in totum, vel in partem, quia tunc dicitur euicta, & in casu isto adest clausula prædicta. Ergo doct. Bart. facit pro Gregor. Ad dictionem, respectiue, dicebatur, quod refertur ad regressum, accessum, & ingressum regressus dicitur respectu canonicatus, quia antea fuerat possessum ab eo: accessus & ingressus respectu aliorum beneficiorum nõ possessorum per Gregorium, & propterea quod propter † cessationem solutio regre- 3
ditur. Et ita iudicatum coram Reomano, *vt in eius lib.*

SVMMARIA.

1 *Pensionis perpetua alias reseruata, facienda est mentio in reseruatione noua pensionis, alioquin secunda pensio nulla est, num. 2.*
3 *Verisimile non est Papam velle grauare ecclesiã duplici onere, & hac ratio militat etiam in pensione perpetua. num. 4.*

DECISIO CCCXII. seu XVII.

MEntio de pensione perpetua quatrocentorum ducatorum reseruatã sup fructibus Archidiaconatus, facienda est in
† reseruatione nouæ pensionis centum du- 1
catorum super fructibus, licet noua pensio sit temporalis, & non perpetua sicut antiqua, *per Cassad. decis. 3. & 4. de pensio. & Gig. de pens. q. 29. & Paris. cons. 5. num. 134. volum. 4.*
alias secunda † impositio nulla est, quia non 2
† est verisimile, quod Papa velit grauare 3
ecclesiam, duplici onere, quæ † ratio licet 4
loquatur in pensione temporali; tamen militat etiam in pensione, & onere perpetuo. Eo maxime, quia tam pensio temporalis, quam perpetua super omnibus fructib. Archidiaconatus fuit imposita. Et ita tentum die *27.* Nouemb. 1551. coram domino Chissanen. in caussa Valentina pensionis centum ducator. quæ decis. fuit etiam confirmata die *14.* Decemb. 1551.

SVMMARIA.

1 *Pensiones & beneficia vacant per promotionem alicuius ad episcopatum.*
2 *Transferendi facultatis retentio data non censetur nisi exprimatur.*

3 *Transferendi facultas est digna speciali nota.*
4 *Omissum censetur quicquid est omissum in odiosis.*
5 *Concessio noua debet etiam cõtinere omnes qualitates & clausulas, quæ possunt tertio præiudicare.*

DECISIO CCCXIII. seu XVIII.

1 PEnsiones & beneficia vacant per † promotionem alicuius ad episcopatum. *cap. cum in cunctis. §. cum vero. vbi Abb. 3. not. de elect. Gig. in tract. pensione. q. 56. circa finem.* Et si in retentione, quæ datur, beneficiorũ
2 & pensionum non exprimitur etiam facultas † transferendi, quamuis illam haberet aliquis, non tamen censetur data retentio
3 dictæ † qualitatis scilicet facultatis transferendi, quia facultas transferendi est digna speciali nota, cum sit odiosa. *Gom. in reg. de*
4 *infir. resign. q. 16. colum. 2.* & in odiosis † quicquid est omissum habetur pro omisso. *l. commodissime. ff. de lib. & posthum. c. odia. de reg. iur. in 6. Soc. consi. 9. part. 1. Rot. decis. 331. in nou & Aegid. decis. 752. & Aret. consi. 7. col. 2.* qui loquuntur in promotis, & vbi data est retentio beneficiorum, non comprehenditur dicta facultas, quia talis retentio seu dispensatio dicitur subreptitia, & nõ valet,
5 quia cum sit quasi quædam noua † concessio. *secundum Cassad. decis. 3. de constit.* in ea omnes qualitates & clausulæ, quæ tertio possunt præiudicare, sunt exprimendæ. *Abb. in cap. ad aures. quem sequitur Rip. & ceteri de rescrip. Rot. decis. 13. de praeben. in nou.* Et ita tentum fuit pro maiori parte, die 2. Decemb. 1551. coram dom. Reomano in vna Mediolanen. pensionis.

SVMMARIA.

1 *Pensionem Papa imponere potest absq; caussa, & sine consensu beneficiati.*
2 *Pensionem imponere est iuris positiui.*
3 *Papa omnia potest in his quæ sunt iuris positiui.*
4 *Voluntas ex facto cognoscitur.*

DECISIO CCCXVI. seu XXII.

1 PEnsionem Papa imponere potest absq; & sine consensu beneficiati, quia impo-
2 nere † pensionem est iuris positiui: & in istis
3 † Papa omnia potest. *Gig. qui alios refert in tract. de pensio. q. 6.* Verum quia dubitabatur an constaret de voluntate Papæ, dicebatur de voluntate ipsius constare per literas super reseruatione expeditas, & motum pro-
4 prium, & voluntas † ex facto cognoscitur. *Felyn. post alios quos refert in ca. quæ in ecclesiarũ. numero sexagesimo quinto. versi. limita. quinto. de constitut.* Et an valide fecerit, erit alias videndum. Et ita tentum die 14. Decembris 1551. coram dom. Vestano, in caussa Taruisinen. pension.

SVMMARIA.

1 *Pensionarius tenetur soluere pẽsionem dato quod pensio dicatur exstincta per professionem illius cui debetur pensio.*
2 *Possessione sua nemo est priuandus.*
3 *Exceptio professionis fidei, an obstet illi, qui debet exigere pensionem.*
4 *Monachus ex dispensatione potest pensionem retinere.*

DECISIO CCCXVII. seu XXIII.

PEnsionarius tenetur soluere † pensionẽ, 1
etiam quod pẽsio dicatur exstincta per professionem illius, cui debetur pensio, & si non soluit, declarandus est. Cum quis nõ
† sit priuandus sua possessione, *vt est tex. in c.* 2
ad querelam. de elect. & in ca. consultationibus. de iure patron. Cassad. decis. 10. num. 7. in fin. de rescript. & 8. de restitut. spoliat. Nec obstat ista exceptio professionis, quia super ea iudica-
tum † non fuit, & requirit altiorem indagi- 3
nem, cum Monachus † ex dispensatione 4
pensionem retinere possit. *Giga. de pen. q. 57. num. 7. in fin.* Et ita resolutum in vna Barchinonen. pensionis, coram dom. Accorambono die 11. Martii 1552.

SVMMARIVM.

1 *Pensio reseruata clerico infanti sine dispensatione, est nulla ex pluribus hic enumeratis.*

DECISIO CCCXVIII. seu XXIV.

PEnsio reseruata clerico infanti sine di-
spensatione, fuit iudicata † nulla propter 1
surreptionem, cum in assignatione illius nõ fuerit dictum quod erat infans, & quia pẽsio fuit assignata cum narratiua, sicut si assignaretur maiori, videlicet vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia, &c. quæ non cadebat in infante. Præterea in illius assignatione fuit infanti datus regressus ad beneficium, super quo pensio erat reseruata. Vnde apparet, q̃ Papa intellexit illum esse maiorem, non minorem. Et sic fuit iudicatum pensionem esse nullam in fauorem Reuerendissimi Cardinalis Cicadæ tituli sancti Clementis in vna Adrien. nullitatis pensionis coram dom. Accorambono, die 29. April. 1552. & quamuis pro Cardinali fuerit allegatum. *c. fin. de fil. presb. in 6.* tamen fuit facta decisio per supradictas rationes.

SVMMARIA.

1 *Retentio facultatis transferendi, quando non dicatur concessa?*
2 *Transferendi facultas non est quid accessorium ad pensionem.*

DECISIO CCCXIX. seu XXV.

PEnsionis retentio simpliciter concessa alicui in promotione ipsius ad aliquã ecclesiam, si expressio non habet clausulam retentionis pensionis, nec non facultatis
transferendi, non dicitur † concessa reten- 1
tio

tio facultatis transferendi: & ratio est, quia facultas transferendi non est quid accesso-
2 rium ad pensionem, sed est quid extrinsecum, nec est de esse & natura pensionis. Ideo erat digna speciali nota. Ita fuit tentū in vna Aretina, siue Senen. pēsio. inter Cardinalem Mignanellum, & Episcopum Sarnen. coram dom. Decano 3. Iunii *1552. vt in meo lib. fol.* 304. Quæ decisio fuit confirmata sub die 16 Decembris *1552.*

PETENS HEREDITATEM.

SVMMARIVM.

1 Petens hereditatem, debet probare, se esse heredē.

DECISIO CCCXX. seu XXV.

1 PEtens hereditatem debet † probare se esse heredem, *vt per Innocen. in l. si quis filium; inf. lias. §. in omni. versi. si autem testator. ff. de acquir. hered.* Et est text. *in l. qui liberis §. hec verba, & ibi Bartol. ff. de vulg. & pupil.* Ita dictum & tentum fuit in vna Forliuien. bonorum, coram do. Decano Lunæ 28. Martii, *1552.*

PETITORIVM.

SVMMARIA.

1 Petitorio iam suspenso in prima instantia, si quis velit in secunda suspendere possessorium, an per viam suspensionis id facere debeat?

2 Expensæ non debentur nisi caussa finita super possessorio, vel per tres cōformes vel per vnā, quæ transiuerit in iudicatum.

DECISIO CCCXXI. seu I.

PEtitorio iam suspenso per eum qui processit in sola possessorio, in quo succubuit per sententiam vnam in secunda, vult aggredi petitorium iterum suspendendo
1 possessorium non potest per viam † suspensionis, sed bene potest per viam cognitionis, accumulando. *Cardin. in clemen. 1. de cau. possess. & propriet. in 6. oppos. & idem Rot. videtur sentire decisi. 8. de caus. possess. & proprietat. in nou. & hoc sentit Bonif. in dicta clemen. num. 53. & 54. & Fel. in c. significauerunt. num. 5. de testib.* Et quia dubitatur, an ille suspendens petitor teneatur ad refectionem expensa-
2 rum, fuit tentum, quod non, † quia non debentur expensæ, nisi caussa finita super possessorio, vel per tres conformes, vel per vnā quæ transiuerit in iudicatum, *vt inquit Stapul. de commiss. & lit. grat. & inst. versic. & citatio personalis. num. 19. & Rot. decis. 13. de rest. spoliat. in nou.* Et ita fuit tentum die 9. Decembris *1552.* coram domino Augustino in vna Toletan. parochia. de Lappis.

SVMMARIA.

1 Petitorio suspenso non potest iudex postea tam in petitorio quam in possessorio procedere: fallit vt in num. 2.

3 Termini præfixio est intimanda parti, nisi ad partis notitiam peruenerit. num. 4.

DECISIO CCCXXII. seu II.

PEtitorio suspenso, non potest iudex postea tam in petitorio quam in possessorio procedere, & si procedat in petitorio post hanc suspensionem, nulliter procedit. 1
Soc. in l. rem quæ nobis. q. 9. ff. de acquirend. poss. Alexand. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 94. eod. titul. Rot. decis. 10. de restit. spoliat. alias 393. versic. tunc distinguendo dicebam in no. Sed si expedita est commissio præfixionis termini ad docendum de possessione, quo elapso, & non dato, iudex procedat in petitorio & possessorio, & terminus sit præfixus, & nihil fuerit circa possessionem do- 2
ctum, iudex vtique poterit † procedere in petitorio & possessorio simul, non obstantibus supradictis. Sed replicabatur, quod 3
præfixio termini non erat † intimata, quapropter non præiudicabat, cum terminus fuisset præfixus per iudicem cum intimatione, de qua non constabat, & sic non fuit seruatum decretum iudicis, & per consequens nulliter processum. Respondebatur quod licet non fuerit intimata dicta præfi- 4
xio termini, tamen ex quo deuenerat † ad partis notitiam dicta præfixio, quod sufficiebat pro intimatione, & ideo iudex procedere poterat super vtroque. Itaque fuit tentum die 19. Octob. *1551.* in vna Burgen. iur. patron. coram dom. Capilucco, & in alia Burgen. iuris votandi, coram eodem *12.* Feb. *1552.*

SVMMARIVM.

1 Petitorium potest suspendi in quacunq; instantia ante conclusionem in caussa.

DECISIO CCCXXIII. seu III.

PEtitorium potest suspendi † in quacunq; 1
instantia, ante conclusionem in caussa, tex. *est in cle. 1. de causs. poss. & propriet.* Et ita fuit tentum in caussa Geben. de Torre del Campo, coram dom. Io. Baptista Guidobono *11.* Ian. *1552.*

SVMMARIVM.

1 Petitorii suspēsio an detur in interdicto retinendæ.

DECISIO CCCXXIV. seu IV.

PEtitorii suspensio an detur † in interdi- 1
cto retinēdæ maxime altercatum fuit in caussa Barchinonen. impositionis onerū, coram do. Montisflascone. & dom. fuerūt diuisi p mediū. Nam vna pars dominorum tenuit q. daretur suspensio. *secundum Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. in 1. combinat. de acq. poss.* Vbi etiam Ias. dicit, q. omnes tenēt cum Barto. Sed altera pars dicebat quod Bart. loquitur in cumulatione, non autem in suspensione, & quod communis opinio erat in contrarium, *vt per Rip. in d. §. nihil cōmune. nu. 154.* Quare dubium non fuit resolutum. Vide cætera quæ fuerunt scripta in 4

hac caussa sub die 24. Octobris 1552. corā dom. Montisflasconen.

PERMVTATIO.

SVMMARIA.

1 *Permutatio quadrangularis an sit simoniaca.*

2 *Resignatio nō libera, sed ex caussa permutationis an valeat.*

3 *Permutatio vera est permissa inter duos, non inter tres vel quatuor.*

4 *Permutatio non dicitur, si ego renuntio beneficium meum in fauorem Titii, & Titius in fauorem alterius, intuitu meo.*

5 *Permutationes singulæ singulas prouisiones recipiunt.*

DECISIO CCCXXV. seu I.

1 PErmutatio quadrangularis est † simoniaca, nam cum Henricus Canonicatum, & Præben. S. crucis, de quibus agitur, resignauerit in fauorem Bertrandi, & Bertrandus suum beneficium in fauorem Federici, & Federicus in fauorem Ioannis, & Ioannes in fauorem dicti Henrici, videtur quod non sit vera permutatio, & quia resignatio
2 † non fuit facta libere, sed ex caussa permutationis, & non alias. *Cassado. de renun. decisi. 3. num. 1. & decis. 2. de simonia.* & permutatio
3 vera permissa † est inter duos, non autem triangularis, vel quadrangularis. *Collect. in c. 1. prope fin. de rerum permu. & Imol. in clem. 1. eod. tit. num. 40. versic. quod si inter tres.* Imo si
4 ego † renuntio beneficium meum in fauorem Titii, & Titius in fauorem alterius intuitu meo, non est permutatio. *Ancha. in cap. 1. col. 2. versi. tria colligit. de rerum permut. lib. 6. vbi Gemin. colum. 1. vers. an valeat permutatio. & Franc. colum. 1. versi. in textu. ibi sua beneficia. Bonif. in d. clemen. 1. num. 43. Sarnen. in reg. de public. resig. quæst. 3. ibi primum quia regul.* Nec dicatur, quod istæ permutationes breui
5 manu factæ censeantur, quia singulæ † permutationes singulas prouisiones recipiūt. *Rot. decis. 402. & 863. in antiq.* Et ita fuit tentum die 20 Aprilis 1551. coram dom. Guidopono in vna Cameracen. canonicatus & præbendæ.

PORRECTIO.

SVMMARIVM.

1 *Supplicationis porrectio, quomodo probetur.*

DECISIO CCCXXVI. seu I.

1 POrrectio supplicationis ad signandum, quomodo † probetur. Vide quid dictum fuerit in vna Tolletan. portionis. Lunæ 28. Nou. 1552. corā episcopo Montisflasconē.

POSITIONES ET ARTICVLI.

SVMMARIA.

1 *Positionibus ad caussam non facientibus, non tenetur quis respondere.*

2 *Positiones non dicuntur facere ad caussam, quando dispositiue non fuit concepta.*

3 *Positiones captiosæ quæ dicantur.*

4 *Positionibus respondere quis non cogitur, quando detegeret turpitudinē suam, si illas fateretur.*

5 *Positioni criminosæ quis non tenetur respondere.*

DECISIO CCCXXVII. seu I.

POsitionibus ad caussam nō facientibus, non † tenetur respondere Archiepiscopus Beneuentanus. Nam agebat Comes Christophorus Cacciagueria contra Archiepiscōpū, vt sibi responderet de fructib. Archipresbyteratus Clusini, quos Archiepiscopus perceperat, & positio erat concepta hoc modo videlicet, An Archiepiscopus simulate, & nudo nomine, sine aliquo commodo, & onere Archipresbyteratum obtinuerit, & detineat? Et propterea non facit ad caussam, quia non erat † dispositiue concepta. *Rot. decis. 3. de sequest. poss. & fruct. num. 2. in nou.* Erant etiam captiosæ, † quia ex responsione affirmatiua vel negatiua sibi præiudicasset. Nam si illas fateretur, detegeret turpitudinem suam, si illas negaret, esset periurus, quo casu nemo † cogendus est ad respondendum. *Lanfran. in c. quoniam contra, in verbo, responsionib. num. 11. vers. septima regula. de proba.* & quia sunt criminosæ, quia quotiescunque responderet eis, ex responsione apparet de confidentia, & sic de delicto simoniæ: & regulare est neminem teneri respondere criminosæ † positioni, quando respondendo detegeret turpitudinem suam. *Bald. in l. 2. §. quod obseruare. C. de iur. calu. Lanfran. vbi sup. num. 13. Fely. in c. cum caussam col. 6. vers. in ea glo. de testibus.* Et ideo fuit tentum, quod dictis positionibus non esset respondendum, die 29. Aprilis 1551. coram dom. Baten. in vna Clusina fructuum.

POSSESSIO.

SVMMARIA.

1 *Possessio spoliati, an probetur per verba ènuntiatiua instrumenti inter alios.*

2 *Enuntiatio occupationis an sit necessaria.*

3 *Verba enuntiatiua an probent.*

4 *Verba enuntiatiua in confuso, & generaliter prolata, non probant.*

5 *Probatio debet de necessitate concludere.*

6 *Primum extremum in spolio est plene probandū.*

7 *Confessio geminata non dicitur, quamuis pluries idem fuerit in instrumento repetitum.*

8 *Fel. in c. si cautio. nu. 44. de fid. instr. reprobatur.*

DECISIO CCCXXVIII. seu I.

POssessio spoliati non † probatur per verba enuntiatiua instrumenti inter alios, quæ tunc demum probant inter contrahentes, si narrata sunt necessaria ad actum qui agitur. *Anton. de Butr. Abb. & alii in c. illud de præsum. Dec. in consi. 26. Aym. consi. 174.* & enuntiatio † occupationis non erat

necessaris ad actum cessionis, quæ sine
ea fieri poterat. Præterea quando agitur
principaliter super eo, quod enunti atur,
prout fit in casu nostro, de probanda scili
3 cet possessione, tunc verba † enuntiatiua
non probant, præsertim inter alios *Felyn in
c. si cū. not. 2. de præsumt. Dec. consilio 310. colum. fi.
& in consil. 51 colum. 2. Ruin. consil. 157. nume 25.
lib. 1 Aymo. consi. 29. colum. 2.* Et quia verba e-
nuntiatiua nimis generaliter prolata sunt,
non designatis bonis occupatis, nec præci-
4 se, respectu eiusdem Lucæ, & verba † enun-
tiatiua in confuso, & generaliter prolata,
non probant, *vt post alios concludit Aymo d. con-
5 sil 29. colum 2. vers. & illud est*, & probatio † de-
bet de necessitate concludere, *c. in præsentia,
6 de probat.* Et in spolio primum † extremum
debet plene probari. *Afflict. decisi. 364. Sarnen.
in reg. de infirm. q. 36.* Et ita tenuerūt Domini,
proponente D. Chillanen. in vna Bononiē.
bonorum de Lupatis, die 4. Martii 1552. &
dicta decisio post plures positiones, fuit cō-
firmata die 29. Apr. d. anni præfata ex rati-
7 one, quia agitur † de probādo primū extre-
mū, quod plene debet ꝓbari, nec erat cō-
fessio geminata, quamuis pluries fuissent
dicta verba prolata in dicto instramento,
nam plures habentur pro vna confessione.
*Dec. in l. ex his num. 10. C. de milit test. Vitalin. de
Gambell in tract. de clausul. de verbis enuntiatiuis
in contractibus, in fi. Ias. cons. 36. volum 3.* Quam-
8 uis contrarium † tenuerit Felyn. *in c. si cautio.
sub nu. 44. ibi, sed vbi verba scribētur, de fid. instr.*
Nec obstat iuramentum appositum super
contractu, quia sicut non probant verba e-
nuntiatiua. Ita non probant stante adhuc
iuramento. *Dec. in d. l. ex his. limit. 6. nu. 30. C. de
milit. testam.*

SVMMARIVM.

1 *Possessio seu quasi legitimitatis ad effectum conse-
quendi alimenta, quomodo probetur.*

DECISIO CCCXXIX. seu 2.

POssessio seu quasi legitimitatis probata
1 † est, ad effectum consequendi alimēta,
si testes dicant d. Mariam tractari, & repu-
tari a patre, & ab aliis, vt filiam legitimam &
naturalem. *Alciat. de præsumt. reg. 3 præsumt. 38.
vers fin.* Et ita fuit tentum in vna Romana
status, coram D. Chillanen. die 3. Iunii 1552.
Vide supra in verbo, legitimitatis quasi possessio.

SVMMARIA.

1 *Possessio seu quasi percipiendi pensiones, non pro-
batur ex solutione facta metu censurarum.*
2 *Conditionalis cedula depositi nō purificata, nihil
ponit in esse.*
3 *Confessio procuratoris potest per principalem re-
uocari tanquam erronea.*

DECISIO CCCXXX. seu 3.

POssessio seu quasi percipiendi pēsiones
non † probatur ex solutionibus factis no- 1
mine Reuerendiss. N. cum protestatione,
quod soluit metu censurarū & animo repe-
tendi, & non alias, & ꝙ per illas non inten-
dit, vt acquiratur ius aduersario. *Bart. in l. 1.
C. de his qui sponte ciuil. mun. suscipi lib. 10. Rom.
consi. 252. in vltimo dubio Dec. consi. 219. nu. 4. Bel-
lenc. in tract. de carit. subsid. q. 6.* Nec obstat de-
positum factum per cedulam bancariam,
quia illa cedula est † conditionalis, quæ cō- 2
ditio non fuit purificata, ergo nihil ponit in
esse, *l. qui hered. ff. de cond. & demonstr.* Cōfessi-
ones aūt factæ per procuratorem absente
Cardinali tanquam erroneæ fuerunt † re- 3
uocatæ, quod fieri potuit. *Rota decisio. 2. de
confess. in antiq. Ant. & Imol. in capi. olim. el terzo.
de restit. spolia.* Et ita tentum fuit die 14 Octo-
bris 1552. coram Domino Reomano in vna
Mediolanen. pensionis.

SVMMARIA.

1 *Possessio seu quasi exigendi pensionem, an probe-
tur per libros mercatorum.*
2 *Libri mercator. pro tertio contra tertiū non pro-
bant, & nu. 3.*
4 *Solutio facta metu censurarum, non constituit
quem in quasi possessione exigendi.*

DECISIO CCCXXXI. seu 4.

POssessio seu quasi exigendi pensiones a
Cardinale N. non probatur † per libros 1
mercatorum, quia libri † mercatorum pro 2
tertio contra tertium non probant. *Iaso in
repetit. l. admonendi, num. 133. & si que. de iureiur.
& Felyn. in cap 2. num 3. & sequen. de fid instrum.*
Et ita fuit tentum die 16. Nouembris 1552.
coram Domino Reomano in vna Medio-
lanen. pensionis. Præterea die 2. Decembr.
dicti anni, fuit etiam tentum, ꝙ libri † mer- 3
catorum pro tertio, contra tertiū non pro-
bant, & fuit additus Aym. *in tract. de antiqu.
temp parte prima, n 240.* Et propterea non ꝓ-
batur dicta quasi possessio, prout nō proba-
tur ex quodam instrumēto solutionis, quia
se referebat ad depositum factum, ꝙ tamen
erat factum cum protestatione, quod metu
censurarū, & mandati exsecutiui: & solutio
facta metu censurarū non † constituit quem 4
in quasi possessione percipiendi. *Ioan. And.
& Anton. in c. dilectus, de eo quod met. caus. Imol.
in cap. cum clim. de restit spol. Gig. de pensio. quæst.
36.* Et sic tollitur quasi possessio percipiendi
narrata in supplicatione, quæ habet clausu-
lam, sine retardatione pensionis.

SVMMARIA.

1 *Possessorium adipiscendæ non datur contra paci-
ficum possessorem post 30. annos.*
2 *Interdictum, quorum bonorum, tollitur spatio
30. annorum, sicut petitio hereditatis.*
3 *Actio omnis tollitur regulariter spatio 30. an-
norum.*

4 *Præscriptio 30. annorum currit tam contra scientem, quam contra ignorantem.*
5 *P[illegible] 30. annorum si non est pacifica, an detur p[illegible] [illegible]orum adipiscendæ.*

DECISIO CCCXXXII. seu 5.

POssessorium adipiscendæ post 30. annos
1 contra pacificum possessorem non † datur, quod interdictum quorum bonorum,
2 tollitur† spatio 30. annorum, sicut petitio hereditatis. *C. de pet. hered. glo. Bar & alii in l. 1.*
3 *ff. quorum bonorum.* Et est regulare quod † cursu tanti temporis tollatur omnis actio, *l. sicut. l. omnes C. de præscript. triginta annorum.*
4 Quæ præscriptio † currit tam contra sciētem, quam contra ignorantem, *l. final. C. de long. temp. præscript. Parisius consil. 7. colum. pen. lib. 1.* Si autem possessio illorum triginta annorum fuisset litigiosa, & sic non pacifica,
5 tunc aliud † esset dicendum, *vt per Barto. in l. filiam. ad Trebel. Deci. consil. 424. colum. vltim. & consi. 462.* Et ita fuit tentum die 25. Nouemb. 1552. coram Domino Reomano.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis an sit restituibilis.*

DECISIO CCCXXXIII. seu 6.

POssessio instrumentalis capta per Gre-
1 gorium Valaguer non † est restituibilis, quoniam possessio erat plena in personam Bernardi, qui continuabat illam per mediam personam Antonii, quo non expulso non potest dici alium acquisiuisse possessionem, vt illius detur in hoc remedio restitutio, *l. colonus, vbi Alexand & alii ff. de acquir. possessio. Decius consilio 103. num. 1. versic. sed prædictis. Non obstan. Assiu l. decis. 325.* Et ita fuit tentum die 19. Decēbris 1552. coram Domino Reomano, in vna Toletan. parochiali de Marcor.

SVMMARIA.

1 *Possessio instrumentalis quando est restituibilis.*
2 *Possessio secunda præsumitur clandestina, & quare, nu. 3.*
4 *Spoliare non dicitur continuans possessionē suā.*
5 *Exceptio anterioris spolii quando obstet.*
6 *Possessio instrumentalis est restituibilis de stylo Rotæ, quando beneficium vacat de iure, & de facto.*
7 *Possessionis continuatio nomine rectoris beneficii requiritur.*
8 *Citatio Capellani positi a primo possessore requiritur, vt secunda possessio vocat.*

DECISIO CCCXXXIV. seu 7.

POssessio fratris secundi capta alio prius existente in possessione, licet probetur
1 per instrumentum, tamen non est restituibilis, nisi † doceat de continuatione illius, attento quod Bartholomæus per diem ante vigorē suæ gratiæ Apostolicæ, ingressus
2 est possessionem vacuam. Ratio est, quia secunda possessio præsumitur clandestina, postquam primus possessor rediens possessionem † suam continuauit, *argument. text. in l. clam possidere. § qui ad nundinas, l. [illegible] § si quis nunciet. ff. de acquir. poss[illegible].* Nam qui conti- 3
nuat † suam possessionem, non dicitur spoliare. *Rot. decis. 11. de restit spolia. alias 259 in [illegible].* 4
Quæ possessio præsumitur continuatiua, & non spoliatiua, *secundum Bart. in l. C[illegible] 20. vers. quando dicitur continuata possessio [illegible] vsucap. Abb. in cap item cum quis, num. 4 de restitut spol. Lanfr in cap. quoniam contra [illegible] [illegible]um depositiones, vers. 3 venit prob. an[illegible] 162. & 166 de probat.* Et supposito quod esset probata continuatio possessionis instrumentalis captæ postea per fratrem secun- 5
dum obstaret exceptio † anterioris spolii, *cap. fin. de ord cogn. cap. 1. de restitut. spol. in 6.* Et illa possessio, quæ est capta quando beneficium vacat de iure, & de facto, licet sit in- 6
strumentalis est tamen restituibilis † de stylo Rotæ. *Rota decis. 21 de restit spol in an[illegible] & decisio. 8. eod. titu. in antiquioribus Lusignett. C[illegible] [illegible] ad. de præben. decis. 20. in fin.* Et sic sequitur dictam possessionem fratris secundi non esse restituibilem, licet de ea constet per instrumentum, cum capta fuerit per diem postquam Bartolomæus fuerat ingressus possessionem ipsam vacantem. Et ita fuit tentum in vna Alexandrina Præpositura die 10. Februarii 1552. coram Domino Augustino. Verum quia frater secūdus etiam allegabat continuationem suæ possessionis, quam cæperat die 7. Maii 154[illegible]. & die 22. eiusdem posuit Capellanum ad inseruiendum dictæ ecclesiæ per quem actum prætendebat continuasse possessionem ad effectum, vt restitui posset. Et ex aduerso replicabatur, quod dicta prætensa deputatio non habuit effectum, & facta fuit inscio Bartolomæo primo possessore, dubitatum fuit an constaret de continuatione possessionis fratris secundi: Et Domini die 25. Februar. 1552. coram eodem Domino Augustino tenuerunt non constare de continuatione possessionis fratris secundi, quia non pro- 7
batur Capellanum illum inseruisse † ecclesiæ, & possessionem nomine fratris secundi continuasse. Nec fuit citatus Capellanus positus a Bartolomæo primo possessore, vt 8
† requirebatur. *Decius consil. 103. num. 1. versic. sed prædictis non obstan. Assiicl. decis. 32[illegible].* Vide in libro Antoni. Augustin. anni 1552. *fol. 68.*

SVMMARIA.

1 *Mandatum ad capiendum possessionem in vna Diœcesi non extenditur ad capiendum in alia.*
2 *Mandatum est stricti iuris.*
3 *Restitutio possessionis quando denegetur.*

Deci-

Decisio CCCxxxv. seu 8.

POssessio capta per procuratorem constitutũ ad acceptandum, & capiendum possessionẽ beneficiorũ in diœcesibus Mediolanen. & Cassalen. vigore reseruationis,
1 non est bona: Nam non potuit † capere possessionem dicti mandati vigore beneficii vacantis in diœcesi Alexandrina, quia mã-
2 datum † est stricti iuris, & non extenditur de vna diœcesi ad aliam. *Rot. decis. 13. de procur. cap qui ad agendum, eod. titul. lib. 6.* Et capta per talem procuratorem possessio, non ꝓdest Domino, *decisio. 150. in nou. alias 9. de restitut spol.* Quia non constat de aliqua ratificatione Domini, antequam alius possessionem dicti beneficii cepisset, adeo vt si spo-
3 liaretur, eidem restitutio concedi non † debeat. *Corn. consil. 100. volum. 1. Anton. in ca. cum venisset, in fin. de restit. spoliat. vbi etiam Ab. col. 1. versi. not. ex fin.* Et ita fuit tentum die 28. Martii in vna Alexandrina Præpositura, coram D. Augustino de anno 1552.

SVMMARIVM.

1 Manuteneri ille debet in possessione, qui probat de titulo, quando alius etiam possidere prætẽdit.

Decisio CCCxxxvi. seu 9.

POssidere duo prætendebant eodem tẽpore, & vnusquisque petebat se in possessione manuteneri, fuit dictum, quod ille est in possessione manutenendus qui pro-
1 bat † possessionem cum titulo. *l. si duo ff. vti. possid.* Et ita tentum die 1. April. 1552. coram Domino Augustino in vna Perusina beneficii de Mastino.

SVMMARIA.

1 Possessio seu quasi iurispatronatus seu præsentandi, ex quibus non dicatur acquisita.

2 Possessionem seu quasi præsentandi dicuntur illi habere, qui ostendunt sententiam & rem iudicatã effectuatam, maxime quando aliquis nõ est in possessione intrusus, nu. 3.

4 Sententiam habens potest omnia illa exercere, quæ ad possessionem attinent, si alius non possidet.

5 Possessionem includit proprietas, quæ per sententiam adiudicatur.

6 Quasi possessio præsentandi inducitur per vnam solam præsentationem cum bona fide.

Decisio CCCxxxvii. seu 10.

POssessio seu quasi iurispatronatus, & ꝓ-
1 sentandi, nõ dicitur † acquisita per præstationem consensus illorum de Quiga, stãtibus præsentationibus factis per illos de Quirones, *iuxta notata per Bal. consil. 33. in fi. in 3. vol. & Curtium in tracta. de iur. patro in versic. competens nu. 36.* Sed bene quæsita fuit quasi possessio præsentãdi per illos de Quirones,
2 qui habent sententiam, † & rem iudicatam effectuatam. *Scriben. in c. transmissa. de elect.* Et præsertim quando † non reperitur aliquis 3
in possessione intrusus. *Abb. ibi col. 3. Aret. & Fely. in c. fi. de iudic.* Nam potest ille, qui habet sententiam, quando alius non possidet, omnia † illa exercere, quæ ad possessionem 4
pertinent. *Abb. in d. c. transmissa.* Nam proprietas, quæ per sententiam declaratur, in- 5
cludit in se possessionem, *c. cũ dilectus, de caus. poss. & propriet.* Accedat, quod iidẽ de Quirones habent duas præsentationes effectuatas, per quas quasi possessio præsentandi quæritur. Imo per vnam † solam cum bona 6
fide. *Curt. in d. tract. de iur. patro. in ver. competẽs, nu. 38. Dec. consil. 111. & 126.* Et ita fuit tentum die 23. Maii 1552. corã Domino Augustini in vna Astoricen. parochialis Oximenes.

SVMMARIVM.

1 Possessio seu quasi præsentandi, quæ requisita habere debeat.

Decisio CCCxxxviii. seu 11.

POssessio seu quasi præsentandi ad beneficium iurispatronatus, ad hoc vt acquiratur, & probetur, debet habere omnia † re- 1
quisita posita per Cald. *in consi. 12. de iure patr. quod consilium seruat Rota.* Et ita fuit tentum in vna Illerden. parochiali de Alozor, *19.* Octob. 1551. coram Domino Augustino, *vt in eius lib. fol. 112.* Et vide supra *in vers. iuspatronatus, vers. Iurispatronatus quasi possessio.*

SVMMARIA.

1 Possessio seu quasi præsentandi ex quib. probetur.

2 Testes vt probent immemorabile, debẽt deponere de visu per 40. annos.

Decisio CCCxxxix. seu 12.

POssessio seu quasi iurispatronatus non fuit probata per testes examinatos per illos de Suerga, quia testes † non depone- 1
bant, quod illi de Suerga bona fide ꝑsentauerint, & quod præsentatio fuerit admissa, & confirmata, & secuta ꝑinstitutio, 3. quod ꝑsentatus, & institutus pro tali habitus fuerit. 4. quod ille in cuius præiudicium quasi possessio iurispatronatus acquiritur, hoc sciat, & patiatur, *vt voluit Cald. consil. 12. de iur. patron. quod seruat passim Rota, & voluit Rocc. in versic. competens, quæst. 14. num. 28. & Deci. consil. 112. & 126.* Præterea neque immemorabilis quasi possessio probatur per testes, eo quia non deponunt de visu per 40. annos vt re- 2
quirit, *gloss. in cap. 1. de præscript. in 6. quam seruat Rota.* Et ita fuit tentum in vna Astoricen. parochiali, coram Domino Augustino die 10. Iunii 1552.

SVMMARIVM.

1 Possessio continuata pluribus annis per antecessorem, potest per successorem declarari.

Decisio CCCxl. seu 13.

POssessio cõtinuata plurib. annis per antecessorem, pôt per successorem decla-

rari. *Bald. in repert. l. Celsus, in quaest. 4. princ. nu. 6 versi. amplia. ff. de vsucap. vbi post Bart. in l. Pomponius, § final. ff. de acquir. poss. dicit.* Quod per successorem singularem vel vniuersalē allegari potest, quod fuit cōtinuata possessio sui auctoris vel defuncti, qui possedit vsque ad mortem. Et ita tentum fuit die 24. Apr. 1551. corā Domino Augustino in vna Leodien. Prioratus Sancti Seuerini.

SVMMARIA.

1 *Possessorii caussa est magni praeiudicii de stylo Rotae.*

2 *Bartoli doctrina in l. 4. § ait praetor. ff. de damno infecto, non seruatur per Rotam.*

Decisio CCCXLI. seu 41.

1 POssessorii caussa non est leuis praeiudicii, sed magni † de stylo Rotae, ita vt requiratur sententia cum citatione partis personaliter. *Rota decisio 48. & 396 in antiq. Felyn. in cap. ad petitionem. colum. fin. de accus. Dec. consi. 46 num. 25. & in terminis Anton. de Butr. in cap. fi. de eo. qui mitt. in poss. grad. rei ser. nec seruat Rota*
2 *opinionem Bart.* † *in l. 4 § praetor ait. ff. de dam. infect.* Quando scitur, vbi sit principalis: secus est si esset vagabūdus, vel nesciretur, in quo loco esset, tunc sufficeret citatio eo modo, quo dicitur per Barto. & sententia aliter lata est nulla. Et ita fuit tentum die 3. Nouembris 1554. in vna Romana bonorum de Zambeccariis coram D. Oradino.

SVMMARIA.

1 *Immittendus quando sit legitimatus in possessione bonorum patris etiam feudalium, & numer. 2.*

3 *Legitimitatis defectus an sit ante omnia disputandus.*

4 *Exceptiones notoriae sunt ante omnia disputandae, non autem illae, quae altiorem requirunt indaginem. Nam in petitorio reseruātur.*

5 *Exceptio, tu non es legitimus, respicit petitorium.*

6 *Spurii sunt capaces possessionis.*

Decisio CCCXLII. seu 15.

IN possessione immittendus est Comes Romeus vigore, *l. fina. C. de edic. diui Adria.*
1 *tollen.* Quia est filius, † & legitimatus, institutus in testamento, & a patre ita nominatus, & hoc etiam in bonis feudalibus. *Alexand. in d. l. fin. nu. 25. Afflict. decis. 129.* Et est ratio, quia in hoc remedio docetur semper de ti-
2 tulo quasi apparenter, & sufficit † etiam in beneficialibus, pro adipiscēda possessione, nedum in iurisdictionalibus. *Abb. in ca. cum olim. colum. fin. de cau. poss. & propriet.* Nec obstāt exceptiones oppositae, videlicet, quod
3 defectus legitimitatis † sit ante omnia disputandus. *Paris. consi. 11. in prin. & nu. 10. lib. 2. Grat. consil. 140. num. 30. lib. 1. Ruin. consil. 28. nu. 11. lib. 5. Gozad. consi. 21. nu. 28.* Quia loquuntur † in exceptionibus notoriis, & non in re- 4
quirentibus altiorem indaginem, quae in petitorio videndae sunt, in quo iudicio reseruantur. *Gozad. consil. 6. num. 86. & seq. & consi. 7. num. 20. Mar. iun. consil. 97. num. 46. & seq. lib. 2. Ruinus consi. 87. in fin. lib. 3.* Nec obstat ista exceptio, tu non es legitimus, quia † respicit 5
petitorium. *AEgid. decis. 491.* Ideo non est admittenda in possessorio, quia spurii † sunt 6
capaces possessionis. *Paris. consi. 96. nu 4. lib 4.* Et ita fuit tentum die 3. Decembris 1554. in vna Bononien. bonorum de Pepulis, coram Augustino.

SVMMARIA.

1 *Quasi possessio exigendi census, ex quibus fuerit probata.*

2 *Possessio probatur per testes singulares, dummodo sint contestes in generalitate, maxime in antiquis, num. 3.*

Decisio CCCXLIII. seu 16.

POssessio seu quasi exigendi census probatur per † Reuerēdissimum dominum 1
Cardinalem Neapolitanum deponentem, quod in principio, cum ipse esset factus Archiepiscopus Theatinus, exegit censum a dom. Abbate S. Viti & Salui, & illius procuratoribus accedentibus aliis adminiculis, videlicet depositione vnius testis, qui vidit soluere a quodam negotiorum gestore Abbatis, & alterius, qui fuit cum Marco exactore dicti Archiepiscopatus, ad exigēdum ex caussa census dictae domus. Et hoc dummodo Cardinalis Neapolitanus qui fuit Archiepiscopus Theatinus, non haberet aliquod interesse in caussa. Accedat etiam quod possessio † probatur per testes singu- 2
lares, dummodo sint contestes in generalitate, *l. ob carmen. §. fin. in glo. in vers. assistat. ff. de test. Felyn. in cap. licet ex quadam. de testam.* Tanto magis, quia sumus in † antiquis, sed quia 3
domi. Reuerendissimus dicebat, quod ipse mediante curia exegerat: Ideo Domini dixerunt, quod Reuerendissimus Maffen. Archiepiscopus Theatinus deberet producere illa acta, si possibile esset vt res clarior redderetur. Et ita fuit tentum in vna Theatina census coram Domino Prospero die 21. Maii 1551.

SVMMARIA.

1 *Possessio capta etiam per patrem alicuius sine mādato & sine ratificatione nihil valet.*

2 *Coniunctus admittitur pro coniuncto sine mandato aliquādo. Limita quo ad faciendum aliquē incidere in delictum, nu 3.*

4 *Spolii actio non competit illi, cuius nomine fuit capta possessio sine mandato, & ratificatione.*

Decisio CCCXLIV. seu 17.

POssessio capta per patrem, & fratrem Roderici, de ecclesia parochiali de Cōgesto,

gesto, sine mādato, & sine ratificatione, ni-
1 hil † valet, & licet coniunctæ psonæ admit-
2 tantur † sine mandato aliquando, non tamē hoc procedit ad faciendum aliquem inci-
3 dere in † delictum, cum Rodericus ex illa possessione spoliasset Michaelem, sicut nec ei competeret interdictum. Vnde si esset spoliatus amicus qui cœperat possessionē nomine suo, nisi constaret de eius manda-
4 to vel ratificatione, non competeret spolii actio, nec daretur restitutio. *Rot. decis. 150. in nou.* Et ita fuit tētum coram Domino Chissanen. in vna Astoricen. parochialis de Cōgesto die 25. Maii 1551.

SVMMARIA.

1 *Immittendus non est in possessionem ille, qui obtinuit subrogationem in euentum litis ex iure & possessione defuncti.*
2 *Lis dicitur penitus exstincta morte naturali.*
3 *Subrogatio dicitur subreptitia, quando valor in ea expressus non fuit verificatus.*
4 *Titulum non habens, audiendus non est in interdicto adipiscendæ.*
5 *Exceptio proprietatis admittitur in iudicio adipiscendæ.*
6 *Immitti in possessionem beneficii quis non debet, nisi cum bono titulo.*

DECISIO CCCXLV. seu 18.

1 IN possessionem non † est immittendus Zapata, qui obtinuit subrogationem in euentum litis ex iure & possessione defun-
2 cti, quia lis † defuncti fuit penitus exstincta morte naturali. *Cassad. decis. 3. vt lit. pend.* Et
3 subrogatio erat subreptitia, quia valor in ea expressus non fuit verificatus *Card. consil. 31. col. 2. vers. sed contrarium. Fely. in c. ad aures, col. 3. versi. 2. conclus. de rescript. Ioan. de Sylua. in tract. de benefic. q. 12. in 3. par. colum. 3.* Et ille qui non habet titulum in interdicto adipiscendæ
4 audiri † non debet. *Mil. in versicu. possessorio*
5 *adipiscendæ.* Et quia exceptio † proprietatis admittitur, in iudicio adipiscendæ. *capit. post electionem, de concess. prabend. l. si de vi. ff. de iudic.* Et quia constat de non bono titulo
6 Zappatæ, & quis non debet immitti in possessionem beneficii, nisi cum bono titulo, *capit. 1. de re. iur. in 6.* Nec iudex in delicto præstat auctoritatem. *Ægid decis. 101.* Et ita tētum corā Domino Vestano die 21. Maii 1551. in vna Arbonens.

SVMMARIA.

1 *Interdictum adipiscendæ datur pro qualibet possessione, quam obtinet ille. in cuius locū quis surrogatur, etiamsi fuisset detentatio.*
2 *Titulus qui anteponendus sit alii?*
3 *Circuitus inutilis est vitandus.*
4 *Intellectus ad l. fi. C. de edicto diui Adria.*
5 *Iudicatur iuxta formam supplicationis in possessorio.*

DECISIO CCCXLVI. seu 19.

IN possessione immittendus est Zapata vigore gratiæ, si neutri, postea quam auctor suus decessit in possessione, & ipse fuit surrogatus, etiam quoad possessionem, in sua gratia, si neutri iam iustificata, cum interdictum adipiscendæ detur † pro qualibet pos- 1
sessione, quam obtinet ille, in cuius locum quis surrogatur, etiam si fuisset detentatio. *gloss. in l. final. in versicul. fuerint. C. de edict. diui. Adr. toll. & ibi Alexand. num 22. in fi. & Iason col. 8 in fin. & ibi Zuccar nu. 308.* Nec dictā immissionem possunt impedire quidam venientes ex mandatis de prouidendo, tanquam veniētes cum pari titulo, & ppterea quod sint legitimi contradictores: quia illorum titulus † non est talis, qui anteponē- 2
dus sit titulo Zappatæ, & sic circuitus † in- 3
vtilis, vitādus est, declarat ita Zucar. *post alios in d. l. fin. numer. 337. versic. & etiam aduerte,* quæ *l. fin.* procedit † etiam contra possidentem, qui non potest immissionē impedire, nisi 4
adducat talem titulum, per quem in dicta immissione obtinere possit, *l. 1. ff de appellat. recip. Zucar. in d. l. fina. num. 346. versicul. 2.* est aduertendum. Et aduersarii cum haberent mandata conditionalia in diœceses per eos eligendas. *Bartol. in l. si tu. in fin. ff. de acqui. hered.* Ideo cum ante purificationem conditionalem, prouisum sit Zappatæ, ipsi aduersarii non possunt aliquid prætendere, *clemen. 1. de conces. prabend. capit. si propter. de rescript. 6.* Nec obstat si dicatur, non esse expeditas literas, quia in possessoriis iudicatur † iuxta formam supplicationis. *Cassador. de caus. poss. & propriet. decisio. 4 nume. 4. Sarnen. de non iud. iuxta formam supplicat. quæstio. 5.* Nec obstat deci. facta in hac eadem caussa sub die 25. Maii 1551. Quia tunc non erat iustificatus titulus Zappatæ, nec inualiditas titulorum prætendentium impedire immissionem, erat detecta, prout nūc fuit detecta. Et ita est tentum die 8. Iunii 1551. coram Domino Vestano, in vna Arboren. Archipresbyteratus. Quod pariter fuit confirmatum in dicta caussa die prima Iulii 1551. corā eodem: videlicet, quod Zappata esset immittendus in possessionē vigore gratiæ, si neutri, quia ius, vigore cuius veniat Hieronymus, non fuit iustificatum, & non poterat in hac instantia iustificari, quia iam pronūtiatum erat, sed in alia instantia forsan iustificari poterit. 5

SVMMARIA.

1 *Manutenendus est in possessionem in ea immissus legitime, etiā quod alius fuerit spoliatus, & esset restituendus.*
2 *Possessione sua non est quis orbandus sine citatione.*

3 *Spoliatus an dicatur legitimus contradictor.*

DECISIO CCCXLVII. seu 20.

IN possessionem hereditatis, & bonorum immissus a iudice tanquam heres ex testamento defuncti vigore, *l. fin. C. de edic. diui. Adrian. toll. & vigore statuti Romani in lib. 1. ca. 18.* manutenendus † est, etiam quod alius
1 fuerit spoliatus, & esset restituendus: & hoc
2 quoniam non † est a possessione quis amouendus sine citatione, etiam si illius possessio nulliter data foret, per cautelam positã a *Iasone in d. l. fin. colum. 5. nu. 18. versi. nota tamen, quod si licentia, & decis. ibi. num. 44. per notata per Imol. & Alex. in l. si finita in princip. col final. de*
3 *damno infect.* Nec † spoliatus dicitur legitimus contradictor, quia nullum titulum habebat a testatore, licet possessionem postea occupauerit. *Dec. in d. l. fin nu. 42. & clarius consil. 424. nu. 7. & 14. & n. 18.* Vbi loquitur in fortiorib. terminis, quia ille, qui prætendebat se possidere, titulum ostendebat, & reliqua. Et ita fuit tentũ in vna Romana hereditatis coram D. Capisucco, die 29. Maii 1551. Reliqua vide infra in verbo, spolium, *vers.* spoliatus licet regulariter sit restituendus.

SVMMARIVM.

1 *Possessio triennalis quomodo probetur.*

DECISIO CCCXLVIII. seu 21.

1 POssessio triennalis † probatur per vnum testem, qui deponit vidisse per septem annos, ante annum 1540. colligere fructus singulorum annorum nomine Petri Iusti, tanquam Præpositi, & possessoris Præpositturæ Aquilanæ. Et ita vidit teneri, & reputari dictum Petrum Iustum, & per alios duos testes deponentes de publica voce, & fama possessionis d. Petri Iusti. *Ancha. consi. 42. prope finem. Fely in cap. veniens. il. 1. col. 6. nu. 16. vers. scias etiam extra. de testib. Rot. decisio. 8. de restit. spol. in nou.* Et ita fuit tentum die 15. Iunii 1551. coram Domino Augustino in vna Aquilana Præpositturæ.

SVMMARIVM.

1 *Possessionem cõsequi non debet ille, qui non obseruauit transactionem, nec potest alium impedire, quin immittatur in possess. Ratio est, quia non est legitimus contradictor, nu 2.*

DECISIO CCCXLIX. seu 22.

1 IN possessionem non † est immittendus ille, cui obstat exceptio inobseruantiæ trãsactionis, nec potest alium impedire, quin immittatur in possessionem vigore, *l. final.*
2 *C. de edic. diui. Adriani toll.* Quia non † est legitimus contradictor. Ita tẽtum fuit die 18. Decembr. 1551. in caussa Romana hereditatis. & bonorum, coram Domino Fabio, *vt in eius libro fol. 234.*

SVMMARIA.

1 *Conuictus non est reus in claris.*
2 *Constare de vtroq; extremo quo pacto dicatur.*
3 *Possessio anterior quando non sit attendenda.*
4 *Mandatum non præsumitur etiam per mille annos.*
5 *Ratificatio facta a post, in casu de quo hic, nõ valet.*
6 *Possessio quando per fratrem non dicatur acquisita fratribus.*

DECISIO CCCL. seu 23.

POssessio hereditatis pacificæ de Polionibus matris Sertorii fuit acquisita, prius a Sertorio quam per fratres seu religiosos S. Trinitatis, nam post obitum pacificæ, & delatum cadauer ad ecclesiam, Sertorius cœpit possessionem, fratres vero delato funere, adiuerunt iudicem pro obtinendo decreto immissionis in possessionem, & illud obtinuerunt Sertorio non citato, & demũ per exsecutores ipsius iudicis, fuerunt fratres immissi in possessionem domus, in qua exsistebat Sertorius, illum eiiciendo, & sic patet clare de anteriori possessione Sertorii, & cum in claris † non sit locus coniectu- 1
ris, *l. si alii. ff de vsufru. leg. l. continuus, §. cum ita. ff. de verborum obligatio.* Satis constat de vtroque † extremo Sertorii, requisito in possef- 2
sorio recuperãdæ, quare venit restituẽdus, *capitul. in literis, de restitut. spoliato. capit. l. reintegranda. tertia, quæstione prima. Soz. in l. rem qua nobis. ff. de acquirend. possessio.* Præterea, licet possessio obtenta per fratres mandato iudicis in personam fratris Francisci asserti procuratoris dictorum fratrum, fuisset anterior possessione Sertorii, adhuc non † est 3
attendenda, cum non constet, quod frater Franciscus esset procurator correctoris, & fratrum sanctissimæ Trinitatis, nec mandatum † præsumitur etiam per mille annos. 4
Baldus in l secunda C si ex falsi. instrum. Felynus in capitul sicut. colum. 16. in fin. & sequen. de re iudic. Nec obstat ratificatio facta per fratres capitulares, quia fuit facta post † possessionem 5
Sertorii per 17. dies, & sic nihil operatur. *Rot. decisio. 250. in nou. Bellam. decisio. 379. Cassa. decisio. 8. de caus. poss. & proprie. Decius consil. 226.* Ideo per dictum fratrem Franciscum, non † fuit quæsita possessio fratribus, *iuxta text.* 6
in l. 1. § per procuratorem. ff. de acquirend. possessio. Quia non constat de mandato illius. Et ita tentũ die 13. Nouembris 1551. coram Domino Capisucco in vna Romana hereditatis, & bonorum.

SVMMARIA.

1 *Heres producens exemplum testamenti extractũ ab eodem Notario a suo originali, debet obtinere in materia l. fin. C. de edict. diui. Adriani.*
2 *Sumtum ex registro Notarii mortui per habentem licentiam transumẽdi, an sufficiat, vt quis possit immitti in possessione ex l. final. C. de edict. d. Adrian.*

3. Tran-

3 *Transumtandi licentiam habens, dicitur subrogatus in locum Notarii mortui.*
4 *Citatio aliqua non requiritur, quando transumtatur instrumentum ab habente facultatem.*
5 *Scriptura bene compulsata, & registrata in alia caussa, etiam in partibus, facit fidem in curia.*
6 *Iura registrata in processu valido inter alios, probant contra eum qui non interuenit in illo iudicio, si producantur.*

DECISIO CCCLI. seu 24.

IN possessione acquirẽda, *ex. l. fin. C. de edict. diui. Adr. toll.* Satis est heredi producere
1 † exemplum extractum ab eodem notario ab originali ipsiusmet notarii rogati. Et ita hodie præsertim in Rota seruatur, vt post alios declarat *Sebast. Sapi. in d. l. fin. colum. 2. versic. prima sit.* Sed maior difficultas est, an sumtum ex registro notarii mortui, per habentem licentiam transumtandi instrumenta illius sufficiat? Et certe dicendum
2 est sufficere: † facta tamen collatione, & auctoritate concessa, vt per Modernos Ferrarien. in repetitione, *d. l. fina. nu. 78.* prout factum fuit in caussa Tiburtina Castri S. Angeli, per Illustriss. D. Camillum Pardum agentem interdicto adipiscendæ contra fiscum, qui produxit testamentum, & licentiam Regiam auctenticam, *secundum Bart. in termin. in l. 1. §. si quis in duobus, ff. de bon. poss. secundum tabu. & in l. si quis ex argentariis, §. 1. in fin. eden. Dec. in l. fina. num. 14.* Et ratio est, quia
3 habens talem licentiam, dicitur † surrogatus in locum illius notarii rogati mortui. *Deci. in auct. si quis in aliquo. colum. 6. in fina. vers. 9 fallit. & ibi Purpu. col. 2. in 3. limita. C. de edẽ.* Et
4 tũc nõ † reqritur aliqua citatio. *Bal. in d. auth. si quis in aliquo. colum. 3. versic. sed hic quaro.* Præterea Domini tenent, quod quando scriptura est bene compulsata, & registrata in alia caussa etiam in partibus, faciat fidem
5 in curia. Vigore Bullæ Innocentianæ, quorum Dominorum obseruantia coadiuuatur ex illa iuris conclusione, quod iura re-
6 gistrata in processu valido inter alios, probat contra eum, qui non interuenit in illo iudicio, si producantur. *Felyn. in cap. quoniam contra. colum. 25. vers. 6. quaro. de proba. Beltran. consi. 131. li. 3. in nou. Purpu. in d. auth. si quis in alinum. 32. fall. 7. C. de eden.* Et ita tentum, quod sufficiat sumtum testamenti bene extractum ad effectum immissionis in possessionem, *iuxta text. in d. l. fina. C. de edict. diui. Adr. toll.* die 18. Decembris 1551. in vna Tiburtina Castri sancti Angeli, corã Domino Capisucco.

SVMMARIVM.

1 *Possessio vel quasi iuris præsentandi non acquiritur in his, quæ sunt meræ facultatis.*

DECISIO CCCLII. seu 25.

POssessio vel quasi iuris præsentandi non † acquiritur in his, quæ sunt meræ facultatis. *Abba. post Innoc. in cap. bona, el. 2. de postula prælat. & in cap. cum ecclesia Sutrina. nume. 25. vers. 2. principaliter, & ibi Ripa. nume. 56 de caus. poss. & propriet. Bar. in l. 1. §. interdicto. ff. de itiner. actuq priuato.* Et ita fuit tentum in vna Burgen. iurispatrona. S. Dorotheæ. coram Domino Fabio Decano, 22. Iunii. 1552. 1

SVMMARIA.

1 *Possessio decennalis tribuit titulum coloratum præsumtiue: intellige prout, nu. 2.*
3 *Decima de iure communi debentur Rectori, & quare.*
4 *Possessio decennalis an tribuit titulum coloratum.*

DECISIO CCCLIII. seu 26.

POssessio decennalis tribuit † titulum coloratum præsumtiue. *Lap. alleg. 89. Cassad. decis. 2. & 3. de caus. poss. & propriet. & per Innoc. Host. Anton. Imol. & alios quos refert. Felyn. in cap. alteri, de testib. & in cap. illud. num. 5. versi. nota. de præsumt.* Hoc tamen † procedit, quãdo ius non resistit vni parti, & alteri, quæ vult ad ipsam decẽnalem possessionem restitui. *arg. tex. in c. ad decimas, de rest. spol. in 6. & c. 1. de præscript. eod. lib. 6.* Et ita fuit decisum in caussa Carthaginen. decimarum, corã Domino Vestano, 16. Nouemb. 1552. vbi D. Petrus præceptor præceptoriæ de Alexan. *qui* possedit decimas in diœces. Carthaginensi per 10. annos, & vltra, & fuit spoliatus a Capitulo, & Episcopo Carthaginẽ. & pbauit vtrunq; extremũ. Agebat n. spolio contra capitulũ & Episcopum, ipsi autem opponebant, illum non esse restituendũ, quia non docebat de titulo colorato, D. Petrus Præceptor allegabat dictã possessionem decẽnalem, replicabatur ei non suffragari, quia cum de iure cõmuni decimæ debeantur † Rectori, ratione sacramentorũ, & curæ animarũ, *c. cum contingat. de decim.* Et D. Petrus nõ sit rector, sed Præceptor præceptoriæ, sancti Iacobi de Spata, ius cõmune resistebat. Et licet allegaret q non resistebat episcopo & capitulo, tamen quia non fuit probatũ, q in diœcesi Carthaginen. cura animarum vniuersalis spectabat ad Episcopũ, & Capitulum. Ideo fuit dictum quod ius cõmune resistebat ita Episcopo & Capitulo, sicut Petro præceptori, & sic possessio † decennalis sua non tribuebat titulũ coloratũ. Et vt videre poteris in li. D. Vestani, anni 1552. f. 267. 1 2 3 4

SVMMARIA.

1 *Possessio triennnalis, requisita ad impositionem sequestri, an debeat esse immediata ante litem motam? & nu. 2.*
3 *Bonifac. de Vital. in clemen. vnica, nume. 44. de*

sequest. poss. & fructuum declaratur.
4 Glossæ intellectus in clem. vnica. de sequest. possess. & fructuum.

Decisio CCCLIV. seu 2.

1 POssessio triennalis, quæ requiritur † ad hoc, vt sequestrum non imponatur cõtra triẽnalem possessorem, *iuxta tex. in clem. vnica de seq. poss. & fruct.* Nõ requiritur, quod sit immediata ante litem motam, sed suffi-
2 cit, † quod esset perfecta per triennium ante litem motam, quandocunque. Nec lis mota, quæ non fuit finita, aliquo modo facit, vt ille, qui fuit triennalis possessor antea, non dicatur etiam hodie triẽnalis ad effectum, *d. clem. vnica.* Alioquin possent multæ fraudes fieri. Præterea illa prima lis mota, quæ aliquando fuit finita, si non habebat priuilegium sequestri pro se, nec põt illud priuilegium alteri secundæ liti tribuere, ex quo semel illa qualitas possessionis pacificæ fuit per triennium radicata, vnde etiam quod illa postmodum deficiat, non admittitur priuilegium propter eam acquisitum, *ex dictis per Bar. in l. 2. in §. fin. de donat. & Dec. in c. cum*
3 *cessante, de appel.* Nec obstat dictum † Bonifa. de Vital. *in d. clem. vnica. nu. 44. & Rebuff de pac. poss.* Quia bene procedit in casu suo, quãdo spoliatus reingressus fuerat suam possessionem, tunc enim dicebatur noua possessio, & ideo requirebatur nouum triennium: nõ sic est in casu nostro, quia ille, qui semel fuit triennalis possessor, non fuit vnquam spoliatus, nec vnquam possessionem amisit, sed semper continuauit, licet per primam
4 litem fuerit interrupta. Nec *gloss.* † *in verbo antea in d. clemen.* habet intellectum restrictiuum ad immediatum triennium, sed tantum voluit declarare, non sufficere pacificam possessionẽ fuisse captam ante litem, & completam post litẽ. Et ita fuit decisum in caussa Corduben. regressus, corã Domino Montisflasconen. 17. Octob. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Possessio tanti temporis cuius initii non est hominum memoria in contrarium, habet vim priuilegii, & legitimi tituli.*

Decisio CCCLV. seu 28.

POssessio tanti temporis, cuius initii non est hominum memoria in contrarium,
1 habet † vim priuilegii, & legitimi tituli, *l. hoc iure, §. iunctus aquæ ff. de aqua quot. & æsti. Alex. cons. 70. colum. 2. versi. si iudicatur, volum. 4. Corn. consil. 268. volum. 4.* Ita dixerunt Domini in vna Spoletana Bonorum coram Decano 3. Iunii 1552.

PRÆBENDA.

SVMMARIA.

1 *Præbẽda annexa rei spirituali, puta Canonicatui, Rectoria, vel alicui dignitati, dicitur spiritualis.*
2 *Laicus potest esse præbendarius præbendæ temporalis, non annexæ rei spirituali.*
3 *Præbenda quando annectitur rei seculari, secularis dicitur.*
4 *Præbendas duas spirituales quis non potest habere, etiam prætextu cuiuslibet consuetudinis iuratæ, num. 5.*
6 *Simonia non committitur ex venditione vnius præbendæ temporalis.*

Decisio CCCLVI. seu 29.

PRæbenda annexa rei spirituali, vt puta Canonicatui, Rectoriæ vel alicui dignitati ecclesiasticæ, spiritualis † dicitur *cap. dilecto, de præbend.* Aut non est annexa rei spirituali, sed stat de per se, & tunc consideratur tanquam res temporalis, & laicus † põt esse præbendarius. *glo. in c. cum M. Ferrar. in versi. receperunt, de constitut. & ibi Innoc. Ioan. Andr. Abb & Dec. nu 31. & Abb & Deci. in c. maioribus, de præbend.* Et quando præbenda annectitur rei seculari, etiam secularis † dicitur, & cõsiderantur fructus illius vt commoditas, quæ ex ipsa percipitur. *Rom. cons. 328.* Et quia ex dictis præbendis potest vna monialis retinere vnam, duas, & tres sine dispensatione. *Roma. d. consil. 328. col. fina.* Et quando est spiritualis, vna non † potest duas præben. habere, *clemen. fina. de præbend. & clem. gratiæ, de rescript.* Etiam prætextu cuiuslibet consuetudinis † iuratæ, vel quantumcũq; tempore obseruatæ, *c. 1. de consuet. lib. 6.* Propterea infertur, quod si vẽdatur vna ex dictis præbendis temporalibus, non † committitur symonia. Et ita fuit tentũ coram Domino Reomano die 4. Apr. 1552. in vna Tullen. pñben. Et die 16. Maii dicti anni, coram eodẽ fuit tentum, quod d. præbendæ sint temporales, quia probatur quod vna monialis plures retinet, & de eis disponit ad libitum absque dispensatione, & voluntate superioris, & vendunt illas.

PRÆEMINENTIA.

SVMMARIA.

1 *Præeminentia post Magnum Magistrum Meliten. debetur episcopo.*
2 *Præferendus est in collegio receptus prius quãuis iunior, nisi posterior receptus sit maior ordine.*
3 *Cardinales obseruant, vt receptus posterior maior ordine præferatur aliis illum ordinem non habentibus.*
4 *Præfertur posterior receptus, quando est maior dignitate.*
5 *Præcedere an debeat minor in dignitate qui habeat administrationem.*
6 *Prior Meliten. nullam habet iurisdictionem, nisi limitatam in Capellanos, & quo ad diuina.*
7 *Archidiaconus, & Archipresbyter habent iurisdictionem, & administrationem circa sacramenta.*

Deci-

DECISIO CCCLVII. seu 1.

PRæeminentia post Magnum Magistrum an debeatur episcopo Militen. in consiliis, & aliis locis religionis militum Rodi-
1 orum? Dic quod sic † prout videre poteris supra in verbo, Episcopus ver. Episcopus Melinetanus. Et vltra ibi adducta, est decisio *Roman. in l. cum mulier. §. de viro. colum. 55. versicul. nono infertur ff. solut. matrim.* Vbi dicitur, quod in receptione ad collegium, rece-
2 ptus per prius, quamuis iunior, præferri † debet seniori recepto posterius, quod tamen fallit primo, nisi posterior receptus sit ordine maior, vt quia presbyter, receptus vero per prius esset subdiaconus, tunc receptus post præfertur priori. Et ita seruatur
3 in Collegio † Cardinalium. Fallit secundo, & iste est casus noster, nisi receptus posterior sit in maiori † dignitate recepto per pri-
4 us. Tunc enim etiam posterius receptus p̄fertur, vt puta, si in Collegio doctorum receptus est vnus Abbas, vel auditor Palatii, tunc enim præferri debet recepto per prius. Cum ergo Episcopus sit maior in dignitate, licet fuerit per posterius receptus, debet præcedere omnes præter caput. Non obstat illud, quod dicitur, quod minor in dignitate, qui habet administrationem,
5 debet † præcedere maiorem in dignitate sine administratione, *per l. omni. C. de dignit. lib. 10. & Card. in c. episcopos, 17. distinct. Corn. consil. 103. nume. 15. in sexto dubio. circa finem colum. 2.* Quia non habet locum in casu nostro, cum
6 prior † nullam iurisdictionem habeat, nisi limitatam in capellanos, & quoad diuina, & adducta procedunt in habētibus magnam iurisdictionem. Præterea si esset verū sim-
7 pliciter, sequeretur quod † Archidiaconus, vel Archipresbyter, qui habent iurisdictionem & administrationem circa sacramenta, Episcopum in capitulo præcedere deberent, quod est falsum. Et ita fuit tentum per maiorem partem Dominorum die prima Iunii 1551. Et confirmatum & sententiatum die 5. eiusdem coram D. Guidobono in caussa Melinetan. præeminentiarum.

SVMMARIVM.

1 *Præeminentia post Magnum Magistrum debetur Episcopo Meliten. & debet Priorem præcedere.*

DECISIO CCCLVIII. seu 2.

1 PRæeminentia post Magnum Magistrū debetur † Episcopo, & debet priorem
2 p̄cedere, & ita intelligitur † doctrina Abb. *in cap. postulastis, num 8. de concess. præbend.* Et ita tentum in caussa Melinetan. præeminentiarum die 29. Maii 1552. coram Domino Guidobono.

PRÆLATVS.

SVMMARIA.

1 *Prælatus non potest præiudicare ecclesiæ tā in acquisitis quam in acquirendis.*
2 *Prælatus non potest repudiare legatum relictum ecclesiæ absque consensu capituli, & aliis solemnitatibus.*

DECISIO CCCLIX. seu 3.

PRælatus non † potest præiudicare ecclesiæ tam in acquisitis, quam in acqui- 1
rendis, *secundum commun. opin.* allegatam per aliquem ex Dominis votantibus in caussa Aquilana legati, seu bonorum coram Do. Capisucco, Veneris 12. Februarii 1552. *vt per Apostil & Abb. in c. verum, col. 2. versicu. solus Prælatus, de concud. apposit.* de qua communi attestatur, *Alex. in l. legatum, num. 2. & 3. de leg. 1.* Vbi tenet, quod prælatus non † potest repu- 2
diare legatum relictum ecclesiæ absq; consensu capituli, & aliis solemnitatibus de iure requisitis in alienationibus rerum ecclesiasticarum.

PRÆSCRIPTIO.

SVMMARIA.

1 *Præscribere non potest possidens scienter rem alienam etiam sine mala fide, quæ scientia sat est, vt ante præscriptionem superueniat, nu. 2.*
3 *Scientia quomodo probetur in materia præscriptionis.*
4 *Præsumitur filium scire factum patris.*
5 *Scientia quomodo præsumatur? Et nu 6. & 8.*
7 *Subscribens præsumitur omnia contenta in illa scriptura approbare.*

DECISIO CCCLX. seu 1.

PRæscribere non potuit Comes Io. Franciscus Vrsinus Castrum Figliaciani, ex quo sciebat Castrum ad alium spectare. Nā 1
possidens † scienter rem alienam etiam sine mala fide, non præscribit. *Bal. in l. nec creditores, C. de pign. act. Fely. in c. illud, col. 1. de præscr. Ioan. Franc. Balb. in tractat. præscript. tertia parte sexta partis principalis, q. 4. in fin. vers. & notandū est.* Et sufficit de iure canonico dictam sciē- 2
tiam † ante perfectam præscriptionem superuenire, *c. vigilanti. ca si de præscript c. possess. vbi glo. de reg. iur. lib. 6.* Cui iuri Canonico in 3
hoc standum esse vult communis opinio, *de qua per Balb. in d. tracta. præscript. tertia parte, sexta partis principalis, q. 2.* Scientia † enim Co- 3
mitis Io. Franc. probatur, quia pater suus Castrum prædictum dederat insolutū Comiti Nolæ, & per consequens sciebat, quod erat alienum: quia filius † factum patris præ- 4
sumitur scire. *Ruin. qui alios allegat consilio 50. col. 6. num. 17. lib. 1.* Stante maxime qualitate facti, alienationis scilicet vnius Castri cum tam amplo territorio, cuius proculdubio præsumitur † scientia. *Aymo consi. 148. num.* 5
5. Et præsertim quia Comes Io. Franc. erat heres patris, qui † de facto tam notabili de- 6

functi scientiam habere præsumitur, vt in acquisitione status, *dicit Abb. in consi. 3. col. 12. q. 16. lib. 2. Aym. consi. 168. nu. 5.* Adest etiã confessio Comitis Io. Francisci in certis literis patẽtibus Comitis Nolæ manu sua subscriptis, & sigillo proprio signatis, in quibus vocat Comitem Nolæ Dominum Castri Fi-
7 gliaciani, per quam subscriptionem † non est dubium, quod censetur omnia in dicta scriptura approbare, & ideo sibi p̃iudicat, *l. si ita stipulatus, §. Grisogonus, ff. de verbo. oblig.* Etiã quod diceretur generalis scientia quo ad hunc effectum, *l. si duo. ff. de administ. tut. l. si eorum, in prin. de leg. 3.* Et ita volunt Ang. *Castr. Aret. & Alexa. in d. §. Grisogonus. vbi Ias. col. 3. in fin. versi. 2. amplia.* Qui dicit hanc esse communem opinionem. Sciuit ergo nõ solum Comitem Nolæ esse Dominum, sed approbauit factum ab eo, tanquã a Domino d. Ca-
8 stri, quæ sola scientia † sufficit sine aliqua lite. *Balb. in d. tracta. præscrip. 3. par vltimæ partis principalis, col. 20. vers. 4. limit.* Et ita fuit tentum die 24. Apr. 1551. in vna Romana Castri Filaciani, coram Domino Baren.

SVMMARIA.

1 *Exemtio a visitatione, & correctione non præsumitur, nisi probetur.*

2 *Præscriptio immemorabilis debet esse illa, quæ eximat a visitatione, & correctione.*

3 *Titulus inualidus, & putatiuus, sufficit in omnibus casibus, in quibus requiritur titulus in præscriptione. Intellige, vt nu. 4.*

DECISIO CCCLXI. seu 2.

PRæscriptio exemtionis a visitatione, & correctione non caussatur ex Bulla vnionis S. Mariæ Rotundæ, cum ecclesiæ sanctæ Martini de Allolda inuicem factæ, quia dicta bulla vnionis non loquitur de exem-
1 tione † aliqua, quæ requiritur, alioquin præ-
2 scriptio immemorabilis debet † adesse, cũ tempus 80. annorum nõ sufficiat, *c. 1. de præscript. in 6. & c. si diligenti. eod. tit.* Et licet verum sit, quod in omnib. casib. in quibus reqtitur titulus in p̃scriptione, sufficiat † titulus pu-
3 tatiuus, & inualidus, *l. Celsus ff. de vsucap. c. de*
4 *quarta de præscript.* Tamen illud procedit † quãdo titulus licet inualidus, & putatiuus, est iusto errore caussatus. *Io. Franc. Balb. in repet. d. legis.* Et procedit, quando titulus putatiuus, & inualidus est talis, qui si esset verus, sufficeret ad Dominii trãslationem, *gl. fi. in c. si diligenti. de Præscript. lib. 6. Paul. de Castr. consi. 60. ad fin. in antiq. Fely. in c. de quarta nu. 45. vers. 2. consi. dict. Balb. in l. Celsus, nu 8.* Et ita tẽtum fuit die 19. Martii 1552. coram D. Reomano in vna Calaguritan. iuris visitandi.

SVMMARIA.

1 *Præscribere non potest exsistens in mala fide etiã per 40. annos.*

2 *Præscriptio de iure canonico non currit.*

3 *Præscribi non potest contra rem iudicatam, cuius exsecutio petita est.*

4 *Instantia de iure canonico nunquam perimitur.*

DECISIO CCCLXI. seu 3.

PRæscribere non † potest etiam per tem- 1
pus 40. annorum, & vltra, exsistẽs in mala fide. *Vide supra in verbo, fides mala versicul. in mala fide.* Et sic de iure † canonico non currit 2
præscriptio. *ex reg. possessor malæ fidei. de reg. iur. lib. 6. Balb. in tract. de præscrip. in 3. par. prima partis princ. q. 4. principali. nu. 55. vers. circa tertiã speciem.* Nec minus præscribitur † contra rem 3
iudicatam, cuius exsecutio petita est. *Bald. in rubr. de præscript. col. fin. versic.* dubitatur eo magis, quia summus in casu. Vbi post rẽ iudicatam fuit deuentum vsq; ad inuocationem brachii secularis: præcipue quia instãtia † de iure canonico numquam perimitur, 4
& vitium litigiosi perpetuo durat contra p̃sonas, contra quas fuit iudicatum, *l. 1. & ibi gl. in verbo longi temporis. C. de præscript. longi tẽp. Bar. l. 1. §. fin. ff de litig. Iason post alios in. 2. col. pen. C. de eden.* Et sic non currit præscriptio propter malam fidem, & litem prædictam, & post exsecutionem petitam. Et ita fuit tentum die 22. Iunii 1551. coram Domino Guidobono in vna Asculana pensionis gabellarum.

PRÆSENTATIO.

SVMMARIA.

1 *Præsentare non potest filius, viuente patre patrono, & quare, nu. 2.*

3 *Filio nullum ius competit in beneficio iurispatronatus, viuente patre, & quare. nu. 4.*

DECISIO CCCLXIII. seu 1.

PRæsentare non potest filius † viuente 1
patre patrono, quia penes filium non † 2
existit ius patronatus. *Innoc. in rubr. de iure patrona. in fin. Ioan. Andr. Cardi. Ant. & Abb in c. consultationibus, de iur. patron. Fed. de Sen. in cõsil. 111 vers. sed contra. Cald. consil. 19. in fi. Cardin. in clemen. 2. quæst. 8. & ibi Anchar col 2. versi. 2. not. & Bonif. de Vital. ibi col. 4. in fi. de iure patron. Roc. de Curt. in tracta. de iure patron. in versic ipse. volum. 15. nume. 15.* Et viuente patre nullum † 3
ius competit filio in beneficio iurispatronatus. *Rocc. in d. tractat. versic. competens, quæstio. 7. in fin. Ias. in l. Gallus, § quidam recte. num. 40 ff. de libe & posth.* Nec donatio facta, filio viuente patre patrono, dicitur facta compatrono, quia filius † non dicitur compatronus viuẽ- 4
te patre. *Lambert. in tractat. iur patron. secundo artic. 6 quæst. princip. secunda par. versi. quid modo si pater.* Et ita fuit tentum die 5. Iunii 1552. in vna Salernitana S. Andreæ, corã D. Guidobono, *vt in eius lib. f. 67.* Et vide supra in ver. donatio iurispatronatus facta cõpatrono. *& in verbo iurispatro. versi. iurispatr. donare potest.*

SVM-

SVMMARIA.

1 *Præsentatio facta per duos ex tribus patronis, quando valeat, stante fundatione, quod omnes de familia præsentent.*
2 *Allegare alios de vna familia non exstare, sat est, nisi contrarium probetur.*
3 *Probare is debet, qui dicit, plures de vna familia exstare.*
4 *Probatio non est concludens, dicere, talis non est de domo della Porta, ergo non est de familia illa.*
5 *Probat minime hoc esse quod ab hoc contingit abesse.*
6 *Patronus vnus licet non præsentet, si tamen non contradicit, consentire videtur.*
7 *Quasi possessio vnius ex compatronis non præsentantis præseruatur aliis præsentantibus.*

DECISIO CCCLXIV. seu 2.

PRæsentatio facta per duos patronos de familia Messia, in fauorē Henrici della Porta, qui pariter est de Messia, quamuis hoc expressum nō sit in præsentatione, va-
1 lida† est, licet caueatur in fundatione, quod tres agnati de familia de Messia ad præsentationem deuenire debeant: cum opponēs se huic præsentationi, nō probauerit exstare alios, quam duos prænominatos agnatos de familia de Messia. Satis enim est præsen-
2 tato dicere, non exstare † alios de dicta familia, & qui vult contrarium dicere, ipse probet. *gloss. in l. cum de leg. ff. de probat. Salyc. & Bart. in l. fi. § licētia C. de iure deliberan.* & est cō-
munis opinio, *vt dicit Ruin. consil. 187. col. 2. vol. 1. & cons. 144. col. fi. vol. 2.* Et magis in terminis,
3 qui dicit exstare plures † coniunctos, ipse hoc probare debet. *Ruinus consil. 154. colum. 2. vol. 3 Probus in c. tibi qui. col. 5. in fin. vers. & sicut prædixi. de rescript. in 6.* Nec sequitur de necessitate, Henricus dicitur della Porta, er-
4 go † non est de Messia, cum videamus plures duplici cognomine appellari, & sic non
5 probat † hoc esse, quod ab hoc cōtingit abesse, *l. nor. hoc C. vnde cogn. cū similib.* Et eo maxime, quia secuta est institutio, & sententia Vicarii lata in contradictorio iudicio, quoniam præsumitur pro facto iudicis. *l. Herennius, § Gaia ff. de euict. Imo. in c. in præsentia, de renuntiat.* Et quando etiam non interuenisset consensus tertii compatroni, quia ille †
6 tertius non præsentauit, nec contradixit, consensisse videtur. *Rot. decis. 423. circa fi. in no. Poly. in c. cum Bertoldus col. 4. de re iud. Io. de Sylua. in tract. de benef. in 3 par. q 11. nu 32.* Et præsentatio a duobus valet, cum ex facto illorum duorum præsentantium, fuerit præseruata
7 † quasi possessio tertii non præsentantis. *Abb. in consi. 54. colum. 2. num. 3. versic. nam vbicunq. vol 1.* Et ita fuit tētum die 15. Iunii 1551. coram Domino Accorambono Decano, in vna Vercellen. Capellaniæ.

SVMMARIA.

1 *Præsentatio facta per procuratorem non habentem mandatum, quando dicatur per Dominum ratificata.*
2 *Relatio refert omnes qualitates præcedentes.*
3 *Ratificatio, quæ mandato comparetur.*

DECISIO CCCLXV. seu 3.

PRæsentatio facta per procuratorem, de cuius mandato sufficienter non cōstat, dicitur ratificata, † si Dominus præsentare 1
debens interrogatus in iudicio respondit, quod dicta præsentatio est benefacta per ipsum. Ratio est, quia constabat de præsentatione, super qua agebatur. Cōstabat etiā de corpore præsentati, & Dominus respōdit, quod dicta præsentatio erat benefacta per ipsum, & hoc quia relatio † refert omnes 2
qualitates præcedentes. *Bar. in l. si quis seruum § fina. vers. sed quæro aliquis. de leg. 2. Paris. consil. 97. nu. 95. vol. 1.* Ita vt ratificatio illa † æquipa- 3
retur mandato. Et ita fuit tentum in vna Valentina beneficii beatæ Mariæ Spei, coram D. Decano 22. Iunii 1552.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio facta ab vno ex plurib. compatronis, etiam quod effectum sortita sit, non priuat alios compatronos quasi possessione præsentandi.*

DECISIO CCCLXVI. seu 4.

PRæsentatio facta ab vno ex pluribus cōpatronis, etiam quod effectum sortita sit, non † priuat alios compatronos quasi 1
possessione præsentandi, sed magis illos præseruat, secūdum *Fed. de Sen in consi. 54. vol. 1. Ruin. consil. 50. vers. nec etiam prædictis obstat. colum. penul. volum. 4.* Et ita fuit decisum in vna Cremonē. Capellaniæ, coram D. Decano, Lunæ 21. Nouembr. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Examini non potest denuo subiicere episcopus pro beneficio simplici illum, quem iam examinauerat, quando illum promouit ad sacros ordines, & numer. 2.*

DECISIO CCCLXVII. seu 5.

PRæsentatus fuit Ioannes Abbas de Vriza, ad beneficium simplex patrimoniale, per clericos, & beneficiatos ecclesiæ parochialis S. Faustini, ad quos occurrente vacatione, præsentatio spectabat. Qui p̄sentarunt episcopo instrumentum præsentationis, & petierūt institutionē: Dominus episcopus recusauit illum instituere, nisi subiiceret se examini, vt appareret de eius idoneitate. Ioannes tum alios quia ab eodem episcopo dum promoueretur ad sacros ordines, fuerat † examinatus, & repertus ido- 1
neus, dicebat quod non erat de nouo examinandus, *iuxta dispositionem, cap. accepimus. de ætat. & qualita.* Tum etiam, quia inter d. episcopum, & beneficiatos pendebat lis super

1 PRobatio non ita exacta, requiritur in mandato de manutenendo † sicut in iudicio recuperandæ possessionis, dixerunt domini in caussa Barchinonẽ. iuris Fabricę coram d. Montisflascon. Lunæ 24. Octob. *1552.*

SVMMARIVM.

1 Probatio plena quomodo inducatur.

DECISIO CCCLXXXIII. seu IV.

PRobatio plena inducitur per vnum testem, † qui deponat de veritate & fama & alium, qui de fama tantũ deponat. Quia sunt duæ semiplenæ probationes, quæ in casibus, in quibus possunt coniungi, faciũt plenam probationem, *secundum Bald. relatũ per Ias. in l. admonendi. num. 99. & in repet. eiusdem l. num. ducentesimo quinquagesimo septimo. versic. istam conclusionem. not. ff. de iur. iurand.* Et ita tenuerunt domini in caussa Tolleta. prætensi spolii, coram dom. Capisucco Veneris 29. Aprilis *1552.* 1

PROCESSVS.

SVMMARIA.

1 Processus negotii principalis quando non retardetur.

2 Solutio facta vni socio de integro debito, soluentem liberat ab alio socio.

3 Spolii purgatio facta cum vno socio liberat ab alio.

DECISIO CCCLXXXIV. seu I.

PRocessus negotii principalis nõ † retardatur ad instantiam illius, qui opponit de spolio, & illius integrali purgatione, respectu sui interesse, quod prouenit ex eo, qa nominatus fuerat in socium a quodã principali conductore episcopatus Nucerim qui socius principalis fuerat spoliatus possessione dicti episcopatus, ab ipso moderno episcopo, qui noluerat locationem defuncti episcopi ratificare, & qui spolium cũ dicto primo principali conductore purgauerat, antequam episcopus sciret interesse socii nominati. Ideo domini, proponẽte domino Chissanen. de anno 1552. die Veneris *15.* Ian. in vna Nucerina affictus, contra Ioannem Andream, decreuerunt, non adesse considerabile interesse ipsius Ioann. And. ita vt possit impedire quod nõ procedatur in negotio principali, quia solutio, † facta vni ex sociis de integro debito soluentem liberat ab alio socio. *Bar. in l. ex duobus. in prima quæst. de duob. reis.* Et tanto magis, quia in facto fuit doctũ, quod episcopus pro maiori parte purgauerat spolium, antequam constaret, quod Ioannes esset socius, & haberet interesse in hac caussa, prout in libris decisio. per dominum Chissanen. *fol. 20. quæ decis.* die *25.* Martii *1552.* in d. caussa coram eo fuit confirmata, & dictum quod purgatio spolii facta cum vno socio liberat ab alio *per tex. in l. si vnus. ff. de pact.* 1 2 3

SVMMARIVM.

1 *Processus negotii principalis quando retardetur.*

DECISIO CCCLXXXV. seu II.

PRocessus negotii principalis retardatur
1 † quando ille, qui in negotio principali vult procedere, est condemnatus ad soluẽdum alimenta, & litis expensas parti, & non soluit. Ideo donec soluat, supersedendum est in ipso negotio principali. Et ita fuit tẽtum in vna Romana status, & alimentorũ, die 28. Martii 1552. coram do. Chissanen.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatorum vrbis priuilegium, quod durãte officio non possint conuenire, nec conueniri, quomodo intelligatur de iure, & quomodo de aequitate. num. 2.*

DECISIO CCCLXXXVI. seu III.

PRocedere in caussa volebat A. contra procuratorem Ioannis dominum litis effectum, quia Ioannes replicabat, quod nõ poterat per A. procedi, quia ipse Ioannes erat conseruator Vrbis, & conseruator, durante eius officio, nõ potest conuenire nec conueniri, dubitabatur nunquid procedi possit? Domini dixerunt, quod ex vrbanitate procedendum non esset: sed ego fui in
1 voto, quod deberet procedi, quia illud priuilegium (si quod priuilegium adest) quod conseruator non posset conuenire nec cõueniri, durante officio, respicit litis initiũ, & ideo non se extẽdit ad caussas iam commissas vel iam inceptas, sed domini volue-
2 runt, † quod ex praedicta ratione non procederetur die 18. Ian. 1553. coram do. Decano in vna Roma. nullitatis exsecutionis.

SVMMARIVM.

1 *Processus dicitur nullus, si est factus cum tutore, qui non confecit inuentarium.*

DECISIO CCCLXXXVII. seu IV.

1 PRocessus factus cum tutore, qui non cõfecit inuentarium, est † nullus, per dictũ. *Spec. in titul. de senten. §. iuxta. vers. itẽ est nulla ratione litigatorum. & per Barto in l. si tutor. not. primo. C. in quibus caussis in integrum restitut. nõ est necessa. & Boerius decis. 53.* Ita fuit tentum in vna Anconitana fideicommissi, coram dom. Vestano 23. Maii 1552. & vide infra in verbo tutor.

SVMMARIA.

1 *Processus factus ab excommunicato tam coram Ordinario quam Auditore Rotae an sit nullus. & num. 2.*

3 *Auditores Rotae habent ordinariam iurisdictionem in cognoscendo, sed delegatam in sentẽtiando.*

DECISIO CCCLXXXVIII. seu V.

PRocessus factus ab excommunicato † tã
1 coram Ordinario quam corã Auditore Rotae parte opponente, est nullus, *Rot. deci. 594. in ant.* Sed si pars non opponit, valet processus coram Ordinario, & sententia, sed 2
coram Auditore vsque ad sententiam tantum valet, sed sententia nõ erit bona. Et ea est ratio, quia Auditores Rotae habent ordinariam in † cognoscendo, delegatam autem iurisdictionem in sententiando. *Rota decis. 13. de offic. delegat. alias 362. & 6. de iudic. alias 275. in nou.* Et ita fuit tentum in caussa Farfen. Abbatiae coram dom. Guidobono 9. Decemb. 1552. 3

SVMMARIA.

1 *Processus per contradictas, quando detur aduersus appellatum.*

2 *Certus, amplius certiorari non debet.*

DECISIO CCCLXXXIX. seu VI.

PRocessus per cõtradictas datur † aduersus appellatum ipso vel eius procuratore praesente, quando appellatio interposita fuit, licet amplius ei non fuerit intimatum, *secundum gloss. in verb. interposita. in clement. caussam. in princ. de elect. vbi Card. colum 3. nu. 7. vers. 14 quaero.* Et ratio est, quia certus † amplius certiorari non debet. Et ita fuit decisum in caussa Calaguritan. portionis Veneris 18. Martii 1552. coram dom. Didaco Deza. 1 2

SVMMARIA.

1 *Processus factus per iudicem & notarium, qui ex iustis caussis fuerant recusati suspecti, & ab eis per recusantes appellatum, dicitur nullus.*

2 *Recusari potest regulariter vt suspectus ille, qui potest partem grauare in examinando testes, vel extrahendo iura.*

DECISIO CCCXC. seu VII.

PRocessus factus coram iudice, & notario, qui ex iustis caussis fuerant recusati, vt suspecti, & ab eis per recusantes appellatum, est † nullus secundum doctrinam Abb. 1
in cap. super quaestione. nu. 5. de offic. deleg. Quia regula est, quod vbicunque aliquis potest grauare † partem in examinando testes, vel 2
extrahendo iura in illis, potest recusari vt suspectus, prout *Abb. infert in d. c. super quaestione.* Et ita semper practicatur in Rota, prout fuit tentum in vna Burgen. iuris votandi, coram domino Deza Veneris 4 Nouembris 1552. Et ita fuit decisum in vna Mellenitan. iurisdictionis, coram Accorãbono 7. Nouemb. 1552.

SVMMARIA.

1 *Processus, factus coram iudice compulsore recusato ex superuenienti caussa allegata, quae si esset probata foret legitima, reputatur nullus.*

2 *Iudex an possit postea recusari ex noua caussa, licet in principio fuerit in eo consensum, & num. 3.*

Decisio CCCXCI. seu VIII.

PRocessus factus coram iudice compulsore recusato, ex super veniente caussa allegata, quæ si esset probata foret legitima, reputatus est † nullus. *Bald. in c. sup quæstion. col. 1. vers. pone quod notarius. de offi. deleg. Franc. in c. cum specia'i. col. 6. vers. 2. dubitatur. de appell. Alex. consil. 104. col. 1. vol. 5.* Nec obstat, quod iudex † non possit recusari, quādo partes a principio in illo consenserunt. *secundum Fel. in ca. inter monasterium. num. 8. de re iud.* quia satis est, quod caussa de nouo ad partis notitiā superuenerit, quia iudex, in quem fuit consensum, recusari † potest etiam post litem contestatam. *c. insinuante. de offic. delega.* Et ita fuit decisum in caussa Burgen. iuris votandi, coram dom. Deza 21. Nouemb. 1552. & alias idem fuit decisum in vna Mellinetan. iurisdictionis, corā do. Accorambono 7. Nouem. 1552.

SVMMARIA.

1 *Processus factus per procuratorem nulliter constitutum est nullus, quamuis ille potuerit agere tanquam coniunctus.*

2 *Quod potui nolui, quod volui adimplere nequi.*

Decisio CCCXCII. seu IX.

PRocessus factus per procuratorem nulliter constitutum, qui tamen per eundē poterat agitari, vti per coniunctum, est † nullus, *secundum Roma. consi. 446. vers. quamobrem. & cons. 496.* per vulgatam regulam, quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui. *Ias. in l. exigendi. colum. 3. vers. 6. fallit. C. de procurato. Cassad. decis. 7. num. 5. de appella.* Et ita fuit tentum in caussa Romana status, & alimentorum, coram dom. Capisucco, 12. Decemb. 1552.

PROCVRATOR.

SVMMARIVM.

1 *Procurator quando admittatur ad caussas nondum ortas, & futuras.*

Decisio CCCXCIII. seu I.

PRocurator habens mandatum generale in omnibus, & singulis caussis contra quascunque personas, & coram quibuscūque iudicibus, admittitur † etiam ad caussas nondum ortas, & futuras. *Rot. decis. 413 in no..* Et ita fuit tentum in vna Placen. parochialis de Valicerde, coram do. Chissanen. die 2. Maii 1552. Et propterea fuit dictum, ꝙ sententia R. dom. Augustini data in huiusmodi caussa nulla non sit, defectu mandati per prædicta.

SVMMARIA.

1 *Procurator constituitur per epistolam, vel per nuntium.*

2 *Excommunicatus legitime qui dicatur.*

3 *Titulum ostendere quis non tenetur, quando eiusdem tituli canonizatio non petitur.*

Decisio CCCXCIV. seu II.

PRocurator constituitur per † epistolam 1 vel per nuntium, & ille qui dicit recepisse mandatum alicuius, & literas, & postmodum administrauit, tenetur actione mandati, vel negotiorum gestorum, qui monitus, coram Auditore Cam. vt sub pœna excommunicationis reddat computa, si non comparet, vel comparet, sed differt dare computa, bene dicitur excommunicatus † 2 a dicto Auditore, etiam quod conueniatur ratione fructuum beneficii, & non doceatur de titulo, nam illum quis non † tenetur 3 ostendere. quando dicti tituli canonizatio non petitur. Et ita fuit tentum in vna Miranden. fructuum Vicariæ, inter Vincentiū Caroccium ex vna, & Gasparem Vilellam ex altera, coram R. dom. Chissanen. die 9. Maii 1552.

SVMMARIVM

1 *Procuratorum plurium quando vnus duntaxat mandatum acceptauit, & produxit, qui postea ab vrbe discessit, facit vt valeret sententia per contradictas obtenta ab actore.*

Decisio CCCXCV. seu III.

PRocuratores constituti, qui omnes non acceptarunt onus procurationis, sed vnus ex illis duntaxat acceptauit dictū mandātum, illudque produxit qui postmodum ab vrbe sine aliqua protestatione discessit, neque † citandi neque monendi sunt, & 1 sententia lata per contradictas ad fauorem actoris valida est, & ita seruat Rota. *Aegid. decis. 681* Itaque fuit tentum die 17. Octob. 1552. coram do. Reomano, in caussa Toletan. de Aluin.

SVMMARIVM.

1 *Consensus valide præstitus, quando dicatur per procuratorem ad resignandum constitutum, qui supplicationem porrexit ad signandum ante mutatam voluntatem constituentis.*

Decisio CCCXCVI. seu IV.

PRocurator constitutus ad resignandum beneficium, si porrexit supplicationem ad signandum, ante mutatam voluntatem constituētis sibi intimatam, potest & tenetur præstare consensum post mortem constituentis, & erit valide † præstitus, licet ꝓbaretur constituentem ante eius mortem 1 mutasse voluntatem; ex eo quia non fuit illa voluntas mutata, intimata dicto procuratori, *per clem. 1. de renun.* Et ita fuit ꝓ maiori parte decisum in caussa Senogalie. de Villa Castin, 27. Maii & 27. Iun. corā do. Vestan. vide quę sup. latius dixi in verb. intimatio.

SVMMARIA.

1 *Procurator constitutus a patrono ad præsentandū, nō potest eundē patronū constituentē præsentare.*

2 *Patronus non potest seipsum præsentare.*

Decisio CCCXCVII. seu v.

PRocurator cōstitutus a patrono ad præsentandum, non † potest eundem patronum constituentem præsentare. *Cardin. in c. ex insinuatione. de iur. patronat. vers. 2. quaro. Lamb. de iur. patro. in 9. art. 8. q. princip. prima*
2 *part. 2. lib. car 237.* Et ratio est, quia patronus † non potest se ipsum præsentare. *iuxta text. in c. per vestras de iur. patro. & facit vulg. l. ita coram. §. si Decuriones. ff. quod cum eo.* idem etiam determinat *Bal. in addit. ad Spec. in rubr. de iur. pat.* Et per ista ita fuit decisum in caussa Salamantin. Capellaniæ coram domino Vestano 14. Octob. 1552.

SVMMARIA.

1 *Procuratores a partibus constituti in partibus pro extractione remissoriæ, vel compulsoriæ. si citantur in partibus, & non acceptēt, vel refutent, valet nihilominus processus.*

2 *Procurator in partibus constitutus pro extractione remissoriæ vel compulsoriæ, si acceptat, & substituat alium, qui nō acceptat, nulliter proceditur, & quare?*

Decisio CCCXCVIII. seu vi.

PRocuratores constituti a partibus, pro extractione remissoriæ vel compulsoriæ
1 si citantur in partibus & non acceptent, vel refutent, bene † dicuntur citati, & bene in caussa proceditur, quia imputandum est constituentibus illos, qui non elegerunt i-
2 doneos procuratores: Secus † est, si procurator constitutus in partibus acceptet, & postea substituat aliquem, qui substitutus procurator, si non accepat, & postea cum eo procedatur, nulliter proceditur: quia deberet citare primum procuratorem, qui fuerat constitutus in curia pro exsecutione remissoriæ vel compulsoriæ. Ita fuit tētum in vna Dertusen. canonicatus, coram domino Fantuccio secunda Decembris. 1552.

PROHIBITIO.

SVMMARIA.

1 *Prohibitio alienationis facta ad tempus, post tēpus dicitur permissa.*

2 *Fideicommissum relictum, prout hic an in omnē casum intelligatur.*

Decisio CCCXCIX. seu i.

1 PRohibitio alienationis facta † ad tempus post illud videtur permissa. *Bart. in l. patrem filium. §. fundum. de leg. 3.* Et sic fuit decisum in caussa Leodien. aquæductus, quod fideicommissum relictum sub his verb. videlicet, relinquo census nepoti meo, qui tunc perueniant ad proximiores, si nepos decesserit sine filiis, vel cum filiis, qui tamē ante completum 15. annum decesserint, cū hac conditione adiecta, vt nullo vnquam tempore alienentur, sed semper ad proximiores deuoluantur. Intelligitur autem postquam nepos † decesserit ante completum 15. annum, non autem in omnē casum. 2
Ita decisum in caussa Leodie. aquæductus coram domino Capisuco Lunæ 28. Martii 1557.

PROMOTIO.

SVMMARIVM.

1 *Promotione ad episcopatum, vacant omnia beneficia ac pensiones.*

Decisio CCCC. seu i.

PRomotione ad episcopatum, vacant † omnia beneficia, ac pensiones. *c. cū in cunctis. §. cum vero. vbi Abb. 3. not. de elec. Gig. in tract. de pension. q. 56. num. 4.* Et ita fuit pluries decisum in Rota, prout videbis *supra in verbo pensio, ver. pensiones. & ver. beneficia.* 1

Svmmaria.

1 *Promotus ad episcopatum, perdit omnia, si non habet facultatem retinendi quacunque beneficia.*

2 *Beneficia, pensiones, & facultates transferendi vacant per promotionem ad episcopatum.*

3 *Promotione ad episcopatum, non vacant statim beneficia secundum consuetudinem Curiæ, sed adepta possessione, & num. 7.*

4 *Consecrari qui se non curauit intra trimestre tēpus sibi imputet.*

5 *Possessionem episcopatus qui non est assecutus ex impedimento non probato, habetur ac si assecutus esset, & num. 6.*

8 *Dispensatio quando non prosit?*

9 *Beneficia, vt vacent per promotionem, requiritur, vel quod sit consecratus, seu per ipsum steterit, vel quod possessionē episcopatus adeptus fuerit.*

Decisio CCCCI. seu ii.

PRomotus ad episcopatum, si non habet facultatem retinendi quęcunque beneficia ecclesiastica, pensiones, & facultates transferendi pensiones, perdit † omnia, qa 1
per promotionem ad episcopatum vacant 2
† omnia beneficia, pensiones, & facultates transferendi. *c. cum in cunctis. §. cum vero. de elect.* Nec vacant statim † facta promotione 3
ad episcopatum, sed post adeptam possessionem iuxta stylum & consuetudinem Romanæ Curiæ, quam refert Abb. *in d. c. cum in cunctis. §. cum vero. num. 3. de elect. Fel. in tract. quando literæ Apostol. noceant patron. colu. penult. vers. & bene considera. duos casus. Gigas de pens. q. 56. num. 4.* Cuius consuetudinis nō sufficit sola allegatio, sed debet etiam probari per testes, prout dicebant domini, sed quia a lege datur promoto, ad faciendum se consecrari, tempus trium mensium, *vt dicit glo. in d. capit. cum in cunctis. §. cum vero. in gloss. in verb. tempore. de election.* & infra dictum tempus non fecit se consecrari,

debet

4 debet † ei imputari, *vt dicit Abb. in d. §. cum verò nu. 5. quem sequuntur alij scribentes.* Et sic si tempus est lapsum, ei imputandum est, &
5 pari modo ei imputabitur, si non docet † de impedimento, quare possessionem episcopatus non fuerit assequutus: & habetur ac si
6 † possessionem assequutus esset, ita vt be-
7 neficia censeantur vacasse: quia post † assequutam possessionem episcopatus, beneficia vacant. *Io. And. in clem. prima, in versi. collato, vt lit. pend. Rom cons. 335. nu. 4. & consi. 345. nu. 17.* Nec impedit decisionem prædictã, quod promotus dispensationem de non promouendo ad septennium habuerit, quia illa
8 † dispensatio non faciebat mentionem de retentione beneficiorum, & pensionum, & in hoc pro promoto habebatur. *AEgid. decis. 702. & Rot. decis. 21. de præb. in nou.* Et ad hoc,
9 vt beneficia † promoti ad episcopatum vacent, sufficit, vel quòd sit consecratus, seu per ipsum steterit, vel quòd possessionem episcopatus adeptus fuerit. Et ita tantum die 21. Ianuarii. 1553. in vna Aretina, & Senen. pensionis coram do. Decano.

PROROGATIO.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria prorogatio à Rota concessa, non dicitur nulliter executa, quamuis non intimetur iudicibus in partibus.*

2 *Iudex antequam procedat ad actus expeditionem, debet esse certus de sua iurisdictione.*

3 *Iudex certificatur de sua iurisdictione per præsentationem commissionis.*

4 *Prorogationes remissoriæ an de facili concedantur. & nu. 5.*

Decisio cccccii. seu vnica.

PRorogationes quæ dantur per dominos de Rota pro complemento executionis remissoriæ, licet non intimentur iudicibus in partibus, antequam ad vlteriorem exe-
1 cutionem procedant, non † propterea redditur remissoria nulliter executa; quamuis
2 de iure iudex † antequam procedat ad expeditionem actus, debeat esse certus de sua iurisdictione: alioquin actus sit nullus. nam
3 per præsentationem † commissionis certificatur secundum dominos. Et doctrina *Sozyni in l. multum interest. ff. de condit. & demonst.* Non obstat, quia illa procedit in proroga-
4 tionibus, quæ † non de facili solent concedi: & regulariter secus est in hoc casu, in quo
5 facilis est † concessio prorogationum, & adeo inueterata in curia, vt non præsumatur ignorari à quocunque iudice, etiam de partibus secundum stylum Curiæ Romanæ. Præterea licet dictum Sozi. regulariter procedat, tamen in hoc casu secus est ratione speciali, videlicet necessitatis causa longæ absentiæ, cum non possint ita de facili iudices de partibus longinquis certificari de eorum iurisdictione. Ita fuit obseruatum in causa Dertusen. Canonicatus, & præbendæ coram domino Fantuccio Lunæ 21. Nouemb. 1552.

PROTESTATIO.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio quando repetita censeatur in quolibet actu facto post protestationem & nu. 2.*

Decisio ccccIII. seu vni.

PRotestatio censetur repetita † in quolibet actu facto post protestationem, si durat eadem causa prima, propter quam fuit protestatum vt *per Felyn. in c. cum M. Ferrariensis. n. 70. vers. 2 limita. de constit. & per Rip. ibid. n. 140* Quod tamen verum est in extraiudicialibus † secus verò in iudicialibus vt per eosdem *Docto. in d. c. cum M. Ferrarien. de constit. ut Mohed. decis. 44. Put. decis. 211. incip. fuit dictum in causa Placentin. Castri Sarmatr. lib. 2.* Et ita fuit resolutũ in vna Melenitan. iurisdictionis, coram dom. Decano. 7. Decemb. 1552. 1 2

PROTHONOTARII.

SVMMARIVM.

1 *Prothonotarii tam participantes quàm non participantes sunt familiares Papæ.*

Decisio ccccIIII seu. vni.

PRothonotarii tam † participantes quàm non participantes sunt familiares Papæ, prout decisum fuit infra in verbo regula declaratoria. Versiculo primo. 1

PROVISIO.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio est nulla ipso iure, quæ facta est excõmunicato, & publicato, ob non paritionem literarum.*

2 *Oblatio verbalis moram non impedit.*

3 *Expensæ solui debent in loco, in quo iudicium est agitatum, & illarum oblatio in alio loco facta, non releuat. num. 4.*

Decisio ccccv. seu. I.

PRouisio Ioannis Garsiæ facta ab Archiepiscopo Tolletã. de canonicatu. † & præbenda ecclesiæ Tolletanæ magistrali, & quę solent conferri per Capitulum dictæ ecclesiæ habiliori præcedente examine, & prædicationibus iux. formam literarum Sixti, 1

qui tempore prouisionis erat excommunicatus, & publicatus, ob non paritionem literarum executorialium quo ad fructus, &
1 expensas, est nulla † ipso iure. *Cassado. decis. 1. & decisio. 17. de preb. Rebuff. in tracta. de pacific. poss. n 201. & super concor. in rubric. de excommun. non vitan. in princ. pag. 380.* Nec obstat si dicatur, quod sententia excommunicationis est nulla, quia fuit paritum quo ad possessionē beneficii, quod tunc litigabatur. Nam licet quo ad possessionem paruerit, tamen non paruit quoad fructus perceptos, cui non suf-
2 fragatur verbalis oblatio, quia † morā nō impedit *c. 1. & 2. de sequest. poss. & fruct. Cassan. super cons. Burg. rub. 3. §. in gl. & aliena transfor. n. 26. & sequē.* Nec minus est facta solutio expensarū
3 † in loco, in quo fuit iudicium agitatum. *Socinus consilio 362. nu. tertio, lib. secundo.* Ideo ob-
4 latio † alio in loco facta, non releuat. *Afflict. decisio 150. nu. 7.* Et ita fuit tentum die 18. Iunii 1554 in vna Tolletana Canonicatus, & præbendæ magistralis, corā domino Oradino.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio Ordinarii an possit de subreptione impugnari, sicut prouisio Papæ.*

DECISIO CCCCVI. seu. 2.

1 PRouiso Ordinarii non potest † de subreptione impugnari, secus autem prouiso Papæ. Et ratio est, quia Ordinarius prouidet beneficio, & motu proprio. Papa autē prouidet personæ, & ad supplicationem partis. Sed contra Ordinarii prouisionem non potest opponi de surreptione, quia præsumitur habere notitiam personarum suæ diœcesis, & non potest dari de intentionis defectu sicut in prouisionibus Papæ. Et ita fuit intentū die 20. Martii. 1551. in vna Abulen. Sancti Vannes, coram domi. Baren.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio de facto præcedere debet nouā prouisionem alioquin noua prouisio non sustinetur.*

DECISIO CCCCVII. seu. 3.

1 PRouisio de facto præcedere † debet nouam prouisionem, alias noua prouisio non sustinetur. Ita tentum fuit in vna Tulen. Prioratus de Relangiis, corā Accorambono 23. April. 1552.

SVMMARIA.

1 *Prouisio ordinarii quādo probet contra prouisum à Papa. & nu. 2.*

3 *Literis episcopi creditur absque notario & testibus.*

DECISIO CCCCVIII. seu. 4.

1 Prouisio ordinarii probat † contra prouisum à Papa, quando præcedit prouisionem Apostolicam, & instrumentum possessoris prouisio ab ordinario, concurrit sub eadem data cum prouisione Apostolica, *argumento tex. in cap. si à sede. de præbend. in 6.* Vbi si eadem † die concurreret prouisio ordina- 2
rii, cum possessione cum prouisione Apostolica, præfertur prouisus ab ordinario: tanto magis in casu isto, vbi prouisio ordinarii erat anterior per diē, & solum instrumentum possessionis cōcurrebat cum prouisione Apostolica, & eo maxime: quia literis episcopi † creditur, absq; notario, & testibus, & in- 3
strumentum possessio caret omni suspicione, & habet notarium, & testes. Et ita decisum fuit in causa Ysfericen. Abbatiæ, coram dom. Vestano. 24. Februa. 1552.

SVMMARIA.

1 *Prouisio Apostolica, facta intra mensem datū expectantibus ad acceptandū, præualet acceptationi.*

2 *Papa potest prouidere intra mensem datum ad acceptandum.*

3 *Papa concedendo alicui potest, semper sibi maiorē reseruat.*

4 *Expectantes singulis diebus acceptant, & petunt eis prouideri per subexecutorem.*

DECISIO CCCCIX. seu. 5.

PRouisio Apostolica facta intra mensem datum expectantibus ad acceptandum, præualet † acceptationi, & prouisioni factæ 1
expectanti de eodem beneficio infra illum mēsem, attēto quod in prouisione Papæ adsunt illæ clausulæ solitæ apponi, videlicet, aut si aliqui, &c. & Papa potest † prouidere 2
intra mensem, & valet sua prouisio. *Rot. decisio. 244. in no. Cassado. decisio. 5. de concess. præb.* Et tempore acceptationis expectantis, iam Papa prouiderat, nec expectanti tempore prouisionis Papæ aliquod ius nec ad rem, neq; in re acquisitum erat, & ideo Papa per illas clausulas voluit præiudicare expectantibus cum Papa nunquā auferat à se potestatem. Immo licet † concedat alicui potestatē, sem- 3
per apud eū remanet maior potestas. hinc inoleuit practica in curia, quod expectantes
† singulis diebus acceptant, & petunt eis prouideri per subexequutorem. & ita fuit decisum alias in causa ista Belumen. Canonicatus, & præben. coram domino Capisucco. 11. Decemb. 1551. Et reiterata coram eodē 11. Ianuarij. 1552. Et hodie nouissime in eadem causa coram Guidobo. fuit iterum decisum 9. Maij. 1552. 4

SVMMARIVM.

1 *Prouisionis Apostolicæ non producuntur in actis in causis pendentibus*

DECI-

Decisio cccex. seu 6.

PRouisiones Apostolicæ propter pragma-
1 ticam, nō producuntur † in actis, in causis pendentibus, quæ sunt de diœcesi Calaguritana, & hoc ex stylo, & benignitate dominorum: & ita dixerunt domini in causa Calaguritana beneficii de Vnza, in qua Ioan. de Pinedo qui reportauit rem iudicatã contra, & commisit causam restitutionis in integrum, & ad docendum de nouo *iux. decis. 1. de restitut. in integrum. in nou.* ostendit nouã prouisionem Apostolicam, quam non produxit in actis, & ratione supradicta fuit excusatus etiã quod Ioan. de Vnza reclamasset, & hoc coram domino Guidobono 14. Octobris 1552.

SVMMARIA.

1 *Prouisio facta à legato de latere habente facultatem prouidendi, prout hic, de vno beneficio simili in eadem ecclesia, cum alio, quod quis habebat, est ipso facto nulla.*
2 *Collatio facta dicitur authoritate Papæ, quando in ea dicitur authoritate Apostolica.*
3 *Legatus non confert duo beneficia incompatabilia authoritate ordinaria.*
4 *Legatus fines mandati excedere non debet.*
5 *Idonea persona quanam dicatur.*

Decisio ccccxi. seu. 7.

PRouisio facta de vno beneficio simili cũ alio, quod quis habebat in eadem ecclesia à legato de latere, habente potestatẽ idoneis personis de duobus beneficiis prouidẽdi sub eodem tecto, etiam illis qui obtinebant vnum aliud beneficium in eadẽ eccle-
1 sia, est ipso † facto nulla. *text. est in ca. hi qui. de prabẽ. in 6.* Et hoc ex defectu potestatis ipsius legati: & ratio est, quia si de ordinaria potestate vellet prouidere, non posset, imo euidenter apparet quod voluit vti potestate delegati, quia in collatione expresse dixit,
2 authoritate Apostolica, vt *per Domini. in eod. cap. hi qui.* vbi dicit quod quando legatus cõtulit authoritate legati, quod tunc est locus *d. ca. is cui. de praben. in 6.* Nec dicatur primum censeri vacare, ita vt prouisio de duob. postea per legatum facta remanet valida, ad cap. de multa. de præben. quia responsum fuit, q
3 † legatus in collatione duorum beneficiorum incompatibilium non procedit authoritate ordinaria legationis, quoniam fines
4 mandati † excedere nõ debet. l. diligenter. ff. mandati. & illius prouisio debet regulari secundum formam dicti cap. is qui. præsertim cum in eius facultatibus dicatur, perso-
5 nis idoneis, nec personæ idonea dicatur illa quæ habet in eadem ecclesia aliud simile beneficium, nisi illud primum dimittat. d. cap. is cui. vbi gl. in verbo. non potest. Nec obstant notata per Hostiens. in ca. nonnulli. de cleri. non residen. quia habent locum quando iure ordinario confert, non autem quando iure speciali, & ita fuit decisum in vna Maioricen. beneficii, causa bis posita coram do. Montisflasconen. 14. Octobr. 1552. Et 21. eiusdem fuit idem tentum coram eodem.

PVBLICATIO.

SVMMARIVM.

1 *Publicationis defectum quando suppleat gratia noua prouisionis. & nu. 2.*

Decisio ccccxii. seu. vni.

PVblicationis defectum supplet † gratia 1
nouæ prouisionis, licet non fuerit facta mentio gratiæ expectatiuæ, quando tamen constaret non nisi de vna prouisione vigore gratiæ expectatiuæ, alioquin † domini o- 2
mnes essent in contrario voto, quod scilicet noua prouisio non suppleret defectum publicationis, vel insinuationis. Cassad. decis. 22. super regu. vide supra in verbo gratia, & ita fuit tentum die 16. Decembr. 1552. in vna Sebogien. de Miguela.

Publica vox, & fama.

SVMMARIVM.

1 *Publica vox, & fama vt sit sufficienter probata, debet percutere tempus ante litem motam.*

Decisio ccccxiii. seu. vni.

PVblica vox, & fama ad hoc vt sit sufficienter probata, requiritur quod percutiat tempus ante litem motam *secundum Hen.* 1
Bohic. in c. 1. §. super eo. nume. 4. de eo qui cogno. consang. vx. sua. post Abb. & Io. And. ibidem Iohan. Crot. in tractatu de testibus. nu. 368. Ita tenuerunt domini in causa Tirasonen. prætensę erectionis Mercurij. 16. Nouemb. 1552. coram episcopo Montisflasconen.

PVRGATIO MORAE.

SVMMARIVM.

1 *Moræ purgatio non admittitur, quando executio est facta a iure vel ab homine.*

Decisio ccccxiiii. seu. vni.

PVrgatio moræ nõ † admittitur, vbi exe- 1
cutio est facta a iure, vel ab homine, *vt per Bart. & omnes l. si insulam. quæstio. 4. numero 19. de verb. obl.* Et ita tentum in causa Cartaginen. beneficij de Guardamar, corã dom. episcopo Vestano. 19. Februa. 1552.

QVADRIENNIVM.

SVMMARIA.

1 *Quadriennium datum ad petendum, & finiendum causam restitutionis in integrũ, quando incipiat currere, & quãdo sit appellatum. n. 2.*

3 *Contumax non refert quod habeat notitiam.*
4 *Procuratorem malum eligenti imputatur.*
5 *Procurator in omittendo, potest domino praiudicare.*
6 *Quadriennium quando incipiat currere à die habita notitia.*

DECISIO CCCCXV. seu vnic.

QVadrienniũ quod datur ad petendum, & finiendum causam restitutionis in
1 integrum, incipit † currere à die lapsus 10. dierum datorum ad appellandum, & hoc in prima sententia vel secunda, quando non
2 est appellatum, sed si † appellatum sit incipit à die latę sentẽtiæ, quia cum à tertia sententia non possit appellari, à die latæ sententiæ incipit pars lædi. & hæc procedunt quando sententiæ sunt latæ contra principalem, & contra verum contumacem, quia
3 in eo non † requiritur notitia, maximè si habebat procuratorem, quia ei imputandum
4 † est, quia nõ elegit magis diligentem cum
5 procuratorem omittendo possit domino præiudicare, vt *est decis. Rot. 27. de appell. in antiq.* sed in contumace nõ vero quadriẽnium
6 incipit † currere à die habitæ notitiæ, *secundum Bald. in l. falsum. num. 3. C. si ex falsis instrumentis. Dec. cons. 436 nu. 9. Imol. in cle. 1. de restit. in integrum. num. 19. per tex. in l. ab hostibus. §. sed quid simpliciter. ff. quib. caus. maio. vbi Card. q. 25.* Et ita fuit tentum in vna Tolentina alimentorum, coram domi. Montisflasconem. 9. Decemb. 1552.

QVALITAS.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas à iure non considerata non est exprimenda in impetratione.*

DECISIO CCCCXVI. seu. 1.

QValitas à iure non considerata, non
1 † est exprimenda in impetratione. *Egid. decis. 698. & Rot. in nou. decis. 468. Fely. in c. super literis. col. 2. versic. limita 1. & in cap. postulasti. col. 4. vers. declara etiam de rescript. Cal. d. cons. 10. de rescrip.* Ita tentum fuit in vna Tullen. Prioratus de relangiis, coram domino Decano veneris 13. Maij. 1552.

QVASI POSSESSIO.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio præsentandi non acquiritur ex his quæ sunt meræ facultatis.*

DECISIO CCCCXVII. seu. vni.

QVasi possessio iuris præsentandi non
1 † acquiritur ex his quæ sunt meræ facultatis. *Abba. post Innoc. in c. bona. el 2. de postul. prælat. & in c. cum Ecclesia Sutrina. nu. 25. vers. 2. principaliter. & ibi Rip. nu. 56. de caus. poss. & propriet. Bar. in l. 1. §. interdict. ff. de itinere actuq. priuato.* Et ita fuit tentum in vna Burgen. iurispatronatus S. Dorotheæ, coram do. Fabio Decano. 22. Iunij. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio iurispatronatus probatur per requisita posita à Caldarino cons. 12. de iurepat.*

DECISIO CCCCXVIII. seu. 2.

QVasi possessio iuris patronatus probatur † per requisita posita. *per Calderin. in* 1
cons. 12. de iurepatron. Quod seruatur in Rota, vt fuit dictum in vna Burgen. iurispatronatus S. Dorotheæ, coram dom. Decano Lunæ 11. Maij. 1554. Idem decisum fuit coram me in vna Beneuẽtana parrochialis pro Adriano contra Franciscum, die veneris. 16. Maij. 1556.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio præsentandi competens pluribus non amittitur per alios, si vnus tantum præsentet.*

DECISIO CCCCXIX. seu. 3.

QVasi possessio præsentandi, quæ competit plurib. non † amittitur per alios, 1
si vnus tantum ex compatronis præsentet aliquem, & præsentatio effectum habeat, quia magis præseruatur quasi possessio aliorum, quàm quod extinguatur, *secundum Fed. de Sen. in cons. 142. in vlt. dub. & Abb. in cons. 54. vol. 1. & Ruin. in cons. 50. col. pen. vers. nec etiã prædictis obstat. volu. 5.* Et ita fuit decisum in vna Cremonen. Capellaniæ Lunæ 21. Octobris, 1552. coram dom. Deza.

SVMMARIA.

1 *Quasi possessio præsentandi an transeat ad hæredes sine noua apprehensione.*
2 *Quasi possessio in incorporalibus non transit ad hæredes sine noua apprehensione, ita etiam in corporalibus. nu. 3.*

DECISIO CCCCXX. seu. 4.

QVasi possessio præsentãdi quæ est apud testatorem, nõ transit in hæredes absq;
noua † apprehensione. *l. cum hæred. ff. acq. pos.* 1
quia sicut in corporalibus † poss. non transit 2
ad hæredes etiam suos sine noua apprehensione, *vt per Alex. asserentem hanc opinionem in d. l. cum hæred. col. 3. vers. gl. super verbo non pertinet. de acquir. poss.* ita etiam in incorporalibus
† quia in istis etiam nõ transit possessio sine 3
actu facti. *Calde. cons. 12. de iur. patro. Roc. in trac. iurispatronat. in verbo ius. in 5. q. vers. limita hanc conclusionem.* Et est communis opinio relata

per

per Alex.*in suis.col.3.nu.8.in vers.gl. quæ incipit poss.ff.de libe.posthu.* quicquid dixerit Bald. *in repet.eiusdem.l.in suis.in 4.opposit. & post eundem Alex.Lamber.in tract.de iurepatro.lib.2.part.art. 22.3.q.prin:* Et quod *l. cum hæredes*, habeat locum etiam in iuribus incorporalibus tenet Tiraq.*in tract.le mort saisit le vif.7.declar.3.par.* Et ita fuit tentum in causa Cremonen. Capellaniæ Lunæ 5. Decemb. 1552. coram do. Deza.

QVIETANTIA.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum dicitur probatio probata.*
2 *Quietantia an vti simulata tolli possit sine probationibus claris, & concludentibus.*
3 *Probationes veræ quando requirantur, nec præsumptæ sufficiant.*
4 *Mercatoris solutio anticipata ex beneuolentia, non habetur in consideratione.*
5 *Iuri suo quæsito quis renuntiare non dicitur ex actibus magis proximis.*
6 *Exceptiones quæ non reddant instrumentum simulatum.*

DECISIO CCCCXXI. seu.1.

QVietantia facta per procuratorẽ locationis, cõductori per publicum instru-
1 mentum, quod est † probatio probata. *Bald. in l.interesse.C.de solut.Dec.cons.118.col.1.* nõ potest tolli vti simulata, & inualida, nisi per
2 † probationes claras, & concludentes.*l. cum*
3 *precibus.C.de proba.* Et veræ † probationes requiruntur, nõ præsumptæ.*c.cum Io.de fide instru.c.3.loco.de proba. vbi Doct.* Imo requiruntur scripturæ æquipollentes.*l. generaliter. C. de nu.pec.* nec aliqua mera confessio prætendi potest.*iux.l.minorem.& quod ibi Bald.C.eod. tit.* Nec obstat prædictis solutio anticipata
4 mercatoris, quia non est inconueniens, † q̃ mercator soluat anticipatam solutionẽ ex beneuolentia, nec ex actib. magis proximis
5 infertur † ad renunciationem iuris quæsiti, nec censetur ab eo recessum. *Card.cons.30.col. 3.nu 13.Tiraq.in l.si vnquam.in 1.num.124.C.de reuo.don.* Et ideo capienda est quæcunq; alia interpretatio. *Host. Ant. & alij c. accedentes. de priuil.Fulg.cons.192.col.1.Dec.cons.402. col: versi. & adhuc benefacit.* Præterea quod mercatores in computis ponere solent solemnitates facien.in illo tẽpore, licet fecerint alio tempore, quia merces soluenda erat prima Aprilis, & tunc incipiebat arrendanent. anni 1544. Ideo merces tunc poni debebat ad. *l: edita.vbi Bal. Bart. & omnes.C.de edendo* ad certam autem confessionem 450. duc. solutorum Michaeli fuit dictum quod non dicit quod soluit virtute arrendamẽti. Et sic ten-
6 tum, quod supradictæ † exceptiones non reddunt pro nunc instrumentum simulatum, coram d. Chissanen. in vna Cæsar Augustana pecunia.die. 4.Maij.1552.

SVMMARIA.

1 *Quietatio limitata ad certam recompensam, valet.*
2 *Renunciatio limitata valet.*
3 *Liberatio limitata ad certam causam valet.*
4 *Quietationes sunt stricti iuris.*

DECISIO CCCCXXII. seu.2.

QVietatio limitata ad certam recõpensam, valet † cum intẽtio quietantis non 1
sit generaliter quietate prout in renunciatione † limitata dixit Soc.*cons.96.n.11.lib.1.* Idem in liberatione † limitata ad certã cau- 2 3
sam dicit, *Ruin. cons.140.nu.3. lib.1.* & quia huiusmodi quietationes † sunt stricti iuris. *Paris.cons.100.nu.64.& seq. lib.3.* Item quia quie- 4
tatio limitata ad certam causam, nõ extenditur ad eandem quantitatem quæ ex alia causa debetur. Et ita tentum fuit die 17. Aprilis.1544.corã do. Oradi.in vna Tolletan. pensionis 500.duc.coram do.Oradi.

SVMMARIA.

1 *Quietatio facta per procuratorem habentem mandatum ad exigendum, & de exactis quitandũ, & quòd facere posset ea quæ exigerent mandatum magis speciale, valet etiam quòd notarius non attestetur, de pecunia numeratione.*
2 *Verba quæ importent liberam potestatem.*
3 *Confessio de receptis facta à procuratore, quando liberet soluentem.*
4 *Actio quando oriatur Domino contra procuratorem.*
5 *Creditoris diligentia quid operetur.*
6 *Temporis longinquitas facit probationem perfici per indicia, & coniecturas.*
7 *Pecuniæ numeratio per quæ verba probetur in quietatione. & num.1.*
8 *Mercatorum iudicio an sit standum.*

DECISIO CCCCXXIII. seu. 3.

QVietatio facta per procuratorem qui habeat mandatum ad exigendum, & de exactis quietãdum, & quòd posset facere ea quæ constituens facere posset, etiam si exigeret mandatum magis speciale, valet † et- 1
iam quod non attestetur notarius de reali numeratione, quia illa † verba importãt 2
liberam potestatem *Bart. in l. procurator. cui generaliter.ff de procur.Alex.cons.28.li.6. & Bal. in l. illud.si.de mino. Alexan.cons.22.col.pen.lib.1.*
& confessio † de receptis, pecunia etiam non 3
numerata, facta à tali procuratore, probat numerationẽ, & liberat debitorem soluentem *Decius in l. 2.§ creditum num.14.& seq.& Curt: iun. num. 25.ff.si cert: peta.* & tanto ma-

gis quando ſumus in alia confeſſione quàm mutui, *ut dicit ibi Decius nu. 17.* Et ex iſta con-
4 feſſione oritur † actio domino contra procuratorem. *Alciat. in d. l. 2. §. de creditum.* Et hæc opinio tanto magis procedit quando in caſu multa concurrunt adminicula, videlicet diligentia creditoris, quam conſiderat. *Afflict. deciſ. 13. num. 8.* & longinquitas
5 † temporis, quæ facit probationem perfici per inditia & coniecturas. *Afflict. vbi ſupra deciſ. 13.* & in quietantia dicitur realiter recepiſſe in certa ſpecie † pecuniarum, quo 6
caſu probatur numeratio, *ſecundum Bald. in l. ex inſinuatione. ante fin. de procurator. quem ſequitur Iaſ. in d. §. creditum.* Accedit etiam iudicium mercatorum † cui ſtandum eſt. *A- 7
lex. in conſi. 147. nu. 10. & ſeq. vol. 2.* Et propterea ex dicta quietatione tot concurrentibus probatur vera † numeratio pecuniarum. Dec. conſ. 150 & ita tentum die 1. Iulij. 1551. 8
coram do. Veſtano in vna Maioricen. pecuniaria.

Finis ſecundæ partis.



DECISIONVM RECOLLECTARVM IN COMPENDIVM.

A. R. P. D. Paulo Æmilio Verallo Episcopo Caputaquense in suo tempore.

PARS TERTIA.

RATIFICATIO.

SVMMARIA.

1 Ratificatio facta ex taciturnitate quinque annorum, an reconualidet instrumentum factum per minorem.

2 L. fi. C. si maior factus. non habet locum quando dolus interuenit.

3 Instrumentum stante dolo, an validetur per expressam vel tacitam ratificationem.

4 Paris. cons. 49. vol. 1. confutatur.

DECISIO PRIMA.

RATIFICATIO facta ex taciturnitate quinq; annorum postquam Nicolaus fuit factus maior, præsupposito, quod cõtractus factus per minorem non sit actus positiuus, sed solemnissimus in
1 casu statuti iuris, & facti, non reconualidat † instrumẽtum, ita vt ratificatio subsistat. *iux. tex. in l. fi. C. si maior factus*, & c. quia d. lex nõ ha
2 bet locũ † quando dolus interuenit, prout nec validatur per expressam ratificationẽ:
3 multo ergo minus per tacitam † ratificationẽ ex lapsu temporis, stante dolo. *Rom. cons. 54. col. 1. in fin. Curt. iun. cons. 50. per totum & seq. Rui. cons. 170. col. 7. nu. 29.* Et licet in dolo præ
4 sumpto ex statuto Paris. contrariũ † voluerit, *in cons. 49. vol 1.* tamen Romanus contrarium voluit *cons. 54. col. 3 & Barto cons. 70. col. 3. vol 2. Curt. in d. cons. 50.* & in dolo præsumpto ratione enormissimæ lęsionis, Barto *cons. 42. n. 14. in fin. lib. 1 & d. cons. 70. col 3. vol. 2.* Et ita fuit tentum die 1. Iunij. 1554. coram domino Oradino in vna Vitiliana dotis.

SVMMARIA.

1 Ratificata quando non dicatur commissio impetrata per assertum procuratorem.

2 Ratificatio non inducitur ex actu contrario.

3 Clausulæ quatenus causa non esset instructa effectus, & nu. 4.

DECISIO 2.

RAtificata non videtur commissio † per 1
Antonium, quæ fuit impetrata per eius assertum procuratorem, quia fuit obtenta do anno 1545. de mense Ianuarij, & de anno 1546, ad instantiam eiusdẽ Antonij præsentati ad beneficium sancti Iacobi, coram Metropolitano coram quo litigarunt, ergo non habuit ratam commissionem per assertum procuratorem præsentatam in curia, quia si illam ratam habuisset, vtiq; litigasset in curia, & non comparuisset coram Metropolitano, corã quo cõstituerat alios procuratores, & sic fecerat actus contrarios, & ex actu
contrario non † inducitur ratificatio. *l. quo. n. §. siue quis petat ff rem rat. haberi.* Et quia cõ 2
missio erat cum † clausula (*quatenus causa non* 3
esset instructa) & causa erat tunc nõ solum instructa, sed etiam finita per sententiã, quare citatio vigore dictæ cõmissionis emanata, non † arctabat citatum ad comparendum quia dabat iurisdictionẽ sub cõditione, quatenus causa nõ esset instructa ideo, quicquid postea factum fuit, non dicitur attentatum, & ita tentum die 19. Octob. 1551 in vna Algaren beneficii sancti Antonii, coram dom. Guidobono.

SVMMARIA.

1 Ratificatio facta per minorem 20. annorũ instrumentorũ sponsaliorũ valet, etiã quod nõ interuenerint solemnitates statuti vrbis, & ratio. n. 2.

3 Donatio propter nuptias non requirit solemnitates statutorum vrbis.

5 *Instrumentum ratificationis solutioni pecuniarum dotium requirit statuti solemnitates.*

DECISIO 3.

RAtificatio facta per minorem 20. annorum contractus seu instrumenti parentelæ, & sponsaliorum, etiam q; non interuenerint solẽnitates statuti vrbis positi in nouis reformationibus de pactis, & donationi-
1 bus nõ valituris, valet, † & tenet, quia hoc
2 statutum nõ † procedit in contractu matrimoniali, & de pendentibus ab eo, *Soc. cons. 80. col. pen. vol. 4. Ruin. cons. 61. col. 4. vol. 3. Bald. noue. in tract. dotium. in 17. & 18. special.* nec minus in
3 donatione † propter nuptias, *Roma. cons. 280. & 394. Ias. in l. si vnus. §. pactus col. 8. & seq. ff. de pact.* & quia statutum vrbis enumerat quatuor casus, in quibus non est comprehensus casus prædictus: secus esset in instrumento
4 ratificationis † solutionis pecuniarum, & ita fuit tentum in vna Pitigliana dotis, coram domino Oradino die 30. Aprilis. 1554.

Recognitio iurium.

SVMMARIA.

1 *Recognitio iurium dicitur nulliter facta coram iudice compulsoriali in partibus si pars non est citata ad videndum iurare testes super recognitione.*
2 *Testes iurare debent parte citata.*

DECISIO IIII. seu. I.

REcognitio iurium facta coram iudice
1 compulsoriali in partibus dicitur † nulliter facta, si pars nõ est citata ad videndum iurare testes super recognitione, quia testes
2 † iurare debẽt parte citata. *c. 2. de testib. Rot. in no. decis. 10.* & ita fuit tentũ, die 27. Iunij. 1554. coram do. Oradin. in vna Septe. bonorum.

SVMMARIA.

1 *Recognosci non debet instrumentum rogatum, sunt 70. anni, & quare.*
2 *Recognitio instrumenti fit per testes.*
3 *Antiquum dicitur in testibus vsq; ad 60. annos.*
4 *Recognitio leuis sufficit iurium aliquorum.*
5 *Citatus quando est procurator ad dicendũ contra iura, si non dicit, præsumitur negligens, & in culpa.*
6 *Culpa in dubio non præsumitur.*
7 *Institutio quomodo probetur ex instrumento alioquo.*

DECISIO V. seu. I.

1 REcognosci non † debet instrumentum rogatum sunt 70. anni, maximè si est o-
2 riginale, quia recognitio † debet fieri per te-
3 stes in quibus dicimus esse in antiquis † vsq; ad 60. annos, secũdum obseruationem Rotæ: quanto magis in 70. & quatenus recognoscatur, sufficit † leuis recognitio, tanto 4
magis, quando extrahitur de Archiuio publico, *auth. ad hæc. C. de fid. instr. & ibi glo. pen. & ibi Bar. in prin. & in auth. & si contractus. col. 1. in 1. lectura ver. vento ad auth. ad hæc de fid. instru. & ibi Bald. col. 3 ver. item scriptura. Rom. cons. 195. & Cald. cons. 72. col. 3. Alex. cons. 138. col. vers. nec obstat si dicatur. vol. 1.* Accedat etiam in casu de quo agebatur, quod procurator aduersarij fuit citatus, coram iudice cõpulsore ad dicendum cõtra, & nihil † opposuit, qui si in- 5
strumentum legitimè non fuisset transumpta tum, opposuisset, alioquin diceretur negligens, & in culpa, quod non præsumitur † in dubio. *Aym. cons. 8. col. 3. Rui. cons. 63. col. pen. vol. 2.* & quia non constabat, quod Vicarius, qui tunc instituerat, erat Vicar. & institutus possedit beneficium. Quapropter satis probatur ex illo instrumẽto institutio, licet recognitum non fuerit. Et ita fuit † tentum, 6
die 26. Iunij. 1551. coram domino Augustino in vna Illerden. Parrochialis de Alzor.

Recuperandæ remedium.

SVMMARIA.

1 *Recuperãdæ remedium competit illi, qui ex voluntate sua cecidit à possessione, quando contractus non fuit per partem aduersam adimpletus.*
2 *Resolutiuum pactum quid operetur.*

DECISIO VI. seu. I.

REcuperandæ remedium competit illi, qui ex voluntate sua cecidit à possessione, quando contractus non † fuit adimple- 1
tus iuxta illam suam volũtatem ex parte alterius, *vt per Soc. in l. rem, quæ nobis nu. 8. vers. 5. dubitabatur. de acq. poss. Rip. in c. sæpè. de rest. spol. & Alex. in cons. 90. fi. col. 5.* Et ita fuit tentum in vna Romana hæreditatis, & bonorũ, coram D. Decano, die 15. Ianua. 1552. vbi Liuia, quæ transegit cum suis consanguineis, potuit agere remedio recuperandæ, quia transactio non fuit adimpleta secundum voluntatem Liuiæ, & sic in ea aderat pactũ resolutiuũ. & resoluta † transactione, perinde est ac si nul- 2
lus consensus per eum præstitus fuisset.

RECVSATIO.

SVMMARIA.

1 *Recusatio iudicis, quando impediat processum ad vlteriora, & quæ sit iusta causa. nu. 2.*
2 *Recusationis causa sufficit. quod de nouo ad partis notitiam deuenerit.*
3 *Præsumitur ignorantia, nisi probetur scientia.*

DECISIO VII. seu. I.

REcusatio iudicis quando fit ex aliqua causa iusta, impedit † processum ad vl- 1
teriora.

teriora. *Fely. in c. a. inter monasterium. de reiud.* &
2 sufficit, quod causa † quæ allegatur sit talis, quæ si probata esset legitima reputaretur, *vt habetur per omnes in cap. postremo. de ap.* Et licet fuerit in illum iudicē consensum per recusantē. tamen quia iurauit causam suspitionis in recusatione allegatum, de nouo ad eius
3 notitiam superuenisse, sufficit, † *capitulo, in-*
4 *sinuante. de offic. deleg.* & ignorantia † præsumitur nisi scientia probetur. *gl. in l. verius. de probati.* Et ita fuit tentū pro nullitate processus facti, coram iudice compulsore recusato ex superueniente causa in vna Burgen iuris votandi Lunæ 21 Nouembris. 1552. coram D. Accorambono.

REGRESSVS.

SVMMARIA.

1 *Regressus reseruatus, intelligitur pensionario, quatenus pensionarius declaret velle vti regressu.*
2 *Regressus quando habeat locum in successorem.*
3 *Procurator generalis non potest caducitatem regressus declarare.*

Decisio viii. seu. 1.

Regressus reseruatus pensionario in euētum, quod rector dicat de nullitate pē-
1 sionis intelligitur † quatenus pensionarius declaret regressu vti velle, & in vita rectoris. *Cassad. decis. 3. de locato.* quod pariter habet lo-
2 cum in successore rectoris quatenus † impugnet dictam pensionem post illius obitum, vel ante: Et ita fuit tentum in vna Tolletana pensionis, die 24. Octobris. 1552, coram domino Reomano: & vide supra, commissio. Nec potest hoc procurator generalis decla-
3 rare † sed requiritur speciale mandatum. vide supra *procurator.*

SVMMARIA.

1 *Pensionarius qui non soluit partem pensionis non cassata, facit vt detur locus regressui.*
2 *Regressus habet locum pro minima parte pensionis non soluta.*

Decisio ix. seu. 2.

Regredi potest Constantinus ad benefi-
1 cium de rigore, quando † pensionarius partē pensionis non cassatæ non soluit, quia licet pensiones aliquę sint cassatæ, non tamē in totū sunt annullatæ, & ideo pro minima
2 illa parte † nō annullata potest regressus habere locum, & ita tenet Rota. quia debebat soluere pro illa parte pensionis, pro qua pensio nō erat annullata. *Paul. de Castr. in l. qui solidum de leg. 2. præsertim in princ. Ab. in c. 1. de plus petitio.* Tamē domini de æquitate voluerūt, quod pensionarii soluāt, & remittatur caducitas, & ita fuit tentum die 4. Nouembris. 1552. in vna Abulen. & Tolletan. pensionis, coram D. Reomano.

SVMMARIA.

1 *Regressus quando non habeat locum.*
2 *Regressum habens, quando exceptione regulæ de triennali repellatur. Intellige, vt nu. 3.*
4 *Scientia est probanda, & quomodo per eum qui habet regressum. num. 6.*
5 *Ignorantia regulariter præsumitur.*

Decisio x. seu. 3.

Regressus non habet locum contra eum qui † possedit pacifice beneficiū per 7. 1
aut 8. annos, illo, qui habebat regressum nihil dicente. *Cassado. decis 5. de caus. poss. & prop.* imo exceptione regulæ de triennali repelli- 2
tur. *Sarnen. in d. reg. de trienn. q. 49.* quod procedit † quando habens regressum, sciuerit esse 3
locum regressui. *Imol. in c. ex ore de his, quæ fiūt à maior. par. capit.* quæ scientia † debet proba- 4
ri cum regulariter præsumatur † ignorantia 5
& ita fuit tentum, die 9. Maij 1551. coram domino Augustino in vna Colonien. canonicatus, & præbendæ: scientia autem illius, † 6
qui habet regressum, qualis esse debeat, vide supra *in verbo scientia.*

SVMMARIA.

1 *Consensus præstitus per procuratorem cōstitutus ab existente in 6. suæ ætatis anno, cum authoritate Vicarii, valet ad reseruandū regressum.*
2 *Dispensare an Papa intelligatur, & habilitare illum qui dixit se esse in 6. anno.*
3 *Consensum præstari debere per resignatarium nō reperitur iure cautum.*
4 *Consensus quare præstetur in pensionibus.*
5 *Consensum præstare potest per procuratorem infans de consensu ordinarii ad constituendam pensionem, & quare.*

Decisio xi. seu. 4.

Regressus, & reseruationes contenti in supplicatione valide fuerunt constituti † ad fauorē Iacobi resignantis per consensum quæsitū per procuratorē ad id manda- 1
tum habentē, ab Annibale tunc existente in sexto suæ ætatis anno, cum authoritate Vicarii, & quia Papa intellexit Annibalē existere † in 6. anno, & sic tacite cum eo dispen- 2
sauit. Præterea de iure communi nō est cautum, quod in regressu † per resignatariū debeat præstari consensus, & ideo cum non sit 3
lege cautum, opponi non potest *l. §. fin. ff. de procur. c. 2. ne sed. vac. Oldrad. cons. 202.* Et hoc tenuerūt omnes domini, quia in regressu non est hoc præscriptū secus autē est in pensione † per regulā de pstando consen. & infans de cōsen- 4
su ordinarii, constituere † potest pcuratorē 5
ad

ad consentiendum pensioni, quia sumus in acquirendo beneficium. Et ita fuit tentum, die 4. Maij. 1554. coram d. Oradino in vna Acherontina monasterij.

SVMMARIA.

1 Regressus cassatur solo consensu etiam tacito.n.2.

3 Regressus quando non dicatur cassatus sine consensu Papæ.

4 Pænitentia habet locum donec Papa præstet beneplacitum à partibus conuentum de impetrando.

DECISIO XII. seu. 5.

1 REgressus solo consensu † cassatur. *c. agatosa 63. distin.*

2 *etiam tacito* † *c. ex ore. vbi glo. in ver. renunciasse. de his, quæ fiunt à maior. part. c. Paris. consi. 76. vol. 4.* Verum quia in cassatione regressus partes in casu de quo agitur, elegerunt viam beneplaciti sedis Apostolicæ, fuit dictum, quod nõ dicitur cassatus regressus,

3 nisi postquam manus Papæ † esset apposita, *vt in c. super eod. de conditio apposit.* & quousque manus Papæ apposita non fuerit, partes à

4 conuentione cassationis recedere † possunt, etiam stãte correspectiuitate, quod Iacobus nolebat cassare, nisi sequeretur concordia inter Marcellum, & Nicolaum, & ita tenuit alias Rota coram domino Mohedano, pro vt similiter tentum fuit, die 22. Maij. 1552. coram domino Fabio in vna Reginen. Abbatiæ.

SVMMARIA.

1 Regressus dicitur bonus, quando mala expressio valoris non probatur, & quare.

2 Verba, & non alias, aliter, nec alio modo, quid operentur.

DECISIO XIII. seu. 6.

1 REgressus est bonus si mala † expressio valoris non probatur, quia cessat dolus, & fraus impetrantis, & quia regressus non fuit reseruatus in prima gratia resignationis beneficij, sed in reformatione, in qua dicit, quod Ioan. Baptista nõ intendebat resignare nisi reseruato dicto regressu, & non alias, aliter, nec alio modo: quæ † verba reddunt

2 actum conditionalẽ. *Abb. in ca. fin. ne cler. vel. vo. Fely. in c. qui in ecclesiarũ. nu. 81. de constitut.* & quia re integra signata fuit reformatio, & data præcedit præstationem consensus. *Cassado. decis. de rer. permutat.* & Io. Baptista nunquam de hoc habuit notitiã, nisi post mortem Matthęi resignatarii. Et ita fuit tentum die 22. Iunij. 1551. coram dom. Guidobono in vna Oxomen. parochialis de Seueris.

SVMMARIA.

1 Regressus seu accessus vt iustificetur, quando docendum sit de lite saltem de facto.

2 Litem non existere de iure neque de facto quando non dicatur.

DECISIO X. seu. 7.

REgressus siue accessus reseruatus ex causa cessionis iuris, litis, & causæ, ad hoc vt dicatur iustificatus, docẽdum est debitæ saltem de facto, quando non constat Papã voluisse, quod esset vera lis, vt dixi supra in verbo regressus reseruatus, decisum fuisse in causa Sigublina integræ portionis, sub die 19. Februarij. 1552. coram domino Guidobono, sed quando constat de lite commissa per assertos procuratores de quorũ mandato nõ constat, non dicitur litẽ † existere neque de iure, neque de facto. *Rot. decis. 2. de rerum permuta. in antiquioribus, & Cassad. decisio. 7. de dol. & contu. & decis. 5. vt lit. pend.* Et ita fuit tentũ in hac causa Seguntina integræ portionis corã dom. Guidobono 26. Martij. 1552. 1 2

SVMMARIA.

1 Regressus de consensu quid operetur.

2 Spoliatus quando non sit restituendus.

3 Ius quæsitum quando dicatur.

DECISIO XV. seu. 8.

REgressus de consensu operatur † vt surrogatus per obitum illius, per cuius obitum est factus locus regressui, non possit immitti in possessionem vigore surrogationis, quia obstat decretũ irritans appositũ in regressu, quod inficit titulum & possessionẽ, quo casu possessio ita dicitur infecta: vt spoliatus † non sit restituendus. *Egid. decisio 536. vers. ratio est. Rot. in antiq. decisio. 429. versic. sicut etiã dicitur Bisignet. decisio. 1. de restitu. spol. colu. 2. vers. & esto Cassado. decis. 3. num. 7 super reg. Socin. cons. 67. col fin. vers. dici posset. volu 3. Idem Cassad. decis. 1. de caus. poss. & propr. Sarnẽ. in reg. de triẽn. q. 49. n. 2. & 3.* & licet alteri non sit ius quæsitum tamen dato habitu, fit locus regressui mediante declaratione illius cui reseruatus est regressus & dicitur iure † quęsitũ, q̃a per surrogationem illud ius dicitur reseruatum, & ita fuit decisum in causa Reginen. Abbatiæ, corã dom. Capisucco 7. Nouemb. 1552. 1 2 3

SVMMARIA.

1 Regressus quo pacto dicatur bene cassatus.

2 Confessio de tractatu actus non probat actura.

DECISIO XVI. seu. 9.

REgressus quotiescunq; non cassatur per supplicationẽ aut etiam instrumentũ, vel alias, coram notario, & testibus quamuis etiã sola voluntate habentis regressum, siue alia superioris cassari posset. *Dec. consil. 290. in auth. Soci. consil. 115. colum. vltima versicul.* sed

ad

1 ad hoc respondeo eod.lib.3.nõ † dicitur cassatus. nec obstat cõfessio literis posita, quia loqui-
2 tur de tractatu † cassationis, sed non constat de, cassatione, eo maximè, quia verba ipsarum literarum non concernunt tempus perfectum, & ita fuit tentũ in vna Reginen. Abbatiæ, coram D. Capisucco 7. Nouembris. 1552.

SVMMARIA.

1 *Regressus quando non dicatur cassatus.*

2 *Pœnitentia datur locus non obstante parua data.*

DECISIO XVII. seu. 10.

1 REgressus non dicitur † cassatus, attenta prima data super illius cassatione, nisi
2 fuerit extensus consensus, quia per paruã † datã non tollitur, quin possit esse locus pœnitentiæ, *vt notissimũ est in curia secundũ stylum:* Vnde si non appareat extensus consensus super cassatione regressus non potest dici cassatus. Ita domini dixerunt, & tenuerunt in causa Reginen. Abbatiæ, corã D. Capisucco 2. Nouembris. 1552.

REGVLA DOLO FACIS.

SVMMARIVM.

1 *Regula dolo facis, nõ habet locum, spolio in odium spoliatoris.*

DECISIO XVIII. seu. 11.

1 REgula illa, dolo facis, nõ habet † locũ in spolio in odiũ spoliatoris *secundũ Alex. in l.naturaliter. §.nihil cõmune.n.35. de acquir. poss.* vt tentũ fuit in causa Romana hæreditatis, & coram D.Io.Ant. Capisucco Veneris 19. Februarii. 1552.

REGVLA DE ANNALI.

SVMMARIA.

1 *Regula de annali non habet locum respectu resignantis, quando resignans est in possessione.*

2 *Regula de annali est facta in odium illorum qui molestant annales possessores.*

3 *Defendere quando se possit resignans ex regula de annali, contra impetrantem per obitum resignatarii. & ratio n.4.*

5 *Spolio agi potest cõtra tertium per resignantem.*

DECISIO XIX. seu. 12.

1 REgula de annali non † habet locum respectu resignantis, quando resignans est in possessione, quia regula est facta in odium
2 † illorũ qui molestant annales possessores. *Sarnen. de anna. qu. 16.* vbi refert alias fuisse ita decisum in Rota secus est quando resignans vult se defendere ex regula contra impetrã-
3 tem per obitũ resignatarii, quia † tunc potest, vt *refert Sarnen. in d. regula. q. 57.* Ratio. qa
4 resignans † contra resignatarium, vel secundum resignatarium non potest se iuuare ex tali detentatione *Cassad. decis. 4. de restit. spoliato.* ideo respectu resignatarii talis detentatio nõ est alicuius † effectus. Secus est respe- 5
ctu tertii, contra quem potest agere spolio. Rot. *Decisio. 1. de renuncia. in nou.* Et est alia ratio, quia resignans reseruauit sibi omnes fructus, quos postmodum pcepit per plures annos, quod non propterea procedit ita de annali. *Sarnen. in d. reg. q. 60.* Et ita fuit tentum die 13. Maij. 1552. coram domino Augustino, in vna Placentina parochialis de Valuerde.

SVMMARIA.

1 *Regula de annali, habet locum etiam in cessionibus, & quando.*

2 *Regula de annali, habet locũ etiam quando, quis vult capere beneficiũ per clausulas generales.*

DECISIO XX. seu. 3.

REgula de annali habet locũ † etiã in cessionibus, quando possessor possedit per annũ pacifice, antequã cessio facta sit. *Cassado. decisio. 15. super regulis.* Et ita fuit tentum, die 27. Aprilis. 1551. coram D. Guidobono in vna Oueten. Archidiaconatus de villa. Vide quod decisum in causa Augusta. præceptoriæ secunda Decemb. 1551. coram Capisucco, vbi fuit dictum quod habet † locũ etiam 2
quando quis vult capere beneficium per clausulas generales.

SVMMARIA.

1 *Regula de annali quid requirat.*

2 *Dictio (tunc) denotat extremitatem temporis impetrationis.*

3 *Dictio (immediate) quid significet.*

DECISIO XXI. seu. 4.

REgula de annali † ad hoc vt habeat locũ, 1
& obstet gratiæ contra quã datur de ea requirit † annalẽ possessionem pacificã im- 2
mediate procedentem illã gratiam, & hoc innunt verba regulæ videlicet dictio (*tunc*) quæ † denotat extremitatem temporis im- 3
petrationis contra quã impetrationem datur de regula & dictio immediate, quæ † denotat annũ immediate præcedentẽ ipsam impetrationẽ, vt fuit decisum in causa Segobi. de villa Castin. corã. D. Vestano 14. Nouembris 1552.

SVMMARIA.

1 *Regula de annali quo ad secundam partem, quando satisfactum dicatur.*

2 *Calumniosus litigator quando quis dicatur.*

3 *Causam iustam litigandi quis habuisse dicatur.*

DECISIO XXII.

REgulæ de annali quo ad secundam partem videtur satis † factum, quando quis 1
infra

infra sex menses possessorem ad iudicium vocauit, & infra annum sententiam obtinuit, vt constat regula. Nec obstat, quod illa sententia per tres alias conformes fuerit reuocata, ita vt videatur ille impetrãs calum-
2 niosus † litigator, † & obstet ei regula *de annali q.35. in fin.* quia respondetur, quod ex eo, quia habuit prædictam sententiam in fauo-
3 rem, quæ non fuit reuocata ex eisdem † actis videtur habuisse iustam causam litigandi *vt est deci. Rota 10. de dol. & cont. in no.* & sic non videtur calumniosus, litigator, & ita fuit decisum in causa Segobië. de villa Castin. 21. Nouẽb. 1552. corã domino Vestano:

REGVLA.

De benef. certo modo vacan.

SVMMARIVM.

1 *Regula de impetrando benefi ia vacantia certo modo, non habet locum cessante molestia.*
2 *Argumentum à cessante ratione legis est validum.*
3 *Regula certo modo intellectus.*
4 *Inhabilitatem contrahere nõ potest qui pro mortuo habetur.*
5 *Cedens ante sententiam, euitat pœnas regulæ de annali.*

DECISIO XXIII. seu. 1.

Regula de impetrando beneficia vacan-
1 tia certo modo, nõ † habet locũ cessante molestia, quia id ita fit ne beneficiorum possessores indebite molestentur, & valet ar-
2 gumentũ à † cessante ratione legis cap. cum cessante, de app. quoniam hæc regula habet
3 † duas partes, & imponit impetrantibus certo modo diuersas pœnas, & in prima parte requirit, quod impetrans ante decretũ citationis, modum vacationis specifice, ac dispositiue exprimat, ac iuret vera esse crimina specificata, & imponit pœnã, quod nisi hoc factũ fuerit non liceat amplius actori per quascunq; clausulas in supplicatione appositas hoc facere, & quod subrogationes postmodum litis huiusmodi vigore nihil prorsus valeant. Secunda pars, quæ incipit, *& si post lapsum d. anni*, vbi ponit, quod si impetrans defecerit in probatione criminum obiectorũ beneficium nõ censeatur litigiosum, & impetrantes ad hoc beneficium sint inhabiles, secundum quam diuisionẽ (quę ex ipsius regulæ facie colligitur) patet, quod regula huiusmodi nullatenus obstat Roberto, qui & si ante decretũ citationis nõ specificauerit crimina, nihilominus tali casu non imponitur per regulã pœna inhabilitatis, nam in secundam partẽ regulæ non potuit incidisse ex quo ne dum ante annum, sed ante tres menses cessit ante terminũ ad articulandũ, liti huiusmodi, & consequenter ad litem illam pro mortuo habetur, qui enim pro mor-
tuo † habetur, contrahere inhabilitatem nõ potest, nec aliquem molestare, & sic pœnam euitabit. *Egid. decisio. 14.* prout in simili dicitur in eo, qui cedit ante sententiam. Nam euitat pœnas regulæ de annali. *Cassador. decis. 17 super regulis.* Accedat, quod Alfonsus erat etiam molestatus ab alio quo ad illam certã pœnam inhabilitatis ad beneficia ambita, *vt in secunda parte regulæ dicitur.* Et ita fuit tentũ die 11. Maij. 1551. coram d. Chissanen. in vna 5
Abloricen parochialis de Congusto. Et ita fuit alias resolutum in vna Teretona beneficiorum, coram domino Reomano.

SVMMARIVM.

1 *Regula (certo modo) tuetur laicum.*
2 *Laicus non est notorie incapax benefi iorũ, cum possit retinere ex dispensatione. & n. 5.*
3 *Regula de annali habet symbolum cum illa de impetrando certo modo.*
4 *Regula certo modo, tuetur etiam inhabiles, & detentores.*

DECISIO XXIIII. seu. 2.

Regula de impetrantib. beneficia certo modo vacãtia tuetur laicũ, † quia regu- 1
la considerat tantummodo, quod laicus nõ † est notorie incapax, cum possit retinere 2
beneficium ex dispensatione. *Sarnen. in regu. de trien. q. 26. n. 3. post doctores in cap. illud. de præsumpt.* eo magis, quia regula de annali, quæ habet † symbolũ cum ista de impetrãdo certo modo, tuetur † etiã inhabiles, & detento- 3
res, cum sit contenta sola nuda detentionẽ. *Sarnen. q. 51. & 54. in fi. in reg. de annal.* Et ita seruat Rota, & quamuis laicus sit inhabilis ad obtinendum beneficia tamen potest illa retinere † ex dispensatione. *Fely. in c. causam col. 3 de præscrip.* Et ita tentum die 4. Nouembris. 1551. coram domino Chissanen. in vna Calaguritan. Abbatiæ. 4

SVMMARIVM.

1 *Regula de impetrantibus certo modo, est facta in fauorem possessoris.*

DECISIO XXV. seu. 3.

Regula de impetrantibus certo modo est facta † in fauorem possessoris, ita vt si 1
impetrans certo modo, non reperiat aliquẽ possessorem, non subiaceat regula de impetrantibus certo modo, cum autẽ in casu pręsenti ille, qui impetrauit, impetrauerit per obitũ certo modo, sequitur, quod subiaceat regulæ de impetrando certo modo, & ita fuit dictũ alias fuisse decisum & hodie cõfirmatum

matu in causa Burgen. præstimonij de Toranstos, coram dom. episcopo Vestano 4. Maij.1552.

REGVLA DE CONCVRren. in benef.

SVMMARIVM.

1 *Graduatus prius præferendus est in terminis regul. de concurrentibus super eo benef.*

DECISIO XXVI. seu. 2.

Regula de concurrentib. super eodẽ beneficio secundum qualitatẽ &c. dispo-
1 nit, quod quando sunt, † duo æqualiter graduati, prius graduatus præferendus est. Ita dixerunt domini in causa Bracaren. monasteriorum præferendo Reuerend. Cardinalem Mignanellũ Dominico de Torres, quia licet æqualiter graduati essent, tamẽ Reueren. est prius & hoc, coram D. Guido bono 4. Aprilis. 1552.

REGVLA DECLARATORIA.

SVMMARIVM.

1 *Prothonotarii participantes, & non participantes, comprehenduntur in regula declaratoria Pauli tertii, de qua hic.*

DECISIO XXVII. seu. 1.

Regula declaratoria Pauli Papæ tertii, alterius regulæ per eum editæ in qua cauebatur Referendarios, & alios officiales ex palatio panem habentes, prothonotarios, Auditores Rotæ, Accolitos, secretarios, ac literarũ apostolicarũ scriptores, Cubicularios, scutiferos, & milites S. Petri & reliquos, qui officiales suæ sanctitatis, & Roma. Ponti. pro tempore extiterint in palatio apostolico, licet in eo. palatio nõ habitent, familiares dici. *prout idem in reg. declaratoria cauebatur.* Nonnulli domini modo dubitabant, an sub illa nũcupatione prothonotarium, vt præfertur, expressorũ, comprehenderentur
1 † tam participantes quam non participãtes. Et propterea ad toll. omnem dubitationẽ, idem Paulus Pontifex attestatur, quod ipse semper intellexit ab initio, tam de participantibus, quæ declaratio, cum veniat ad intellectũ. *1. regul.* quo ad clausulam in Palatio, sequitur. q; est simplex declaratoria, quæ habet locũ in prædictis, & propterea nihil no-
2 ui † inducit. *Paul. de Cast. in l. hæredes palam. §. si quæ post. ff. de test. Dec. in cons. fin. nu. 13. de consit. Sarnen. in reg. de iur. quæs. non tol. q. 13. num. 7.* &
3 quia declaratoria † respicit interpretationẽ verbor. vel respicit circumstantias ipsius actus, vt puta quãdo testis dictũ suum obscurum declarat *Fely. in cap. licet causam. col. 12. vers limita. 10. de probat.* Et de confessione obscura,
5 Cardinalis † *in clemen. constitutionẽ. §. 1. in fin. 1. q. de elect.* & de libello † ponit idem *Fely. in ca.* 6
2. col. 9. vers. item illam fallentiam, de libel. oblat. & statuentibus, qui non possunt de nouo facere statutum, tamẽ, † quod statuta obscura possint declarare. *Fely. in c. qualiter, & quando,* 7
el primo. col. 12. vers. fall. 1 primo. de accusat. Et ita tentum die 16. & 30 Octob. 1551. coram DD: Augustino, & Reomano in vna Lugdune. Prioratus Namtuasi.

REGVLA DE EXTENDEN. consensibus

SVMMARIA.

1 *Regula de extendendis consensibus non habet locum in Cardinalibus.*
2 *Cardinales præstat consensum per cedulas.*
3 *Dispositio legis non conuenit illi, cui non conuenit qualitas legis.*
4 *Regula de extendendis est facta ad tollendas fraudes.*
5 *Fraus non præsumitur in Cardinalibus.*
6 *Cedere non dicitur Cardinalis consentiens collationi alterius.*

DECISIO XXVIII. seu. 1.

Regula de extendendis consentibus non † habet locum in extensione consensuũ 1
præstitorum per Cardinales, quia regula loquitur de consensibus præstitis, coram notario, & testibus: Cardinales præstant consensuum eorum per † cedulã. Ideo non cõ- 2
prehendit Cardinales: cui enim nõ conuenit qualitas legis, non † conuenit illius di- 3
spositio. *Barto. in l. 1. § quod autem. ff. ne quid in loc. public. l. 4. §. ait prætor. ff. de dam. infec.* & quia regula est facta ad tollendas † fraudes, quę in 4
Cardinalibus † non præsumuntur, *vt per Go-* 5
mes. in prohem. reg. q. 6. n. 10. Prętereà regula loquitur in cessionibus, & similibus sed Cardinalis consentiens collationi alterius, nõ cedit, sed facit, q; † prouisio facta sine consen- 6
su suo non resoluatur statim, quod datur dicta regula de consensib. Cardinaliũ. *Sarnen. q. 10. in regul. d. impet. benef. vacan. per obitum familiaris Cardinalis.* Et ita fuit tentum die 29. Aprilis 1551. in vna Segobien. Archipresbyteratus. coram domino Augustino.

REGVLA DE IVRE QVÆsito non tollen.

SVMMARIVM.

1 *Regula de iure quæsito, habet locum in commissionibus iustitiæ.*

DECISIO XXIX. seu. 1.

Regula de iure quæsito non tollẽdo habet † locum in commissionibus iustitiæ
Sarnen. in d. regul. de iur. quæsit. non toll. q. 11. Et

T ita

ita fuit tentum in vna Asculana Gabellarũ, coram domi.Guidobono 29.April.1551,

SVMMARIVM.

1 Regulæ de iure quæsito, quando censetur derogatum.

DECISIO XXX. seu 2.

1 REgulæ de iure quæsito ad hoc, vt sit derogatum, requiritur quod † fiat expressio, & spiritualis mentio illius, alioquin nunquam illi cẽsetur derogatum: ratio ponitur in regula, quæ decernit suæ intentionis fore, quod deinceps per quamcunque signaturam, nulli, sibi ius quæsitum quomodolibet tollatur. Et ita fuit tentum in vna Asculana Gabellarum, coram dom. Guidobono die 29. Aprilis.1551.

SVMMARIA.

1 Regul. de iur. quæsito quando non procedat.

2 Concessum contra ius non dicitur de voluntate Papæ.

3 Ius quæsitum tollere Papa non dicitur reuocando clausulas iniustas quas ante concesserat.

DECISIO XXXI. seu. 3.

1 REgula de iure quæsito, non tollendo† procedit in gratia reformatoria coadiutoriæ de qua agitur: & cuiusdam decreti illius continentis, quod non posset d. gratia impugnari de subreptione, & obreptione. Papa reformando rescriptum, mandauit, ꝙ in causa procederet, perinde ac si illud decretum appositum non fuisset quia per importunitatẽ partis, & sic non fuit de mente
2 Papæ, cum sit cõtra iuris dispositionẽ † *clem. pri: a. de præben. & in c. cum olim, el primo. de priuil. vbi omnes.* Primo, quia pro non apposito habetur, & sic nihil abstulit aduersario. Secundo, quoniam quando Papa ad magis beneficiandum aliquem ponit aliquas clausulas, propter quas infertur præiudicium ali-
3 cui, illas postea reuocando, nõ dicitur † tollere ius quæsitum, quia illas non apposuit, vt tertio præiudicaret, sed vt magis beneficiaret supplicantem, vnde illas reuocando, non dicitur tollere ius quæsitum. *Sarnen. in d. regula. de iur. quæsito non tollen. q. 3.* & quia illa coadiutoria tollebat probatione contrarias. Et ita fuit tentum, die 22. Maij.1551. in vna Ispalen. coram Dom. Vestano.

SVMMARIA.

1 Regula de iure quæsito non tollendo non potest opponi post 30. annos.

2 Præscriptio non habet locum lite pendente. nu. 4.

3 Oppon. de regula de iure quæsito nõ tollendo, quãdo post 30. annos non possit.

DECISIO XXXII. seu. 4.

REgula de iure quæsito non tollendo, potest † post 30. annos opponi, & de ea da- 1
ri, si literæ Leonis restituerent communitatem aliquam. Ratio est: quia præscriptio † 2
non habet locum lite pendente. *Paris. cons. 104. n. 149. vol. 1.* Si vero literæ Leonis exstinguũt litem, tũc non † posset contra eas post 3
30. annos dari, *de reg. de iur. quæsit. non tollend.* quia præscriptio † currit non pendente lite, 4
& quoniam pacifice possidetur. Et ita fuit tentum die 8. Iunij.1551. corã domino Guidobono, in vn Asculana Gabellarum.

Regula de prærogatiuis.

SVMMARIA.

1 Referendariorum quis sit præferendus.

2 Curiales pro maiori parte non sunt graduati.

3 Qualitas illa de iure non consideratur, quæ non est necessaria ad actum.

4 Doctoratus gradus non est necessarius ad Referendariatum.

5 Referendarii sunt in curia qui non sunt doctores.

DECISIO XXXIII. seu 1.

COncessa fuere mandata de prouidendo omnibus Referendariis in supplicatione descriptis, ob labores assiduos per ipsos impensos in signandis supplicationibus, & commissionibus ad tria beneficia, etiam si regularia quæ infra vnius mensis spatium ducerent acceptãdo, cum suspensione quarumcunque gratiarum, & cum clausula anteferri, etiam antiquis, & descriptis familiaribus, sub data die 4. Iulii. 1550. cuius gratiæ vigore Reueren. dom. Franciscus de Villeriis vtriusq; signaturæ Referendarius, & Regens Cancellariæ Apostolicæ, & corrector literarum Apostolicarum, expediuit literas ad collationem episcopi Bracharen. simili modo Reuerendissimus Cardinalis Mignãcellus tunc episcopus Nucerinus, & vtriusque signaturæ Referendarius similes expediuit literas ad eandem collationem dicti episcopi: vacarũt postea tria monasteria quæ dictus D Franc. vigore suæ gratiæ acceptauit, die 18. mensis Nouemb.1550. Et de illis pariter sibi prouideri, (possessione subsecuta) obtinuit, eademq; monasteria d. Reuerẽ. D. Cardinalis Mignancellus die 19. eiusdem mensis Nouembris acceptauit, orta deinde differentia inter pręfatos, datum fuit dubiũ infra scriptũ, videlicet præsupposito, quod gratia (cuius vigore agitur) sit concessa Referendariis, quis † sit, attentis qualitatibus, 1
præferendus, stante ista regula. Domini in 1. positione fuerunt diuisi in votis, & in alia positione dicebant, quod eo, quia expectatiuæ concessæ videntur ratione pauperum curia-

curalium, ideo regula de prærogatiuis expectantium, nō videtur considerare gradus illorum, qui prius doctorati sunt, sed alias qualitates, quantū curiales pro maiori par-
2 te † graduati non sunt. *Bald. in cap. 1. de success. fratr. vel grad. success. in vsibus feud. in 2. col. quem refert gl. in reg. prærogatiuarum in 6. parte. in 2. facie. vers. ideo concludo, ista gratia est concessa referendariis.* Et quod inter eos adsunt illi, qui non sunt doctores, videtur ꝙ Papa noluerit habere considerationē gradus inter eos, & ex hoc videt' sequi, quod regula de concurren. super beneficio iuxta qualitatem, non habet locum cum in casu de quo agitur, vnde remanebit casus iste sub dispositione iu-
3 ris † communis de iure autem non conside-
4 ratur qualitas, † quæ non est necessaria ad actum. Cum igitur gradus doctoratus (vt videmus) nō sit necessarius ad Referendaria-
5 tum, † cum ex ipso facto euidenti appareat, posteaquam aliqui referendarii sunt qui nō sunt doctores ergo apparet ꝙ nō debeat cōsiderari gradus doctoratus, sed qualitates aliæ, & antiquitas referēdariorū, quę faciunt ad officiū referendariatus. *l. 1. vbi Bar. ff. de albo scriben. late scribentes. l. cū quis. ff. si cert. pet. Canonistæ in ca. clerici. de iud. & tradit Staphi. in terminis, in tractat. literarum gratiæ, & iustitiæ car. 134. vers. verum quia. in 1. impressione,* tamē Rota non fixit penes, sed iterū videbitur, die 3. Martij. 1553. in vna Bracaren. monasteriorū, coram domino Decano.

REGVLA.

De publicandis.

SVMMARIA.

1 *Regula de publicando vt sit locus, quid requiratur, & nu. 2.*
3 *Possessio vera, vel detentatio beneficii est probanda.*
4 *Fructus percipere aliud est, & aliud in possessione esse.*
5 *Locatio fructuum quando non obstet.*

Decisio XLIII. seu. 1.

Regulæ de publicandis resignationibus
1 locus non est, nisi † probetur plene resignantem decessisse in possessione beneficii resignati. Nam ad hoc vt sit locus regulæ, re-
2 quiritur, † quod probetur detentatio, vel possessio resignantis tempore obitus. *Sarnen. hic q. 15. Rebuff. in praxi beneficiali super ista regula in gloss. 3. num. 4. & seq.* Nec facit, quod quis cum reseruatione fructuum resignauerit, ad probandum resignantē in possessione obiisse, quia non cōcludit necessario, nam opor-
3 tet probare verā possessionē † vel detenta-
4 tionē beneficii, & aliud † est fructus percipere, aliud esse in possessione. *glo. in verbo fructus. & ibi Docto. in c. si propter. de rescript. & in c. si tibi concesso. de præbendis, in sexto.* Nec obstat locatio † fructuum, quia resignans illud fe- 5
cit, quia habet reseruationē fructuum, & sic ex alia causa. Et ita tentū die 5. Iunij. 1551. in vna Abulen. sanctæ Agnetis, coram D. Barensi.

SVMMARIVM.

1 *Regula de publicando an locum habeat in secundo resignante.*

Decisio XLIV. seu. 2.

Regula de publicandis non habet † locū 1
in secundo resignante, videlicet, si quis cessit in fauorē alicuius, & ille cedens retrocessit in fauorem alterius, tunc non procedit regula. *Cassado. decisio. 27. super regulis Cancellariæ.* Et ita tentum die 26. Iunij. 1551 in vna Pampilonen. prioratus, coram d. Bar.

SVMMARIA.

1 *Regula de publicando habet locū in beneficiis iurispatronatus resignatis in manibus Papæ de consensu patronorum.*
2 *Ius idem statuitur vbi eadem est ratio.*
3 *Resignans post resignationem manens in beneficio resignato dicitur intrusus, & tenetur ad fructus.*
4 *Beneficia iurispatronatus comprehenduntur sub verbis, quibuscunque beneficiis.*
5 *Verbum vniuersale positum in lege, omnia includit, etiam si maior ratio esset in vno quam in alio. num. 6.*
7 *Extensio quando fieri possit.*
8 *Ordinarius non potest beneficia iuris patronatus conferre, neque expectantes possunt illa acceptare. num. 9.*
10 *Rationem æque principalium, si aliqua sunt sublata, alia remanēt, nec pro hoc cessat dispositio.*
11 *Collatio non cadit in beneficio iuris patronatus.*
12 *Verba vbi non conueniunt, non conueniunt iuris dispositio.*
13 *Dec. consi. 224. confutatur.*
14 *Instituere, verbum non conuenit Papæ, sed ordinario.*
15 *Collatio, verbum comprehendit institutionē, & omnem modum per quem prouidetur de beneficio.*
16 *Intellectus ad tex. in cap. cum in illis. §. cum autem. de præb. in 6.*

Decisio XXXVI. seu. 3.

Regula de publicandis resignationibus
habet † locum in beneficiis de iure pa- 1
tronatus resignatis in manibus Papæ de cōsensu patronorum. Ratio est; quia in eis cōcurrunt rationes allegatæ *per Sarnen. in d. regula de publicandis. 3. q. n. 8.* quæ tamen rationes, si non omnes, saltem aliquæ potissime mili-

tant in beneficiis patronatus. Quare idē ius
2 militare dent.† *l. illud ff. ad l. Aquiliā.* militat e-
3 nim in eis illa ratio ne † resignans post resi-
gnationem suā, in periculum animæ suæ in
beneficio resignato intrusus remaneat, fru-
ctus male percipiendo: & alia ratio, ne con-
trahentes cum resignāte post resignationē,
vt cum vero beneficiato, decipiātur, & frau-
dentur. pariter militat illa alia ratio, vt scia-
tur vera vacatio beneficii, qua occulta pro-
pter resignationē non publicatā, prouiden-
tes, & prouisi facie illunduntur. prætereа il-
la verba sunt ita generalia, videlicet (de qui-
4 buscunq; beneficiis, vt dicamus† cōprehen-
di etiam debere beneficia de iure patrona-
tus, *vt per Ioan. Franc. Pauinum super extrauag.
execrabilis. in gl. super verbo disponere, & facit gl.
in verbo quodcunq. in cle. 2. de vit. & hone. cler. Fe-
lyn. in cap. postulasti. col. 11. vers. 4. declaratio, de re-
5 script.* Verbum enim vniuersale † positum in
lege omnia includit, *l. Iulianus de lega. 3. l. à pro-
6 curatore. C. man.* Etiamsi maior † ratio esset in
vno, quam in alio. *Dec in l. 1. in 1. lectura. n. 9. &
in 2. lectura. nu. 33. C. de senten. quæ pro eo, quod in-
terest.* Et ita decisum fuit in causa Conchen.
capellaniæ de Belmōte, Veneris. 14. Octob.
1551. coram D. Dezza, non obstantibus his,
quæ deducta fuerunt in eadem causa, coram
eodem in alia positione facta sub die Vene-
ris 7. Octobris. 1552. quibus omnibus fuit
per dominos responsum. Et primo non ob-
stat, q; regula sit exorbitans à iure cōmuni,
& propterea non debeat extendi ad casus
nō expressos, quia respondetur, q; dato, quod
esset exorbitans, tamē quia militat in bene-
ficiis de iure patronatus eadē ratio quæ mi-
7 litat in aliis, extensio † potest fieri *vt per Do-
ctores in auth. en. quas actiones C. de sacrosanct. ecc.*
Nec obstat si dicatur, quod ex rationib. re-
gulæ relatis per *Sarnen. in regula de publican. q.
3. n. 8.* Non militat illa ratio præiudicii ordi-
8 narii, & exspectantium, cum ordinarius † nō
possit beneficia de iure patronatus confer-
9 re, nec exspectantes † acceptare. Quia re-
spondetur, q; sunt plures rationes illæ quæ
allegantur per Sarnen. & quæ principales,
10 quarum aliquæ si cessant, aliæ † æque prin-
cipales remanent: & tunc nō cessat disposi-
tio. *§. affinitatis. Inst. de nup.* Minusque obstat
quod verba regulæ loquantur de collatio-
11 ne, quæ collatio non † cadit in beneficiis de
iurepatro. sed instit. *ad tex. vbi per omnes in ca.
cum in illis. §. illis vero. de prabēd. in 6. & per Rocc.
in tract. iurispatro. in princ. 5. q. n. 10. & 6. q. prin. ex
frequentibus. de instit.* Et vbi verba non conue-
12 niunt, † non conuenit iuris dispositio: iurib.
vulgaribus, & propter istam diuersitatem
quamuis *Dec. in cons. 224* tenet, quid regula
de infir. resig. non habeat locum in beneficiis
de iurepatr. de consensu per infirmos resi-
gnatis: tamen illud consilium Decii † re-p 13
batur per Probum *in addit. ad Io. Monachum in
d. c. cum in illis. col. 10. num. 54. per 2. col. seq. de pra-
bend. in 6. & per Rebuff. in tractat. nominationum
16. q. pag. 125. in fi. Sarnen. in quibusdam suis addi-
tionib. ad q. 17. in reg. de infir. resi.* Prætereа ver-
bum instituere † nō conuenit Papæ, sed or- 14
dinario, & nos loquimur in Papa, non in or-
dinario. Dec. autem loquitur in ordinario.
Accedit etiā, † q; verbum (*collatio*) compre- 15
hendit institutionem, & omnē modum per
quem prouidetur de beneficio, *vt est gl. ordi-
naria in cle. 1. in verbo conferatur. ad fi. de rerum
perm.* quam sequuntur ibi *Paul. & Card. in 22.
q. Io. de Imol. in 3. col. vers. vlt quærit.* Nec obstat
tex. in d. cap. cum in illis §. cum autem. quia text.
ille loquitur † quando verbum (collatio) 16
ponitur in impetrationibus, non autē quan-
do ponitur in lege, quia tunc institutionem,
& omnē modum prouidendi comprehen-
dit.

REGVLA.

Quod cōmissiones causarum &c.

SVMMARIA.

1 *Regula, quod commissiones causarum, &c. proce-
dit etiam quod sit obtenta commissio, cum de-
rogatione de qua hic. nu. 2.*
3 *Citatio literis non expeditis est nulla defectu iu-
risdictionis.*
4 *Verba quæ faciunt conditionem.*
5 *Conditio est prius verificanda antequā agi pos-
sit num. 6. & 7.*
8 *Iurisdictio nulla, nullum iudicium, quando di-
cantur.*

DECISIO XXXVII. seu. 1.

REgula, quod commissiones causarum
nullius sint roboris, vel momenti, literis
non expeditis, procedit † etiam quod sit ob- 1
tenta commissio in qua derogatur huic re-
gulæ sub his verbis, videlicet ac regula san-
ctitatis. Non obstante qua disponitur quid
cōmissiones causarum literis non expeditis
sint nullius roboris vel momenti & q; nō sit
locus regulæ de surrogan. & interim benefi-
cium non censeatur litigosum, dūmodo ex-
pediantur literæ ante terminū ad articulan
dum. post autē impetratū hanc cōmissionē,
& citationē illius vigore decretū, & execu-
tam, elapsi sunt anni quinq; in quibus reus
semper possedit, & postea actor terminū ser
uauit ad libellandum, & postquam seruauit
bene alium terminum ad articulandum, &
& reus seruauit alios terminos in dicta cau-
sa, actor ipse expediuit bullas die 14. Februa
rii, & sic postquā reus fuerat pacificus pos-
sessor per quinquennium, ratio est quia † 2
commissio

cōmissio homini nullam tribuit iurisdictionem. *Sarnen. in reg. de annali. q. 45. nu. 3.* & citatio
3 literis non expeditis est † nulla ex defectu iurisdictionis, per verba illa, *nullius momēti sit*, & sic nullum iuris effectum parit, & nō interrumpit triennalem possessionem, quia non operatur tanquam molestia iuris, quia nulla est, nec tanquam molestia facti, circa fructus aut possessionem. *Sarnen. in d. q. 45. n. 8. & ita alias decidit Rota in vna Tolleta. canonicatus, & praeben.* corā D. Thoma 25. Iunij. 1540. *Sarnen. in suis addit. in q. vlt. de trienna.* Nec obstat derogatio regulę, quia est limitata dummodo expediat literas ante terminum ad ar-
4 ticulandum, quæ verba † faciunt in hoc casu condonationē. *l. cū ab eo. ff. de cōtrahen. empt. Gemi in c. cum non potest. §. 1. col. fin. de praeben. lib. 6.* Et antequam oriretur validitas tam commissionis quā aliorum ab ea sequendorum literæ essent prius expeditæ. *Io. And. in cap. ex tuarum de auth. & vsucap.* Cum itaq; ante terminum ad articulandū, iam fuerit reus effectus triennalis, sequitur. q; obstat exceptio iam dictę regulę. Nec obstat si dicatur, quod intelligitur de termino ad articulandū bene seruato, quia aut fuit bene seruatus, & p̄clusa est illi via, aut non fuit bene seruatus &
5 hoc casu, quia posset † de nouo seruari, *vt voluit Sarnē. in cōpend. sig. n. 59.* satis erit q; quādo seruabitur iam reus sit effectus triennalis
6 *Sarnen. ibi nu. 51.* Accedat etiam quia † actor seruauit terminum ad dicendum contra articulos, citando ad id partem. *Cassad. decis. 2. de iud.* Et ista regula facit quod nulla fuerit iurisdictio, & sic nullum iudicium, ita vt intret reg. de trien. Et ita tentum fuit die 19. Iunij 1551. coram D. Capi. in vna Vlixbo. de pēna.

SVMMARIA.

1 *Regula, quod commissiones causarum, &c. potest produci in actis quandocunq; etiam post rem iudicatam, & reddit iudicium nullum.*

2 *Iurisdictionis defectus dicitur insanabilis.*

DECISIO XXXVIII. seu. 5.

REgula, quod commissiones causarum literis non confectis, &c. potest produci
1 in actis quandocunque † etiam post rem iudicatam, & reddit iudicium retro nullum
2 ex defectu iurisdictionis, qui † defectus est insanabilis. Et ita tentum fuit, in vna Segobien. de villa Castin, coram dom. Vestano 7. Nouemb. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Regula, quod commissiones causarum, &c. quando non inficiat litem.*

DECISIO XXXIX. seu. 6.

REgula, quod cōmissiones causarum, &c. non inficit litem, quando committens causam habebat † literas expeditas gratiæ 1
expectatiuæ, Ita dixerunt domini, in vna Oscen. Vicariæ de Alcubrecæ, coram do. Vestano 21. Nouemb. 1551.

REGVLA.

Quod vigore transumpti, &c.

SVMMARIVM.

1 *Regula quod vigore transumpti, &c. an procedat quando est capta possessio vigore monitorii A. C. in quo est supplicatio inserta.*

DECISIO XL. seu. 1.

REgula, quod vigore transumpti, supplicationis, aut vigore mandati de capiendo possessionem, &c. quæ habet decretum irritans, procedit quando est capta † posses- 1
sio vigore monitorii A. C. in quo adest supplicatio inserta, licet vigore transumpti, secus autem est, quando vigore monitorii simplicis A. C. esset capta possessio, quia tunc non est locus regulæ, & ita fuit tentum, die 11. Maij. 1552. coram domino Capisucco, in vna Callaguritan. dimidiæ portionis.

REGVLA.

Reseruatoria.

SVMMARIA.

1 *Regula reseruatoria, an comprehendat beneficia electiua, & alia de quibus hic.*

2 *Beneficia electiua sunt digna speciali nota.*

3 *Regulæ Cancellariæ non ligant Papam.*

4 *Speciale est fortius generali.*

5 *Lex generalis non tollit priuilegia.*

6 *Lex secunda an deroget primæ contrariæ.*

7 *Regula Cancellariæ mortuo Papa illius conditore cessat.*

DECISIO XLI. seu. 1.

REgula reseruatoria valoris 200. ducatorum non cōprehendit beneficia de quibus agitur, stante priuilegio Sixt Papę quarti, quo conceditur fratrib. Ordinis Præmonsteraten. Etiā per viam statuti, & ordinationis prouidendi, de quib. ius monasteriis, & Abbatiis non tamen vacantib. apud sedē, ac si prouisiones, & reseruationes generales siue speciales factæ ab ipso Sixto, & aliis suis successoribus nunquā emanassent, cum decreto q; regulæ Cancellariæ & aliæ cōstitutiones ad prædicta monasteria, nullatenus se extendant, & est ratio; quia regula prædicta non † comprehendit electiua, quia † digna 1. 2
sunt speciali nota, & regula reseruatoria nō derogat dicto priuilegio Sixti, & cuius secūdum formā priuilegii eiusdem, specialis derogatio requirebatur, quamuis regulæ † cā- 3

cellariæ nõ ligent Papam. *Sarnen.in reg.de infir.resig.q.1.* prætereà regula est generalis, &
4 priuilegium prædictũ est speciale, ergo † fortius. *Sarn.in procæ.regularum.q.2.n.8.& in reg.de annali.q.23.n.3.* Et quod lex generalis nõ tol-
5 lat priuilegia † firmat *Felyn.in c.nonnulli vers.*
6 *hac & similia de resc.* Nec obstat, quod per secundam legem derogetur primę contrariæ, etiamsi non sit facta specialis mentio *de ea l. sed & posteriores.ff.de legibus.c.1.de constit.in sexto.* Quia respondendo dicitur, quod statutũ vel priuilegium concessum ordini Pręmonstraté. Non est contrarium regulæ reseruatoriæ, cum habeat derogationem reseruatoriarum. Nec obstat, quod regula reseruatoria est notabilis, & habet decretum irritans:
7 quia respondetur, quod regula Sixti, illo † mortuo, cessauit, & remansit priuilegium, quod durabat perpetuo. Et ita fuit tentum die 23. Octob.1551.in vna Ciuitaten. Abbatię Charitatis, coram domino Guidobono.

REGVLA.
Reuocatoria Adriani sexti.

SVMMARIA.

1 *Regula reuocatoria Adriani sexti, an comprehendat gratiam factam loco, puta fabricæ sancti Petri.& nu.3.*
2 *Personarum appellatione non venit collegium.*
3 *Papa si voluisset aliquos exprimere expressisset, alioquin nõ exprimendo, signum est, quod voluit omittere.*

Decisio XLII. seu. 1.

Regula reuocatoria Adriani sexti, in qua reuocat quascunque facultates concessas quibusuis patriarchis, Archiepiscopis, epistolis, ac aliis prælatis, & personis, ac nunciis sedis Apostolicæ, & Cameræ collectoribus de dispensando cum quibusuis personis super matrimonio contracto, vel con-
1 trahendo in gradu prohibito, nõ † comprehendit gratiam factam loco, & sic corpori inanimato, vt puta fabricę sancti Petri de vrbe: Et ratio est quia appellatione personarũ
2 nõ † venit collegium, vniuersitas, vel locus inanimatus. *l. n. etum. §.animaduertendum ff. de eo, quod met.cau.ibi persona, vel populus. Sarnen.*
3 *in reg.de Idiom.q.2.nu.5.* & maxime quando † est gratia facta loco pio, vt fuit dictum alias fuisse decisum in vna causa Conch. præstimonii, coram D.Ioan.Paulo Tholomæo, & in vna Calagurit. coram D.episcopo Rauellē. vbi regula reuocatoria omnium vnionũ non reuocabat vnionem factam loco pio, & maxime quia si Papa voluisset reuocare gratiam factam fabricæ sancti Petri, vtique expressisset, sicut particulares illos collectores Cameræ, & nuncios sedis apostolicę expressit. *argu. l. vnicæ.§.fin. autem deficientis. C.de cadu.tol c.ad audientiam. de deci.* Et ita fuit decisum in causa Ispalen. matrimonii, coram D. Guidobono 2. Decembr.1552.

SVMMARIA.

1 *Regula reuocatoria Pauli tertii, an reuocet reseruam de qua hic.*
2 *Argumentum à contrario sensu habet locum in terminis huius regulæ.*
3 *Ordinariorum collatorum potestas durat nisi expresse tollatur.*

Decisio XLIII. seu. 2.

Regula sanctis. D.N.Pauli.3. reuocatoria expectatiuarum, illarum extensionũ, & mutationis collationum, nec nõ mandatorum de prouidendo, publicata 26. Martij. 1549. Non reuocat reseruam † concessam 1
Bernardo à Paulo 3.de cõsensu Card.de Lotharingia collatoris ordinarii in diœcesi Tullē. Et ratio est: quia regula excipit casus, in quibus. ordinarii collatores possint conferre, in illis verbis, videlicet etiã de consensu ordinariorũ collatorũ, quo ad beneficia, de quibus ipsi ordinarii disponere non possunt, quia sic non prohibet, nec reuocat gratias super beneficiis, in quib. ordinarii possunt disponere, *ad canonem præsum. & l.martyres. C.de procu.l.cum prætor.de iud.* saltem per argumentum à contrario sensu, quid habet locum in terminis dictæ regulæ secundum 2
Staph. *de lit. gra.fol.108.pag.1.& 2.vers.& pro hoc infero.* Sed cũ ista reserua sit huiusmodi, quia Cardinalis Lotharingia habet tanquã Cardinalis indultũ in eccles. Tullē. in qua est ordinari⁹ collator, ergo regula nõ capit hũc casum. Præterea imo Papa in regula reuocauit gratias concessas de cõsensu ordinariorum, quoad beneficia in quibus disponere ordinarii non poterant, quia volebat habere manus liberas, quo ad beneficia pertinẽtia solum ad prouisionẽ suam, de quibus Papa propter plures gratias concessas, non poterat disponere, hoc autem non militat in gratiis cõcessis super beneficiis, de quib. ordinarii poterãt disponere, quia semotis gratiis, nõ cessabit consequenter potestas ordinariorum collatorum, quæ durat, † nisi ex- 3
presse tollatur. Et ita fuit tentum in vna Tullen. canonicatus, & præben. coram. D. Capisuc. die 20. Iun.1552.

REGVLA.
De triennali.

SVMMARIA.

1 *Regula de triennali an habeat locum etiam ad fauorem non promoti.*
2 *Regula de triennali non excipiens nisi duos casus, habet locum in casibus non exceptuatis.*

3 Intelle-

3 *Intellectus ad Sarnen. in q. 10. & 19. reg. de triennali.*

DECISIO XLIV. seu. 1.

1 Regula de triénali habet locum † etiam ad fauorem non promoti adhuc, si appareret, quod non esset ꝓmotus per cõfessionem ipsiusmet, ea ratione: quia licet quis non sit promotus, tamen per hoc sequitur, quod non possit habuisse dispẽsationem, & eo magis quia regula de triennali non excipit: nisi duos casus, † ergo habet locũ in casi. non exceptuatis, & pro decisione allegabat d. Decanus. *dec. Cassad. 3. de caus. poss. & propriet. nu. 6. & 7. & ad dictum Sarn. in q. 10. & 19. in d. reg. de trienna.* Dum allegabat decisionem in causa Romana S. Pauli, fuit dictum, quod
3 casus † Sarnen. habebat locum, quando ille, qui tuebatur regula, produxit promotionẽ non in tempore factam, & sic non poterat se tueri alia defensione. Et ita fuit tentum die 15. Aprilis. 1551. coram domino Augustino, in vna Placentin. parrochialis, de Valuerde.

SVMMARIA.

1 *Confessio propria potest discolorare titulum.*
2 *Dispensatio requirit scripturam.*
3 *Dispensatio potest etiam impediri pro breuere.*
4 *Præsumptio dispensationis, quando esset.*
5 *Præsumptio est quod aliquis non fuerit dispensatus, quando eius dispensatio in locis solitis registri non reperitur.*

DECISIO XLV. seu. 2.

ITa causa fuit iterum posita, die 4. Maij. 1551. & tenuerunt domini contrarium scilicet, quod iste triennalis non iuuatur, regula de triennali, & ratione, quia ex confes-
1 sione sua notoriè constabat † de nõ promotione, & sic titulus erat discoloratus, licet potuisset esse quod fuerit dispensatus. *Sarnen. in d. reg. de trien. q. 24.* & sic recessum fuit à dicta decisione, prout in libris domini Augustini. *fol. 197. & die 29. Maij. 1551.* fuit iterum tentum, quod non sit locus regulæ, quia constabat ex cõfessione aduersarij de titulo discolorato licet potuisset esse, q fuerit dispẽsatus. tamẽ quia Didacus erat miles san. Petri allegabat, quod vigore priuilegiorũ ipsorum militum exemptus erat iurisdictione ordinarij, adeo vt non potuerit visitari ab ordinario, sed fuit responsum; quòd cum ipse per tres annos semper fuerit in curia, dispensationem obtinere non poterat, nisi à Papa, vnde cum dispensationes omnes in curia restringentur cum sint de actibus
2 † scripturam requirunt, & per Ioan. de Spina su[illegible] factæ diligentiæ in Camera, & in cãcellar[illegible], & in registro breuium postq; potuisset expediri etiam per † breue tantum sine suplicatione, & facta ista diligentia o- 3
nus probandi se dispensatum fuisse incumbet ipsi Didaco, per rationem, quia tunc præsumptio † ipsius dispensationis cessat. 4
Sarnen. q. 10. nu. 23. & 41. in fin. d. regul. de trien Cumq; in dictis locis non reperiatur, signũ † est: quod non fuit dispensatus. *Cassad. super* 5
reg. decis. 5. nu. 5. & decis. 8. nu. 2. Et ita tentum fuit d. causa.

SVMMARIA.

1 *Regulæ de triennali quando sit locus.*
2 *Lis extinguitur per cessionem.*

DECISIO XLVI. seu. 3.

REgulæ de triennali locus est contra Nicolaum, licet † ipse possit admitti ad 1
producendum iura pro suo interesse, non citatis Sebastiano, & Episcopo Bitontino collitigantib. ad dicend. cõtra commissionem, & iura: & hoc: quia episcopus cessit in fauorem Sebastiani iura sua, per quam cessionem extinguebatur † lis, & post cessionẽ 2
possedit per triennium pacificè, quod sciuit ipse Nicolaus, & sic litem omnino esse extinctam inter illos duos, *vt latè disputat Sarnẽ. in reg. de trienn. q. 22. coram do. Achille in vna Feretran. beneficiorum, die. 8. Iuny. 1551.*

SVMMARIA.

1 *Regula de triennali habet locum non obstante lite introducta vigore commissionis causæ literis non confectis, & quare.*
2 *Regula de commissionibus causarum, &c. annullat iurisdictionem.*
3 *Lis dicitur nulla, quando non adest iurisdictio, amplia, prout, in nu 5.*
4 *Dictio, tantum, est taxatiua.*

DECISIO XLVII. seu. 4.

REgula de triennali habet locum † non 1
obstante lite introducta vigore commissionis causæ literis non confectis, quia non est derogatum regulæ, quoad commissiones causarum, &c. Quæ annullat iurisdictionem, & ideo † lis nulla dicitur cum non 2
adsit iurisdictio. *Sarnen. q vlt. super reg. de trien. & q. 45. in regul. de annali.* Nec obstat clausula solita apponi in supplicatione, videlicet, etiam, quod interim non censeatur vera lis, sit locus regulæ de subrogando, quia videtur posita respectu dictę regulę de subrogando, non autem aliarum regularum, & in hoc esset prius vidẽdum, si in dicta clausula reperitur originaliter apposita † dictio (tantum) 4
q̃ est taxatiua, alioquin si simpliciter sit apposita ista clausula, secundum stylum Rotæ nulli dubium est: quod non comprehendit

omnes regulas, cum non sit introducta lis
5 per illam commissionem, etiamsi † reus esset citatus, & comparuisset, vt resolutũ fuit in causa Segobien. de villa Castin. coram domino Vestano 7. Nouemb. 1552. *Et vide supra in verbo causa, & in verbo lis. & ita fuit decisum in vna Tolleta. præstimonij de Anuizenq,* coram eodem Vestano, die 14. Octobr. 1552.

SVMMARIA.

1 *Regula de triennali non habet locum in beneficio vacante in curia, & quomodo vacare dicatur in curia. nu. 2.*

3 *Priuationis sententia lata in curia contra absentem, vel non verum contumacem, an dicatur beneficium vocare in curia.*

DECISIO XLVIII. seu. 5.

Regula de triennali, non habet locum
1 in beneficio vacante † in curia, & ideo si beneficiũ vacat per sententiam priuationis latam in curia, vel contra præsentem, vel cõtra absentẽ, tamen contumacem, qui habe-
2 tur pro præsente, dicitur vacare † in curia, *vt est decisio Rotæ 86. aliàs 35. de præbend. in antiq. glo. in verb. mora. in clement. 1. vt lit. pend. Abb. in c. ad petitionem. not. 3. & Fely ibidem. not. 2. de accusa. Franc. in c. præsenti. §. sanè versi. 4. adde de*
3 *præb.* secus si data fuerit contra absentẽ † vel non verum contumacem, *vt inquit Sarnen. in regul. de impetran. benef. per obit famil. Cardinal. q. 7. nu. 7. & seq. & per Panin. de offic. & potest. c. sed. vac. in 6. prælud. nu. 8.* Et ita fuit tentum in causa Compostellan. canonicatus, coram do. Vestano 19. Decemb. 1552.

REGVLA.

De valore exprimendo.

SVMMARIA.

1 *Fama publica excusat malam valoris expressionem.*

2 *Arrendamenta excusant à mala valoris expressione.*

3 *Testes licet inter alias personas examinati, faciunt semiplenam probationem.*

4 *Valor est difficilis probationis.*

5 *Fama sola probat in rebus difficilis probationis.*

DECISIO XLIX. seu. 1.

Regula de vero valore exprimendo, non obstat impetrãti, qui expressit valorem, puta, ad 30. quem verificauit ex testibus de publica voce & fama, & ex tribus arrendamentis prædecessorũ, & aliis testibus, de publica etiam voce, & fama deponentibus, licet fuerint in alia causa examinati super eodem beneficio, non obstante, quod ex aduerso fuerit probatus excessiuus valor. Ratio est: quia fama † publica excusat à tali ex- 1
pressione. *Doct. in l. fina. ante fin. vers. item nota istam legem. de hæredibus instit. & in l. cum quidam. §. quòd dicitur. Item iusta ratio. ff. de acquir. hæred. Felyn. in c. cum contingat. col. 2. de rescript.* Arrendamenta † etiam excusant. *Cassado. de-* 2
cis. 20. super regulis, & testes examinati inter alias personas, faciunt tamen semiplenã probationem. † *Bart. in l. admonendi. col. pen. vers.* 3
quæro, quòd si dicta testium, ff. de iureiur. Dec. in l. 2. C. de eden. nu. 150. & cons. 42. num. 12. Hæc omnia adducta fuere pro excusatione à pœna regulæ de vero valore, & recepta per dominos meos, & maximè, cum valor sit diffi- 4
cilis probationis, secundum Cassad. *decis. 19. nu. 3. super regu. & Sarnen. in q. 11. in reg. de vero valore.* Quo casu sola † fama solet plenè pro- 5
bare. *Bart. in l. si quidem. C. solut. matrim. Roma. consil. 66. colu. 2.* Et ita fuit decisum in causa Lunen. Sarzanen. coram dom. Capisucco, Veneris 12. Decemb. 1552. vt in eius lib. fol. 353.

REMISSORIA.

SVMMARIA.

1 *Remissoria an maiori denegetur.*

2 *Minor solet de iure restitui aduersus omissam probationem, præsertim quando constat illum esse læsum, nu. 3.*

4 *Remissoria denegatur quando est timor subornationis testium examinandorum super antiquis articulis.*

5 *Restitutio minori, & ecclesiæ, quando denegetur.*

6 *Calumnia & dolus quomodo detegantur.*

DECISIO L. seu. 1.

Remissoria secunda denegata fuit Io. Aniæ. minori † quẽuis soleat de iure re- 1
stitui † aduersus omissam probationem. *l.* 2
minor 25. annis si omissam. ff. de minor. Bart. & alij in l. nam, & postea. §. si minor. ff. de iureiur. Aretin. cons. 73. col. 6. Dec. Capel. Tolos. 54. & Afflict. decis. 216. Præsertim, quando constat † mino- 3
rem esse læsum. *Doct. in d. l. Nam, & postea.* Et decisio fuit fundata, quia erat † timor sub- 4
ornationis testium examinandorum super antiquis articulis. *cap. fraternitatis. & cap. constitutus. de testibus & clement. 2. eodem titul.* Et ex eisdem causis calumniæ, & suspicionis denegatur † restitutio minori, & Ecclesiæ, 5
quando contra eos est præsumptio doli, nisi diligenti inquisitione prẽmissa constet iudici probationes omissas esse sui facilitate, vel esset præsumptio subornationis. *Abba. in c. auditis. de restit. in integ. Bar. & alij in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui. ope. nunc.* Verum quia constabat fuisse per eum factam omnẽ possibilem diligen-

diligentiam dum in prima remissoria innumeros testes examinauit, nunc dicere aliis omisisse, est calumnia, & dolus. *Spec. in tit. de restit. in integri.* §. *qui in eam. Alex. in d.* §. *renun-*
6 *ciatio. n. 32.* Et quia † constabat, quòd aliàs testes subornauerat, & falsos induxit, similis præsumptio oritur in futurũ ita faciendi. *Egid. deci. 310.* ad quas præsumptiones purgandas, quando aliàs ad probandum esset admittẽdus, deberet offerre in continenti. de renunci. *per not. in ca. interposita. de appel.* Et ita fuit tentum die vndecima Maij. 1551. coram do. Vestano in vna Tulletan. nullitatis matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria post rem iudicatam concedi non debet.*

DECISIO LI. seu. 2.

1 REmissoria post rem iudicatam concedi non debet, quia † per rem iudicatam est impositus finis litibus, & probationes vlterius non sunt recipiendæ. *c. cum Bartol. de re iud. Ias. in l. si rogatur. col. 4. versic. 5. facit. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.* Et ita fuit tentum in vna Tolletan. de noualcunero die 11. Maij. 1551. coram D. Achille.

SVMMARIA.

1 *Remissoria non est concedenda attentanti ad probandum spolium, nisi expensis refectis.*
2 *Attentatorum causa suspendit tam petitorium quàm possessorium.*
3 *Attentata sunt purganda antequam concedatur remissoria.*

DECISIO LII. seu. 3.

1 REmissoria concedi non debet † attentanti ad probandum spolium, nisi prius refectis expensis actorum, quia causa atten-
2 tatorum † suspendit causam tam petitorij, quàm possessorij. *c. ex parte, el 2 de appel. Cassad. dec. 4. num. 3. de dilat.* Et quia ante omnia pur-
3 ganda † sunt, & reuocanda antequam ad concessionem remissoriæ sit veniendum, & ita fuit tentum, die 15. Maij. 1551. coram domino Capisucco in vna Salernitam. Prioratus.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria danda est in causa matrimoniali, & quid si timetur de potentia secularis domini, num. 2.*

DECISIO LIII. seu. 4.

1 REmissoria in causa matrimoniali dari † debet: sed vbi est timor potentiæ alicuius domini temporalis, tunc † extra illius 2
loca danda est, & ita tentum in vna Venetiarum legitimitatis, coram domino Prospero, die 22. Maij. 1551.

SVMMARIA.

1 *Remissoria an sit danda pro reprobatione testium.*
2 *Suspicio est contra illum qui semel testes corrupit, vt iterum item faciat.*
3 *Calumniosa dicitur dilatio cum petitur ad probandum id quod probatum non releuat.*
4 *Testis noti parti, ignorantia non potest prætendi, vt reprobatio illius admittatur, nu. 5.*

DECISIO LIV. seu. 5.

REmissoria danda non est † pro reprobatione testium, propter suspicionẽ subornationis, & falsitatis. cap. fraternitatis. & in c. cõstitutus. de testib. & suspicandum est contra † petentem remissoriam, vt indies 2
peiora committat. *Egid. decis. 410.* Et quia erat calumniosa, cum dilatio † petatur ad 3
probandum illud, quod probatum non releuat. *l. ad probationem ca. de probatio. Roma. consil. 226. in tertio nota.* Et eo maximè, quia isti † testes quos valebat reprobare petens re- 4
missoriam, erant sibi noti, & non poterat conditionis eorum prætendere ignorantiam, *Bald. cons. 338. lib. 4. Aym. cons. 168. nu. 6.* Et sic videbatur inclusa † via vlterius reprobã- 5
di. *cap. præsertim vbi Doct. de testibus. Salic. in l. si quis ex testib. nu. 9. C. eod.* Et ita fuit tentum, in vna Toletan. matrimonij, coram do. Vestano die 25. Maij. 1551.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur ad probandam nullitatem pensionis, stante clausula in commissione, quòd procedatur sine retardatione solutionis, & quid si materia est releuans, nu. 2.*

DECISIO LV. seu. 1.

REmissoria ad probandum nullitatem pensionis, non † solet dari, quando ad- 1
est commissio quod procedatur sine retardatione solutionis pẽsionis, sed tamen quãdo materia † est releuans, aliquando con- 2
ceditur, sed sine retardatione solutionis pẽsionis. Et ita fuit tẽtum, die 7. Iunij. 1551. coram do. Decano, in vna Ispalen. reseruationis fructuum.

SVMMARIA.

1 *Remissoria super articulis releuantibus an sit concedenda in beneficialibus.*
2 *Consuetudo immemorabilis habet vim priuilegij.*
3 *Calumniæ suspicio, quando cesset in remissoria.*

4 Re-

4 *Remissoriam petens quando debet se obligare de stando vnica sententia.*

DECISIO LVI. seu.7.

1 REmissoria † super articulis releuanti-
2 bus, in quibus consuetudo † temporis immemorabilis, quæ habet vim priuilegij continetur, est concedenda in beneficialib. *c. super quibusdam.* §. *præterea. de verbor. signif.* Et sic vt priuilegio apostolico dicatur concessum, vt huiusmodi permutationes quadrãgulares fieri possent, & factæ sortirentur effectum, cum isti articuli sint releuãtes, præsertim, quia est probatus aliqualis fumus, &
3 sic cessat † suspitio calumniæ. *Cassado. decis. 3. de dilatio. Bart. cons. 138. col. fin. vol. 2.* Cum tem-
4 peramento tamen, quod petens † hanc remissoriam obliget se stare vnicæ sententiæ, & ita tentum, die 19. Iunij. 1551. coram domino Decano in vna Cameracen. canonicatus, & præbend.

SVMMARIA.

1 *Remissoria cum obligatione de stando vnica sententia super remissoria releuanti, concedenda est in prima instantia.*
2 *Aetatis probata per testes semper detrahuntur anni decem.*

DECISIO LVII. seu. 8.

REmissoria in prima instantia cum obligatione de stando vnicæ sẽtẽtiæ super
1 materia releuanti concedi † debet, attento, quod testes in curia satis probãt ætatem 65. annorum coadiuti ex aspectu, sed quia e-
2 rant detrahendi † anni 10. *iux. doctri. Bart. in l. de atate. versus finem de minoribus.* Et sic non erat probata nisi ætas quinquagintaquinq; annorum, ideo fuit cõcessa ad probandum ætatem 60. annorum coadiuti, expressam in coadiutoria, & ita fuit tentum, die 19. Iunij. 1551. coram Do. Vestano, in vna Ispalen. portionis.

SVMMARIA.

1 *Remissoria sine retardatione processus, quando concedenda.*
2 *Remissoria concessa potest relaxari arbitrio Auditorum.*
3 *Remissoria decreta, si illam interpellatus distulit expedire denegatur.*
4 *Remissoria quando præsumatur calumniosa.*
5 *Reo an præfigi possit terminus ad expediendam remissoriam antequam actor probet intentionem suam.*
6 *Matrimoniali in causa proceditur summariè.*
7 *Summariis in causis iudex ad eius arbitrium potest terminum coarctare.*
8 *Terminum iudex ex causa præfigere potest reo, antequam actor probet.*
9 *Dilationes coarctare iudex potest, & pariter terminum statuere.*
10 *Contumaci non tantum iudex statuere potest terminum ad agendum, sed potest illi denegare audientiam.*
11 *Remissoria sine retardatione executionis cui danda.*

DECISIO LVIII. seu. 9.

REmissoria sine retardatione processus
conceditur, quãdo † pro parte illam pe- 1
tentis non est suspicio calumniæ, quia postquam concessa est, illam relaxare, † depen- 2
det ab arbitrio dominorum. *Cassado. decis. 2. & 3. de dilatio.* Et postquam est decreta, si fuit plures † interpellatus ille qui obtinuit illã 3
decerni, vt eam expediret, & distulit non est, ei vlterius concedenda, quia præsumitur † calumniosa. *l. ignoratur cum ibi notatis. C.* 4
de fruct. & liti. expen. & est in terminis decis. Egidij 36.

Nec obstat, quod dicitur q; terminus reo † non potest præfigi ad expediendum remissoriam, antequam actor probet inten- 5
tionem suam. *gloss. in capitul. de teste. extra de testament.* Quia respondebatur, quod causa erat matrimonialis in qua † proceditur 6
summariè propter periculum animarum. *clemen. 1. de iudic.* & in similibus. † Iudex po- 7
test ad eius arbitrium terminum abbreuiare etiam cum repulsione. *clement. sæpè, & ibi gloss. in verb. partes. & ibi Natta. colum. nona, de verborum signification. Rot. decisio. centesimasexagesimanona, in antiq. secunda. gloss. in capit. de testib.* Non procedit quando reusmet spontaneæ petiisset remissoriam, antequam actor probasset, quia ex causa potest † Iudex 8
reo præfigere terminum antequam actor probet. *Doctor. in l. si finita.* § *Iulianus. & ibi Alexander numero centesimodecimoseptimo, de damno infect. Iason. in* §. *omnium. nu. centesimodecimosecundo. de actio. in Institut.* Ad quod optimè facit, quia iudex potest † abbreuiare di- 9
lationes, ac pariter terminum statuere ad probandum. *Doctor. in l. secunda de re iudic. & Natta in d. clemen. sæpe. col. trigesimasecunda.* Et maximè si hoc requiritur ex natura causæ, quia celerem expeditionem desideraret, & constat de contumacia rei pluries interpellati vt acciperet remissoriã & expediat: Quę contumatia facit, † quod Iudex non solum 10
possit terminum statuere ad agendũ, *vt dicit Alexan. in l. generaliter. in fine. ff. de acq. possess.* sed etiam possit denegare audientiam. *l. sed si per*

pratorem

pretorem. §. *sed si cum decreto. ff. ex quibus causis maiores.* Propterea domini tenuerunt, quòd † daretur remissoria sine retardatione ex-
11 peditionis, & probationis sententiæ, quæ tamen fuit prolata die 30. Octob. 1551. in vna Ispalen, matrimonij coram D. Vestano.

SVMMARIA.

1 *Remissoria denegari non solet quando non est calumniosa.*
2 *Remissoria conceditur ad probandum signa, & sigilla notariorum.*
3 *Remissoria conceditur ad probandum scientiam mandati, vt legitimetur appellatio.*
4 *Præsumitur ab eo aliquid recuperatum non fuisse, cui semel datum apparet.*
5 *Remissoria datur ad defendendum sententiam, contra quam oppositum fuit de nullitate.*

DECISIO LIX. seu. 10.

1 REmissoria denegari non solet, quando † non est calumniosa. *l. iudices. cum auth. sequen. C. de fid. instrum. Cassad. decis. 3. de dilat.* Et
2 solet † concedi ad probandum signa, & sigilla notariorum, ne ius partis pereat. *Rot. decis. 218. in nou.* Et ad probandum scientiam
3 † mandati, vt legitimetur appellatio, concedi debet. (*Mil. in repertorio in verbo*) *remissio ad partes. post Io. And. & Host.* Maxime quia constat de fumo, per plures constitutiones mandatorum factorũ coram capitulo. Nec dicatur quòd hoc mandatum tunc temporis non erat penes notarium capituli: quia
4 ex quo semel † fuit illi præsentatum, non præsumitur ab illo recuperatum, nisi probe-
5 tur. *l. eum qui. ff. de proba.* Præterea datur † remissoria ad defendendam sententiam contra quam fuit oppositum de nullitate. Milis vbi supra: & ita tentum die 25. Iunij. 1551. in vna Giamen. scholastriæ coram dom. Batengo.

SVMMARIA.

1 *Remissoria non conceditur in prima instantia, sine fumo, etiam cum obligatione de stando vnicæ sententiæ, ad probandum expressionem mali valoris factam in gratia.*
2 *Remissoria ad probandum obiectus non datur sine fumo.*

DECISIO LX. seu. 11.

1 REmissoria sine fumo concedi † non debet in prima instantia cum obligatione de stando vnicæ sententiæ, ad probandum expressionem mali valoris factam in gratia:
2 ratio est, quia sine fumo non datur † remissoria ad probãdum obiectus, pro vt est probare expressionem mali valoris, postquam est datum de regula de valore contra Impetrantem: & ita tentum. die 1. Iulij 1551. in vna Pampilonen. prioratus, coram D. Baren.

SVMMARIA.

1 *Remissoria conceditur ad probandum consuetudinem, quod res Ecclesiæ datæ in emphyteusim, debēt finita locatione, relocari proximioribus emphyteutæ defuncti, & hæc consuetudo est damnosa ecclesiæ, nu. 2.*
3 *Generatione finita, ecclesia potest facere suam cõditionem meliorem, & sic augere canonem.*

DECISIO LXI. seu. 12.

REmissoria ad probandum consuetudinem, quod res ecclesiæ datæ in emphyteusim, debent iterum locari proximioribus emphyteutæ finita locatione, est † dan- 1
da: licet non sit vtilis, sed onerosa eccle. Sed hoc iudicari debet post eiusdem consuetudinis probationẽ, non ante, ne facultas probãdi amputetur. Accedat quod est materia profana, quamuis pro maiore parte tenuerint esse † consuetudinem damnosam, & nõ 2
vtilem ecclesiæ, quia quando generatio est finita, tunc ecclesia † posset suam conditio- 3
nẽ facere meliorem, & sic augere canonẽ, & ideo elegerunt reuisores. & ita tentum die 13. Iunij. 1553. coram D. Decano in vna portugallen prædij.

SVMMARIA.

1 *Remissoria ad probandum symoniam conuentionalem, non datur sine magno firmo.*
2 *Remissoria non datur ad probandum delictum.*

DECISIO LXII. seu. 13.

REmissoria ad probandũ symoniam † cõ- 1
uentionalem dari non solet, nisi constaret de magno firmo, quia daretur ad † pro- 2
bandum delictum symoniæ. *Cassad. decis. 4. de dila.* eo magis quia testes probãt, quod mandata erant sub diuersis datis. & ita tentum die 18. Ianuarij. 1553. in vna Aullen canonicatus coram D. Decano.

SVMMARIA.

1 *Remissoria non datur illi, qui potuit testes examinare lite pendente in partibus.*
2 *Remissoria non datur spoliatori, ad confouendum se in spoli. quod est bene probatum.*
3 *Remissoria nõ conceditur ad probandum crimen.*
4 *Criminis obiectus non admittitur ad Impediendam restitutionem.*
5 *Symoniæ crimen ante declarationem sentẽtiam, non impedit restitutionem.*
6 *Procuratoris mandatum speciale requiritur ad obligandum dominum de parẽdo vnicæ sententiæ.*

DECI-

DECISIO LXIII. seu. 14.

1 REmissoria concedi non debet illi, qui potuit † testes examinare lite pendente in partibus, coram iudice illius causę, & non fecit, *Paul. de Castr. in l. de die. §. tutor. ff qui satisd. cogan. Afsli. decis. 137. nu. 4.* Nec minus spo-
2 liatori, ad † cōfouendum se in spolio, quod est bene probatum. *Cassid. de dila. decis. 2.* Nec
3 ad probandū crimen † cōceditur, *vt in auth. apud eloquentissimum. C. de fid. instru.* Quia ob-
4 iectus † criminis non est admittendus ad impediēdum restitutionem. *c. item cum quis.*
5 *de restit. spoliat.* Et crimen † symoniæ ante declaratoriam sententiam non impedit restitutionem. *Ab. in d. c. item cum quis. col. 4. in prin.* Accedebat, quia procurator non habebat
6 † mādatum de obligādo principalem suum de stando vnicæ sententiæ, & propterea domini mandabant, quod non obstante apodissa Cardinalis de Monte suspensiua, causa expediretur: quia sumus in causa spolij matura, die 10. Februarij. 1553. in vna Lucana Canonicatus, & præbendæ, coram Do. Decano.

SVMMARIA.

1 *Remissoria executa est nulla stante recusatione notarij. vel protestatione partis, quod vnus ex duobus electis non examinet sine alio. n. 2.*
3 *Notarius potest recusari, etiam solo ex iuramento.*

DECISIO LXIV. seu. 15.

1 REmissoria est nulliter executa si pars iurauit suspectū habere † notariū remissoriæ, & ptestata est remoueri, aliàs de nul-
2 litate dixit, vel si duo † sunt deputati, & aliqua partium petiuit quod vnus sine alio nō examinaret, aliàs de nullitate protestatus
3 est, & illa ist ratio, quia Notarius † potest allegari suspectus, *vt est gl. in verbo artificis. in §. & quod in authen. de triente, & semiss.* Sufficit e-
4 nim sola allegatio † suspitionis ad recusandum notarium, quæ probatur iuramento, *secundum Bald. in c. super quæstionum. colu. 1. versic. pone quòd notarius. de offic. deleg. Franc. in c. cum speciali. colum 5. versic. 2. dubitatur. de appell. Alex. consi. 104. col. 1. vol. 5.* Et ita tentum fuit in vna Melitana iurisdictionis coram D. Decano 7. Nouemb. 1552.

SVMMARIA.

1 *Remissoria de iuris rigore, denegari non potest.*
2 *Remissoria denegatur in casu nimia negligentia ad illam expediendam.*

DECISIO LXV. seu. 16.

1 REmissoria licet de rigore iuris nō † possit denegari, tamē in aliquo casu domini delegant, vt in casu nimiæ negligentiæ † ad expedidendum illam, vt fuit dictum in 2
causa Ispalen. matrimonij, coram do. Guidobono 9. Maij 1552. vbi fuit denegata, quia erat decreta dominis de Ponce, quibus fuit præfixus pluries terminus ad illam expediendum, & fuerunt in maxima negligentia, & non curarunt illam expedire, maxime cū essemus in causa matrimoniali, quæ requirit celerem expeditionem, sed postea fuit concessa remissoria post longā disputationem, in causa ista sub die 14. Nouembr. 1552. coram D. Guidobono.

SVMMARIA.

1 *Remissoria denegatur quando materia non est releuans.*
2 *Dilatio frustra conceditur, qua non releuat.*

DECISIO LXVI. seu. 17.

REmissoria denegatur † quando materia 1
non est releuans, cum frustra concedatur † dilatio cuius expectatio, & finis potius 2
dispendium, quàm commodum vtriq; debet afferre. *Cassido. decis. 2. de dilat.* Ita fuit dictum in causa Segobien. spolij beneficij de Aldea del Reij, coram dom. Guidobono 27. Iunij. 1552.

SVMMARIA.

1 *Remissoria aliquando concessa est ad probandum concubinatum notorium.*
2 *Præsentatio indigni facta à patronis facit, vt collatio illius beneficij deuoluatur ad episcopum pro illa vice.*
3 *Ordinarius quando conferat beneficium iuris patronatus,*

DECISIO LXVII. seu. 18.

REmissoria fuit p dominos data † in cau- 1
sa restitutionis in integrum, ad probandum concubinatum publicum aduersarij præsentati à patronis, vt ostendatur, quod vigore constitutionis illius Ecclesiæ, collatio illius beneficij deuoluebatur ad episcopum pro illa vice, cum patroni indignum scienter † præsentauerint. *c. perpetuo. vbi no-* 2
tatur. de elect in 6. Abb. in c. congregato. nu. 3. de elect. Et tunc ordinarius probata per obtinētem remissoria, & sic constito de delecto concubinatus † potuit conferre, & hoc fuit 3
factum in causa Calagurita. de Vnza, coram do Guidobono. 14. Octob. 1552.

SVMMARIA.

1 *Remissoria datur regulariter in prophanis in qualibet instantia, etiam sine fumio, dummodo sit releuans.*
2 *Probatio frustra expectatur, qua cum venerit non releuat.*

DECI-

Decisio LXVIII. seu xix.

1 Remissoria regulariter in probandis datur † quolibet instantia, etiam a fine termino, dummodo sit relevans. Ratio limitationis
2 est, quia frustra † expectatur probatio, quæ cum peruenerit, non releuaret. *Cassad. decis. 2. de dilat.* Ita domini plures tenuerũt in specie in caussa Oueten. Abbatissarum de Olera, coram dom. Montisfalconen. Mercurii 26. Octob. 1552. Idem fuit tentum in eadem caussa, coram eodem. Idem in caussa Valentina subsidiorum, coram domino Capilucco Veneris 7. Aprilis 1552.

Svmmaria.

1 *Remissoria quando dicatur bene exsecuta coram vno ex duobus iudicibus.*

2 *Iudicum multiplicationi in fauorem vnius partis factæ potest eadem pars renuntiare.*

Decisio Lxix. seu xx.

1 Remissoria dicitur bene exsecuta, † licet pro parte obtinentis eam magis exsecuta sit coram vno, quam coram altero iudice ex illis pro parte obtinentis
2 remissoriam electis, quia multiplicatio † iudicum in eius fauorẽ est introducta, cui potest renuntiare, dummodo ordo seruetur quo ad iudices alterius partis, cõtra quã remissoria fuit decreta. Ita fuit dictum, & seruatum in caussa Dertusen. canonicatus & præbend. Lunæ 21. Nouemb. 1552. corã D. Fantuccio.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria quo pacto concedenda sit, quando timetur subornatio testium.*

Decisio Lxx. seu xxi.

Remissoria quando est releuans, ita vt debeat concedi, & timetur subornatio testium, debet concedi cum hoc †
1 remedio, quod obtinens remissoriam, debeat hic Romæ nominare tres testes bonæ famæ, & conditionis, in quibus non cadat suspicio subornationis, quos examinare faciat. Ex quibus dictis Rota iudicabit dicta aliorum, & poterit videre si alii fuerint subornati, nec ne. Ita fuit factum in caussa Romana dotis, & castrorum coram dom. Capisucco Veneris 17 Iunii. 1552.

RESCRIPTVM.

SVMMARIA.

1 *Rescripto duobus iudicib. directo, si vna partium protestatur, quod coram ambobus procedatur, & proceditur coram vno, an processus sit nullus, supposita clausula de qua hic.*

2 *Intellectus cap. cum plures. de offic. dele. lib. 6.*

3 *c. cum plures. de offic. deleg. lib. 6. limitatur.*

Decisio Lxxi. seu i.

Rescriptum ad lites directum duobus iudicibus, cũ clausula, & si nõ omnes, si altera partium intimationem seu protestationem facit, quod debeat coram duobus procedi, & tamen proceditur coram vno tantum, processus † est nullus defectu 1
iurisdictionis, & quia *cap. cum plures. de offic. deleg. lib. 6.* habet locum quando coram vno fuit inceptum iudicium. Sed quando 2
facta est intimatio seu protestatio per vnã partem, quod procedatur coram ambob. tunc si non procedatur coram omnibus, processus est nullus. Itaque limitauit † *Rota in d.* 3
c. cum plures, & ita videtur tenere Bald. in l. s. d. si etiam in prima lectura. vers. modo quæro & in secunda lectura. versi. nota argumentum ff. de arbi. Et ita tentum die 19. Octob. 1551. coram do. Vestano, in vna Coletana de Galapaga.

Svmmaria.

1 *Rescriptum obtentum ab excommunicato, est ipso iure nullũ. Limita, si obtineatur ab eo coram Auditore Rotæ. num. 2.*

3 *Auditores Rotæ habent ordinariam [illegible] iurisdictionem in procedendo, sed delegatam in decidendo.*

Decisio Lxxii. seu ii.

Rescriptum obtentum ab excommunicato est † ipso iure nullum. *cap. 1. de* 1
rescript. in 6. Quod verum † non est, co 2
ram Auditoribus Rotæ, qui in cognoscendo † ordinariam iurisdictionem habent, se- 3
cus in decidendo *Rot. decis. 175. & 362 in no. & in antiq. decis. 594. Mil. in repertorio. in verbo. excommunicatus licet non possit. Franc. in d. c. 1. de rescript. in 6. colum. 6. versic. decimo quæritur. Felyn. in rubr. de rescript. colum. 2. versicul. hos quinque casus.* Ita fuit dictum in caussa Farfen. Abbatiæ, coram domino Guidobono 9. Nouembris 1552.

RESERVATIO.

Svmmaria.

1 *Acceptationis etiam animus principaliter consideratur in reseruis.*

2 *Termini præfixi ad acceptandum pendentia, an ligat inferioris manus.*

3 *Intellectus d. si tibi absenti, de præben. lib. 6. & num. 4.*

Decisio Lxxiii. seu i.

Reserua ad beneficia vacatura tunc demum operatur in fauorem habentis dictam gratiam, si tempore vacantis beneficii, ille qui habet reseruam, beneficiũ vacans acceptat, † seu alias animum tuum 1
declarat, propter illa verba posita in gratia reseruæ, ibi *quæ non solum tu, per te, sed per procuratorem tuum infra vnius mensis spatium duxeris acceptanda.* & ibi, *& nihilominus beneficia reseruata huiusmodi post acceptationem prædictam ex nunc prout ex tunc, & econtra tibi conferimus.* & ibi, *quo circa venerabilib. fratribus nostris, &c.* mandamus, vt te vel procuratorem tuum in acceptandorum beneficiorũ possessio-

nem inducant: & alibi sæpe in gratia reser-
uæ fit mentio de acceptatione. *Cassad. decis.*
3 de præbē. Nec obstat *cap. si tibi absenti, de præ*
2 *ben. lib. 6.* Quia † dicta pendentia termini
præfixi ad acceptandum, ligauit manus in-
ferioris, non autem manus Papæ. *clem. 1. §.*
secus. de concess. præbend. Felyn in cap. cum ex of
ficii. colum. fin. de præscript. Bisig. decis. 23. de præ-
3 *ben. & 834 in antiq. & 244. in nou. & cap. si tibi*
absenti. Non procedit † in gratia conditio-
nali super incerto corpore benefici. *Cassa.*
4 *decisi. 8. de præb.* Nec † habet locum in vacan-
te. Et ita fuit tentum die *11.* Maii 1552. in v-
na Calaguritan. Archidiaconatus, coram
D. Achille.

SVMMARIA.

1 *Legatus de latere potest reseruare certum bene-*
ficium etiam in præiudicium ordinarii, &
qu[illegible] ura velit reseruare. num. 3.
2 *Ordi[illegible] quando conferre non possit.*
4 *Narratiua legati an inducat alias reseruationes*
præterquam expressas.

DECISIO LXXIV. seu II.

1 RESeruare † potest legatus de latere
certum beneficium, etiam in præiu
dicium ordinarii, & sibi non obstat.
cap. præsenti de offic. leg. lib. 6. Aeneas de falct.
in tract. reseru. in 2. part. in 4. præludion. Et post
2 illius reseruationem & inhibitionem ordi-
narius † conferre non potest. *Anch. Gemi.*
& Franc. in cap. hi qui. de præbend. in 6. Aeneas
in d. tractat. part. 2. prælu. vlt. Secus est, si le-
gatus reseruauit sibi † plura beneficia in ea-
3 dem ecclesia, & sub vno collatore, quia tūc
obstat sibi *dictum ca. præsenti*: Et licet in inhi
bitione legati narrētur aliæ reseruationes.
dixerunt domini, quod ex illa narratiua †
4 † non inducuntur aliæ reseruationes super
aliis beneficiis, maxime stante reseruatio-
ne facta de beneficio, de quo agitur sola, &
specifice. Et ita fuit tentum die 29. Maii
1551. coram dom. Chissanen. in vna Foro-
liuien. S. Iacobi, & die *1.* Iunii *1551.* dicta
decisio fuit confirmata, quia reseruatio le-
gati erat ad diuersas collationes. Nec ob-
stat, quod sint in eadem ecclesia illa bene-
ficia, quia erant ad collationem diuersorū
collatorum, & ita intelligitur *text. in d. capit.*
præsenti. ne nimium præiudicium infera-
tur ordinario.

SVMMARIA.

1 *Reseruatum generali reseruatione, an dicatur be-*
neficium vacans per obitum familiaris Car-
dinalis. & num. 2.
3 *Reseruatio generalis dicitur illa, quæ prouenit ex*
dispositione iuris communis & quare.
4 *Reseruationes speciales quæ dicantur, num. 5.*
5 *Iacobus Simonetta olim Rotæ Auditor postea*
Cardinalis.
7 *Cassatura, denegationem inducit & num. 8*
8 *Concessa censentur nō cassata in supplicatione*
10 *Decis. 877. in antiquis declaratur.*
11 *Noua prouisio non capit beneficium reseruatum*
speciali reseruatione.

DECISIO LXXV. seu III.

RESeruatum est beneficium vacans per
obitum familiaris Cardinalis genera
li reseruatione, quia prouenit ex re-
gula de impetran. beneficia vacantia per
obitum familiarium Cardinalium. *Egid. dec.*
34. vers. ad tertium Aeneas de Falco. in tractat
reseru. in 2. q. principali. fol 4. Sed tamen non 2
† est verum, quia speciales dicuntur. Nam
reseruatio generalis † dicitur illa, quæ pro- 3
uenit ex dispositione iuris communis, cum
perpetua sit. *glo. in l. edita. C. de ed. in vers.*
perpetuus. l. 2. de stat. homi. l. qui exceptione in prin.
ff. de condit. inde. Illæ vero, quæ perpetuæ non
† sunt, speciales dicuntur. Sed inductæ per 4
regulas, sunt temporales ad vitam Pontifi
cis regulam edentis, & reseruationes indu-
ctæ per extrauagantem ad regimen, tantū
durare debebant, quantum vita Benedicti
12. durauit, quamuis consueuerint innoua-
ri per successores Pontificis durare eorum
vita tantum. Et ita dicuntur speciales † istæ
reseruationes inductæ ex regulis, quia non 5
sunt perpetuæ. *Anch. cons. 29. in princ.* & de
istis reseruationibus vide plene *per Reuer. in.*
Iacobum Simonettam † olim Rotæ auditore, 6
postea meritissimum Cardinalem *in tract.*
de reseru. c. 3. sub rubr. quotuplex sit reseruatio. I-
deo noua prouisio, in qua fuit cassata clau-
sula, etiam si ex illo quæuis generalis reser-
uatio in corpore iuris clausa resultet, & si
generaliter reseruata aut affecta fuerint, &
cum clausula generalem reseruationem
importante nō suffragatur impetranti, quia
ex cassaturis colligitur mens concedentis,
cassatura enim denegationem † inducit.
l. qui cancellauerat. ff. de his, quæ in testam. delē-
tur. sicut reliqua non cancellata † in suppli 7
catione censentur concessa. *Rot. in nou. deci.* 8
77. & in antiq. decis. 358. & 377. & Bellam decis.
394. Et cancellata denegata videntur. *Ias.* 9
in rubri. ff. de acquiren. poss. col. 3. Non obstat
decis. Rot. 577. in antiq. Quia illa procedit †
quando nulla mentio esset facta in suppli-
catione, nam tunc fieret interpretatio in
præiudicium Papæ, secus autem est, si pe-
titum est in supplicatione, & tamen dene-
gatum fuit, prout in casu nostro, merito
noua prouisio non † capit beneficium re- 11
seruatum speciali reseruatione. Et ita fuit
tentum die 5. Iunii *1551.* coram domino
Guidobono, in vna Bononiensi, de Bonda-
nello.

Sum-

SVMMARIA.

1 *Reseruata dicuntur beneficia subcollectoris deputati a collectore Hispaniarum, etiam nō præstito illi iuramento de fideliter exercendo. num. 2.*

3 *Subcollectoris deputatio valet ante administrationem, & antequam incipiat exercere. numero 4. & ante officii acceptationem. num. 5.*

6 *Cogi potest quilibet etiam inuitus ad acceptandum officium subcollectoris.*

7 *Iuramenti clausula non suspendit ortum officii subcollectoris. sed exercitium iuramento non præstito.*

DECISIO LXXVI. seu IV.

1 RESeruata † sunt beneficia Io. de Torella subcollectoris deputati a Reuerendissimo Collectore Hispaniarum, etiā
2 non † præstito illi iuramento de fideliter
3 exercendo, quia illius deputatio † valuit ante eius administrationem, & ad hoc sunt plures. *decis. 15. de prabend. in antiq. & eod. tit. 12. in nou.* Quod procedit etiam antequam
4 inceperit † exercere officium. *Rot. decis. 15. de praben. in antiq. & ampliat. hoc. Rot. decis. 12.*
5 *in nou.* Quod procedat adhuc ante † acceptationem, & quia ad acceptandū hoc offi-
6 cium, quilibet etiam inuitus † cogi potest. *cap. pastoralis. de officio. deleg. l. minorem. §. de iudica. ff. de mune. & hono.* Et ita tenet Reuerēdissimus *Simonetta in tractat. reser. in rubri. de benefic. col. vers. 5. procedit.* Et clausula iuramenti non suspendit ortum ipsius officii,
7 sed illius exercitium † iuramento non præstito *cap. bi soli. de concess. praben. lib. 6. & glos. in verb. conferen. in cap. dilectus, el secundo. de prabend. & in cap inter cæteras. in verb. initium. eo. tit.* Et ita fuit tentum die 15. Iunii 1551. coram domino Decano, in vna Gerunden. beneficiorum, & vide supra in verbo collector.

SVMMARIA.

1 *Papa an credatur de reseruatione narranti.*

2 *Papæ non attestanti de facto proprio nō creditur.*

3 *Probatio in contrarium non admittitur contra Papæ attestationem, secus contra motum proprium. num. 4.*

5 *Clement. prima de probat. quomodo procedat.*

DECISIO LXXVII. seu IV.

1 RESeruatio non † probatur, si Papa narrat in breui, beneficia vacantia per obitum N. extra Romanam curiam, quæ antea erant dispositioni apostolicæ re-
2 seruata, quia Papa non † attestatur de facto proprio. & Rota tenet & seruat, quod con-
3 tra attestationem Papæ, non † admittatur probatio in contrarium, sed contra motū
4 proprium † bene admittitur. *Socin. in consil. 260. lib. 3. Vita. in trac. clausularum. de verbis enuntiatiuis in priuilegiis & in rescriptis.* Nec facit *Clemen. 1. de probat.* Quia procedit quan- 5
do Pontifex se fundat in facto proprio. Et ita tentum die 23. Octob. 1551. coram domino Guidobono, in vna Lucien. Sarzanen.

SVMMARIA.

1 *Reseruatum beneficium potest in manibus ordinarii resignari & vacare, tunc dicitur beneficium.*

3 *Resignationem beneficii reseruati ordinarius admittere non potest.*

DECISIO LXXVIII. seu III.

RESeruatum beneficium potest † in manibus ordinarii resignari, & respectu 1
dictæ resignationis vacat † beneficiū, 2
etiam quod ordinarius non † possit admit 3
tere resignationem, & collatio spectat ad solum Papam. *decisione prima. de rerum permu. in nou. vide supra in verb. articuli. decis. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio an probetur ex narratiua breuis de capiendo possessionem.*

DECISIO LXXIX. seu VII.

RESeruatio non probatur ex narratiua 1
breuis de capiēdo possessionem absq; vitio spolii, & attentatorum, quando Papa non dicit per nos beneficium reseruatum fuisse, sed antea dispositioni apostolicæ fuisse reseruatum, *ad cle. primam. & ibi per Bonif. de Vitall. num. 23. & num. 1. & nu. 50.* Et ita fuit tentum in caussa Lucien. Sarzanen. beneficiorum, coram dom. Guidobono 9. Martii 1552.

RESIGNATIO.

SVMMARIA.

1 *Resignatio non publicata, non valet.*

2 *Regula de publicando prouenit ex iuramento positiuo.*

3 *Papa habet plenitudinem potestatis in iuramento positiuo.*

4 *Papa in iure positiuo, potest mandare, vt facta pro infectis habeantur.*

5 *Resignationis quando fit mentio, intelligitur de valida.*

6 *Verba sunt intelligenda cum effectū.*

DECISIO LXXX. seu I.

RESignatio non publicata, nullius est 1
momenti, & beneficium vacat per obitum, & non per resignationem, & hoc cum proueniat † de iure positiuo, & ex 2
regula de publica. super quo iure Papa † habet 3
plenitudinem potestatis. *cap. 2. de præb. lib. 6.* Et est perinde ac si resignatio facta non fuisset, & Papa potest in istis, quod facta † 4
pro infectis habeantur. *clemen. 1. de immunit. eccles. vbi Doctores in glo. pro infectis.* Et sic beneficium, non vacans per resignationem,

sed per obitum, stante dicta *regula de publicã. do. Sarnen. super d. reg. q. 3.* Et † quando fit men-
5 tio de resignatione, intelligitur de valida,
6 cum verba debeant intelligi cum † effectu, *l. 1. §. hac autem. ff. quod quisq. iur.* Et eo, quia conditio alias non dicitur adimpleta. *Corn. consi. 7. lib. 1. num. 11. & regula de publican.* tollit omnem difficultatem, cum disponat, quod si publicatio non fiat, quod beneficium cẽseatur vacare per obitum, & ideo Reuerendissimus Puteus in coadiutoria, habet prouisionem per obitum, quia non publicata resignatione, beneficium vacat per obitũ, & intrat prouisio ipsius Cardinalis per obitum. Et ita fuit tentum in vna Tolletana parochialis de Nouella die 1. Aprilis 1552. coram D. Reomano.

SVMMARIA.

1 *Resignatione admissa, non remanet aliquod ius resignanti.*

2 *Residentia alternata quomodo intellecta.*

3 *Consentire quando dicatur præsens, & tacens, nec contra.*

4 *Approbare ad sui præiudicium quis dicat faciendo actum positiuum.*

DECISIO LXXXI. seu II.

1 RESignatio quando admissa est, ius aliquod apud resignantem non † remanet, sed intelligitur abdicatum ab eo omne ius, etiam quod in supplicatione adsit clausula, cum reseruatione fructus, nominis, stalli in choro, & vocis in capitulo, & quod residentia vnius debeat computari in residentiam alterius, & in supplicatione addiderit signatura, quo ad alterutram residentiam de consensu capituli. Ratio est,
2 quia alternata † illa residentia non erat facienda, nisi de consensu resignantis, qui consensus non fuit præstitus a resignante, ideo consensus capituli non erat requirendus, & quia literæ resignantis, & resignatarii fuerunt præsentatæ capitulo, quas capitulum vidit, & legit, nec contradixit, quo
3 casu consensisse † videtur. *Barto. in l. filiusfamilias. la secunda. ad Maced. Dec. consi. 632. nu. 16.* Accedit, quod capitulum, nedum non reclamauit, sed etiam fecit actum positiuũ soluendo fructus resignãti reseruatos, quo
4 casu videtur approbasse † ad sui præiudiciũ. *Abb. in cap. cum virum. nota 3. de regul. Ias. in l. qua dotis. num. 9. num. 17. casus. ff. solut. matri. Barto. in l. quo enim. §. 1. ff. rem rat. hab.* Et hæc quo ad consensum capituli. Quo vero ad abdicationem iuris, colligitur pariter, ex eo, quia resignans expediuit literas istæ reseruationis, quo casu videtur tacite † con-
5 sentire illi conditioni alternatæ residentiæ de consensu capituli. Et ita fuit tentum die 20. Iunii 1552. in vna Caurien. scholastriæ, coram dom Augustino.

SVMMARIA.

1 *Conditiones in mandato contentæ sunt adimplẽdæ, quando sunt correspectiuæ.*

2 *Mandato ad resignandum, omnia capitula cẽsentur correspectiua ita, vt vno non seruato, resignatio dicatur nulla.*

3 *Clausula, & non alias, aliter, nec alio modo, importat conditionem suspensiuam, & facit vt nihil videatur actum. num. 4.*

5 *Concessum quando aliquid non dicatur per Papam.*

6 *Consensum capituli interuenisse non præsumitur.*

7 *Consensus quando habetur mentio in rescripto Pontificis, intelligitur de expresso, non de tacito.*

DECISIO LXXXII. seu IV.

RESignãs per procuratorem, concessit 1 illi mandatum ad resignãdum, reseruatis sibi fructibus, nomine, & denominatione scholastriæ & canonici, nec nõ sede, voce, stallo, loco, præeminentia, antelatione, & præcedentia ac omnibus aliis, perinde ac si minime resignasset, ita tamen vt Augustinus possit residere, & Franciscus residentiam Augustini finire, & econtra: & quod vno absente, alter possit residere, & super huiusmodi mãdato, formata fuit supplicatio, & signatura addidit illa verba, & de consensu capituli quo ad alternatam residentiam fuit tentum per omnes, quod cõditiones in mandato contentæ erãt adimplendæ, quia sunt correspectiuæ, & illis non adimpletis nõ fuit abdicatũ ius a resignãte. *Rot. decis. 7. de renun. in ant. Cass. decis. 3. de renũ. Beltrand. consil. 133. num. 24. lib. 2. in antiq. Paris. consil. 5. num. 7. lib. 4.* Nam omnia capitula mandati censentur correspectiua, adeo vt non obseruato vno capitulo quantumcunque minimo, resignatio redditur nulla. 2
Bald. in c. cum adeo. num. 3. & ibi additio. de rescript. l. si is, qui ducenta. §. vtrum. vbi Bartol. & Soc. num. 3. ff. de rebus dub. Cagnol. in l. si quis maior. num. 196. C. de transact. Attenta præsertim clausula, † & non alias aliter, nec alio 3
modo, quæ importat conditionem suspensiuam. *Bald. in authent. ingressi. num. 12. C. de sacrosan. eccl. Curt. senior. consil. 8. num. 12. Iaso. consil. 162. num. 5. lib. 2. & consil. 86. numero 16. lib. 3. Boer. decisi. 243. num. 11. Rebuff. de pacific. poss. num. 146.* & facit † vt nihil videatur actũ. 4
Ripa lib. 3. respons. c. 1. num. 3. colum. 2. Et cum Papa alternatam residentiam restrinxerit de consensu capituli, constat dictam alter- 5
natam residentiam non fuisse concessam, quia non interuenit consensus capituli.

[illegible] de annali de [illegible] lib. 4. Et per consequens ius non fuit abdicatum a resignante, nisi etiam probetur consensum
6 capituli interuenisse, quod non † præsumitur. Dec. consil. 9. lib. 1. Et non sufficeret tacitus consensus, quia quando de consensu
7 simpliciter dicitur in Pontificis rescripto,† intelligitur de expresso, non de tacito. *A-* [illegible] *& omnes. in l. 2. §. .. volum... ff. solut. matrimo. Dec. consil. 409. colum. 1. nu. 3. & seq.* Sed erit videndum apud acta an colligatur consensus capituli, qui sit sufficiens ad effectum, de quo agitur. Et ita fuit resolutum die 19. Decembris 1552. coram domino Augustino in vna Caurien. Scholastriæ, & coram dom. Oradino, postea fuit in hac eadem caussa tentum die 15. Aprilis 1554. q. sufficiebat, quod census eliceretur ex aliquo actu: quare erit videndum, qui sint isti actus.

SVMMARIA.

1 *Resignatio nulla propter vitium simoniæ, non abdicat ius a resignante.*
2 *Clausula, siue vt præmittitur, siue alio quouis modo vacet, quomodo intellecta.*
3 *Conditionis natura est nihil ponere in esse ante purificationem.*
4 *Noua prouisio nihil disponit in præteritum, neq; vitia præterita purgat.*
5 *Noua prouisio est accessoria primæ prouisionis.*

DECISIO LXXXIII. seu IV.

1 Resignatio nulla † propter vitium simoniæ non abdicat ius a resignante. *Rot. decis. 136. in antiq. Cassad. de renunt. decis. 3. & vide supra decis. proxima.* Nec minus adimitur ius a resignante per clausulam positam in noua prouisione: videlicet, siue vt præmittitur, siue alio quouis modo va-
2 cet, quia ista clausula † est conditionalis, scilicet si vacat. *l. hoc legatum. in princ. ff. quando dies legati ced.* Cum ergo non vacaret erit eo tempore, nihil potuit operari noua proui-
3 sio, cum conditionis natura sit, † nihil ante purificationem ponere in esse. *l. cedere diem.*
4 *ff. de verbor. sign.* Et noua prouisio † nihil disponit in præteritum neque vitia præterita purgat. *Cassad. decis. 6. num. 8. de præben.* & est
5 accessoria † principalis prouisionis. *Sarnen. in reg. de annal. q. 27. num. 4.* Et super illa prima resignatione nulla fundatur. Et ita fuit tentum in vna Cameracen. canonicatus & præben. die 4. Maii 1551. coram domino Decano.

SVMMARIA.

1 *Resignatio quæ fuerit declarata nulla.*
2 *Resignatio facta ex certa caussa, existente nulla dicta caussa, non abdicat ius a resignante.*
3 *Regula de valore quandocunq; operatur nullitatē.*
4 *Decretum irritans oppositum in regula de valore annullat gratiam in contrarium.*
5 *Culpa resignatarii non debet nocere resignanti.*
6 *Ius non esse a resignāte abdicatum, per quæ præsupposita arguatur.*
7 *Ius a resignante non abdicatur ob non expressionem veri valoris.*
8 *Resignantis notitia non abdicat a resignante ius, nisi resignatio per Papam sit admissa, & num. 11.*
9 *Resignans non amittit ius, caussa apposita in resignatione non verificata.*
10 *Clausula, non alias, est limitatiua voluntatis, & præseruatiua.*

DECISIO LXXXIV. seu V.

Resignatio facta in fauorem Matthæi per Ioan. Baptistam de parochiali de ualuendæ sub expressione valoris 24. ducatorum, cum esset valoris 80. ducatorū, stante illa clausula *& non alias, aliter, nec alio modo. postquam datum est de regula de valore*, est † nulla & inualida, & non fuit abdicatum 1
ius a resignante, quia vbi resignatio † fit cō- 2
templatione certæ caussæ, & non aliter existente nulla illa caussa, annullatur & resignatio, & non abdicatur ius a resignante. *Paul. de Castr. in l. cum qui, in princ. ff. de inoffic. test. Ias. cons. 86. num. 16. volum. 3. Boer. decisio. 243. num. 11.* Nec obstat, quod regula de valore non operetur, nisi post productionem, quia imo regula † quandocunque produ 3
cta, detegit nullitatem, & inualiditatem ipsius resignationis, & propter decretum †
irritans in ea oppositum, annullat gratiam. 4
Cassad. decis. 22. super regul. num. 15. Sarnen. in regul. de annali q. 5. Nec minus obstat, quod culpa resignatarii gratia non valuit, quia non expressit verum valorem, nam culpa †
resignatarii non debet nocere resignanti. 5
l. sancimus. C. de pæn. l. si quis in suo §. lex. C. de inoffic. test. Ita pariter procederet si resignatarius aliquo facto suo ius consequi nō potuisset: nam ius remanet penes resignantē quia magis præsumitur voluisse habere donatarium quam heredem suum. *l. 1. & l. senatus. §. 1. ff. de don. causs. mort.* Supradicta decis. die 20. Maii 1551. fuit confirmata, stantibus etiam præsuppositis infrascriptis, vlt. possessionem resignatarii, in qua obiit, quæ tamen non fuit triennalis, non reclamatione resignantis in vita, & qui in fauorem alterius cessit iuri regrediendi sibi ex morte resignatarii acquisito. Quia per hæc †
præsupposita, non est abdicatum ius a resi 6
gnante, quia ob non expressionem † veri
valoris, non abdicatur ius a resignante Hęc 7
notitia† resignantis potest abdicare a se ius,
nisi resignatio admissa fuerit per Papam. 8
Rot. decisio. 175. in antiq. alias 14. de renuntiat.

Et ita fuit tentum die 20. Maii 1551. in dicta caussa Oxomen. parochialis de Paces, coram do. Guidobono. Caussa n. fuit vt Mat-
thæo prouideretur, qua deficiente remãsit
9 † ius in resignante. *Cassad. decis. 3. de renunt.*
Et hoc maxime propter clausulam, non a-
10 lias, quæ † est limitatiua voluntatis, & præ-
seruatiua. *Paris. consil. 10. num. 28. lib. 4.* Pro-
11 pterea ius † non amittitur per resignantem,
nisi resignatio ipsa sit admissa per superiorem. *Fely. in c. in nostra. de rescrip. 44. corollario. Bisig. Dec. 3. & 4. de renun.* Et ita fuit tentum in vna Oxomen. parochialis deualuendæ die 20. Aprilis, & 4. Maii. anni 1551. coram dom. Guidobono.

SVMMARIA.

1 *Resignatio facta per procuratorem vigore Epistolæ missiuæ, dicentis, quod ipse volebat resignare beneficium, non est valida.*

2 *Consensus extendi non potest per notarios Cameræ, & Cancellariæ vigore literarum missiuarum, dicẽtium, quod talis intendebat resignare.*

DECISIO LXXXV. seu VI.

Resignatio facta per procuratorem cõstitutum in quadam epistola missiua, in qua dicebat scribens mandatario, qualiter ipse volebat resignare beneficium, & nihil
1 aliud, valida † non est, quia consensus vigore dictarum literarum certus præstari, imo
2 ex stylo † Notariorum Cameræ & Cancellariæ extendi non poterat, vt dicti Notarii attestabantur. Et ita fuit tentum die 26. Februarii 1554. coram dom. Oradino, in vna Oueten. Archidiaco. de Tineo.

SVMMARIA.

1 *Resignatio conditionalis quæ dicatur, vt non sit abdicatum ius a resignante per eam.*

2 *Reseruatio medietatis fructuum dicitur nulla, quando non est facta mentio de priori pensione.*

3 *Præsumitur Papam nolle grauare beneficium duplici onere.*

4 *Conditione non adimpleta, non abdicatur ius a resignante.*

DECISIO LXXXVI. seu VII.

Resignauerat Raynaldus in manibus Papæ beneficium ad fauorem Titii, reseruatis 10. ducatis pensionis Sempronio, deinde Titius resignauit in fauorem Petri, reseruata valide medietate fructuum in fa-
1 uorem Sinulphi: ista resignatio † fuit conditionalis, & per eam non fuit abdicatum ius a Titio, qui intendebat, quod valide reseruaretur medietas fructuum Simulpho.
Quæ reseruatio medietatis fructuum fuit
2 nulliter † reseruata, ex quo non fuit facta mentio de priori pensione, & non præsu-
3 mitur, † quod Papa voluerit grauare beneficium duplici onere. *Cassad. de[illegible]*
Et sic non fuit adimpleta conditio[illegible]
non fuit abdicatum ius a Titio. *Cassad.* [illegible]
3. de renuntiat. Et quia in supplicatione [illegible]
rat clausula, quæ respicit tantum mod[illegible]
rum successorem, non autem Marcum Si-
nulphum, qui non est successor, sed penitus
extraneus. Et ita fuit tentum die [illegible] Iunii
1551. coram D. Capisucco, in vna Floren.
Sanctæ Felicitæ.

SVMMARIA.

1 *Resignationem in manibus ordinarii factam fuisse, an ex literis ipsius probetur.*

2 *Literis Ordinarii sine tabellione & testibus, an credatur.*

3 *Creditur Ordinario testanti circa pertinentia ad officium suum.*

4 *Resignationis præsumtio quando præsumatur.*

5 *Resignatio probatur ex narratiua Ordinarii, cũ præsumtione resignationis.*

6 *Intellectus ad clem. primam, de probat.*

DECISIO LXXXVII. seu VIII.

Resignationem beneficii in manibus ordinarii per Petrum factam fuisse, pbatur † per literas ordinarii, in quibus 1
narratur resignationem ex caussa permutationis factam in suis manibus fuisse, & collationem ab eo vnico cõtextu: quo ca-
su talibus literis † ordinarii, sine tabellione 2
& testibus creditur, quia exprimit pertinẽ-
tia ad officium ipsius ordinarii, in quibus † 3
sibi credendum est. *c. post cessionem. vbi omnes. de probat. Rot. decis. 397. in nou. Milis in repert. in verb. literis Episcoporum.* Et eo magis hæc resignatio probatur, quia fuit tradita possess. beneficii præsente Petro resignante, &
non contradicente, ex quibus resultat † p̃- 4
sumtio resignationis: & quando cum narratiua ordinarii concurrit resignationis
præsumtio, tunc indifferenter assignatio 5
probatur. *Io. de Imol. post alios in clem. 1. col. fi. in fi. de prob.* Accedat, quia etiam in collatione dicebatur, quod resignans erat præsens, & non contradixit. Et ita fuit tentum die 8. Iunii 1555. coram D. Capisucco, in vna Cameracen. canon. & præben. atque die 15. eiusdem mensis Iunii dicti anni fuit confirmata dicta decisio: & responsum ad clem.
1. de probat. quod habet † locum quando 6
ordinarius narrauit ea, quæ non pertinent ad officium narrantis.

SVMMARIA.

1 *Resignatio est valida, quando constat de supplicatione signata, ex qua dicitur pfecte prouiso illi, in cuius fauore fuerat facta resignatio.*

2 *Gratia ex sola signatura dicitur perfecta.*

3 *Datæ defectus non facit, quod gratia non sit perfecta, sed ostendit, de quo tempore gratia fuerit obtenta.*

4 Gra-

5 Gratia relaxatio quid demonstret.
6 Stylus Curiæ est seruandus.

Decisio LXXXVIII. seu 9.

1 RE[illegible] valida † est, quando constat de supplicatione signata, ex qua dicitur perfecte prouisum illi, in cuius fauorem fuerat facta resignatio. *Rot. decis. 882 in antiq.* [illegible] *de constit. col. 3. Cassad decis. 8. de restit.* [illegible] *in reg. de infirm. resignat q. 18.* Accedat, quia constabat de data, quæ præcedit obitum resignantis, cum derogatione regulæ de infirmis. Idem *ibi q. 39.* Nec obstat, quod testes probent post obitum resignantis, Papam mandasse Datario supplicatio-
2 nem, illumq. ipsam relaxasse, quia gratia † ex sola signatura est perfecta, & data † non facit q. gratia non sit perfecta, sed ostendit
3 de quo tempore gratia fuit obtēta, & illa re-
4 laxatio † gratiæ demonstrat gratiam factam non impedire, & iste est stylus Curiæ, qui † debet seruari. *Rot. deci. 11. in no.* Et ita fuit tentū die 19. Iunii 1551. corā Domino Capisucco, in vna Pamphilonen. Archidiaconatus.

SVMMARIA.

1 *Resignatio quomodo dicatur valida?*
2 *Clausula transferendi tanquam impossibilis, perinde est ac si non sit posita in mandato.*
3 *Diligentia non requiritur vbi esset frustratoria.*
4 *Successori meo non licebit, quod mihi non licet.*
5 *Ius a resignante quando abdicatum dicatur?*

Decisio LXXXIX. seu 10.

RESignans dederat mandatum ad resignandum beneficium, reseruata in sui fauorem pensione, 100. duc. cum facultate transferendi, & Datarius noluit concedere istam clausulam transferendi, imo illam a supplicatione cassauit, quia non datur nisi cum maximis fauorib. & nihilominus procurator consentit sine dicta clausula: dubitatum fuit an resignatio valuerit, ex quo nō
1 videbatur seruata forma mandati? Et fuit tētum, quod resignatio † valuit, & quid erat seruata forma mandati? Quia clausula trāsferendi tanquam impossibilis, & quæ solet
2 omnib. denegari, videbatur pro non appo-
3 sita in mandato, *l. apud Iulianum, §. constat. ff. de leg. 1. vbi Alexan. & Ias.* Et vbi diligentia † est frustratoria, tunc non est opus aliqua diligētia. *Fel. in c. ex transmissa. col. 1. vers. quæ omnia* [illegible] *limita. & in col. 2. vers. limita tamē. de præscript.* Et per denegationem clausulæ transferendi non infertur ad denegationem cōsensus denegādi, si per sedem apostolicam
4 non concedebatur, quamuis clausula hæc esset posita in mandato, quia quod mihi † non licet, nec successori licebit *cap. fin. de regul. in 6. l. continuus §. cum quis. ff. de verb. obli-*
5 *gat.* Et propterea ex dicta resignatione, erat † abdicatum ius a resignante. Et ita tentum die 20. Nouembris 1551. in vna Abulen. beneficii de Baiares coram D. Capisucco.

SVMMARIA.

1 *Resignans quando non dicatur a se abdicasse ius? & num. 2.*
3 *Sententia quoad fructus quando exsequi possit contra resignantem?*
4 *Calumniose resignasse quis dicatur.*
5 *Sententia lata contra cedentem, an sit nulla.*

Decisio XC. seu 11.

RESignauerat beneficium A. in fauorem C. in tertia instantia, qui C. acceptauerat dictam resignationem B. qui mouerat litem. A super beneficio obtinuit tertiam sententiam, cuius petebat, exsecutionem contra A. qui produxit cessionem in fauorem C. dubitabatur, an posset declarari ob non paritionem literarum exsecutorialiū? Fuit decisum quod sic: quia renūtiatio erat facta in fauorem certæ psonæ de cuius ac- 1
ceptatione non constat, qua de re non † dicitur ius a resignante abdicatum. *Cassa. decis. 1. num. 7. de renunt.* Cum resignans residere 2
non desierit, & semper † post cessionem, litē sustinuerit, & sententia contra ipsum A. 3
poterat exsequi † quoad fructus, & expēsas, 4
quia calumniose resignauit. † *Rot decisio. 118. in no.* Et quamuis Rot. teneat, quod senten-
tia † lata contra cedentem nulla sit, tamen 5
id procedit si apparet de acceptatione cessionarii, alioquin secus. Et ita cōclusum die 2. Decemb. 1551. in vna Tolletan. parochialis coram D. Capisucco.

SVMMARIA.

1 *Resignatio, quæ debeat canonizari.*
2 *Resignatione exsistente inualida, est inualidus etiam regressus.*
3 *Valoris expressio non est necessaria in regressu. Intellige quando non exprimitur valor, alioquin si exprimatur falsus, secus est, nu. 4.*

Decisio XCI. seu 12.

RESignauerat enim in manibus Papæ in fauorem. F. expresso vero valore, qui F. resignauit in fauorem. N non expresso vero valore. Prima resignatio in fauorem F.
canonizari † potest, quia fuit in ea verus va- 1
lor expressus, quamuis secunda resignatio nulla fuerit, propter expressionem mali va-
loris, & ideo ius non sit abdicatum a resi- 2
gnante, ita vt possit venire vigore primæ resignationis, licet non possit venire vigore regressus sibi reseruati in secunda resignatione, quæ cum fuerit inualida, etiam regressus fuit inualidus. Et licet in regressu
non † sit necessaria expressio valoris. *Cas* 3
sador decisione 18. super regulis, & Sarnen. quæstio. 6. in regul. de non exprimen. vero val. Tamen
loquuntur, † quando in regressu nulla fit 4
mentio valoris, sed quando exprimitur

falsus valor, regressus dicitur subreptitius. *Felyn. in c. ad aures, colum 5. versic. 2. conclus. de rescript.* † Et ita tentum die 26. Iunii 1551. in vna Pamphilonen. Prioratus coram Domino Barente.

SVMMARIA.

1 *Resignatio facta in manibus ordinarii, pure, & simpliciter, est valida.*

2 *Actus exstinctio, & non destinatio attenditur.*

DECISIO XCII. seu 13.

RESignatio facta per procuratorem, vigore mandati facti ad resignandum in manibus Papæ, vel ordinarii, cum vna vel pluribus supplicationibus pure, vel simpliciter, vel ex caussa permutationis faciendæ in fauorem certæ personæ seu personarum nominandæ, seu nominādarum, per ipsum
1 procuratorem, dicitur † valida, si est facta in manibus ordinarii pure, & simpliciter, quia
2 attenditur extinctio † actus, & non destinatio, *vt per Ancharran. in consilio 28. volum. 2. & per Paris. in consilio. 15. colum. 4. numer. 15. volum. 4.* Et ita tentum in vna Vicentin. præceptoriæ, corā D. Decano, sub die Mercurii nona Martii 1552.

RES IVDICATA.

SVMMARIA.

1 *Rei iudicatæ exceptio ad hoc vt obstet, tria requiruntur, & quæ.*

2 *Reus quamuis opposuerit generales exceptiones, & succubuerit, potest per viam agendi hodie ius suum proponere.*

3 *Iudicandum est in dubio contra rem iudicatam.*

DECISIO XCIII. seu 14.

REi iudicatæ exceptio ad hoc vt obstet,
1 tria † requiruntur, videlicet, quod sit idem corpus, idem ius, & eadem caussa petendi, *l. cum quæritur, cum duabus legibus sequen. ff. de except. rei iud.* Et si deficit vnum, non dicitur obstare exceptio rei iudic. Adeo vt Cardinalis de Cœsis sit audiendus, quia ei res iudicata non nocet, cum illa iura non conueniunt, de quibus in *l. cum quæritur, cum seq.*, Et deficit vnum scilicet cum non sit eadem caussa petendi. Nam in primo iudicio fuit actum super nullitate pensionis, eo quia per assumtionem ad episcopatum, nō habuit retentionem pensionis, nūc autem dicitur quod data retentione pensionis in promotione ad Episcopatum Sancti Sepulcri, tamen in translatione ad episcopatum Niacen. licet habuisset retentionem pensionis, non habuit retentionem facultatis transferedi. Præterea, quia Cardinalis est reus, & proposuit exceptiones genera-
2 les, licet succubuerit, potest † per viā agendi hodie ius suum proponere, *l. duobus. vbi Bart. & Paul. & alii ff. de exceptio. re. iudi. Soc. iun. consi. 40. num. 5. & 17. vol. 2.* Vel saltim quia res est dubia, & in dubio † iudicandum est con- 3
tra rem iudicatam, quia hoc est minus præiudiciale. *Dec. consi. 445. num. 44 Soc. iun. consi. 181. nu. 85. par. 2.* Et ita fuit tētum 9. Maii 1552. coram Domino Reomano.

RESTITVTIO IN INTEGRVM.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam concedi debet, quando ex nouiter deductis constat de bono iure.*

DECISIO XCIV. seu 1.

REstitutio in integrum aduersus sententiam, & rem iudicatam, quando cōstat de bono iure ex nouiter deductis, concedi
† debet. Et ita fuit tentum in vna Efflwen. 1
denegationis distributionū coram D. Augustino die 29. Apr. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio non est concedenda non verificata conditione apposita in commissione.*

DECISIO XCV. seu 2.

REstitutio in integrum delegata auditori vigore cōcessionis, qua habet, quod constito, quod sententia vltima non potuit de iure sustineri, absque productione, & verificatione cuiusdam instrumenti, in integrum restituat, concedi † non debet im- 1
petranti, nisi verificata dicta commissione, & quoniam impetrans non verificauit illam, ideo Domini dixerunt non esse restituendum, die 2. Decembr. 1551. coram D. Capilucco in vna Toletan. spolii.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non datur, vbi mora purgari non potest de iure.*

DECISIO XCVI. seu 3.

REstitutio in integrum non † datur, vbi mora purgari non potest de iure, vt di- 1
cunt *Alexa. & omnes in l. in lege §. insulam, col. 11. versicul. vltimo fallit. de verbo. oblig. & in l. si quis maior. C. de transact.* Et per istud fundamentum inter alia fuit decisum in caussa Carthaginen beneficii de Guardamar, cōtra Franc. Sanctes coram Domino Vestano die 19. Febr. 1552.

SVMMARIA.

1 *Restitutio in integrum in spolio in beneficialibus non datur regulariter.*

2 *Restitutio in spolio in beneficialibus est gratiosa, & non datur nisi cum clausula, constito de bono iure.*

3 *Restitutio in spolio in profanis regulariter datur.*

4 *Restitutio datur in beneficialibus in petitorio, propter periculum animæ.*

5 *Pauli Æmilii Veralli auditoris, & auctoris mentio.*

Deci-

DECISIO XCVII. seu 4.

RESTITUTIO in integrum in spolio in be-
1 neficialibus regulariter nõ † datur, quia ista restitutio in beneficialibus, & in pe-
2 titorio † est anomala, & gratiosa, & non datur nisi cum clausula, cõstito de bono iure:
3 licet in profanis † regulariter datur, & ideo in beneficialibus & in spolio hæc gratia non datur, quia durius cum spoliatore agitur, & quia potest in petitorio succurri, sed
4 in beneficialibus in petitorio datur † restitutio propter periculum animæ, ne rector obtineat beneficium sine canonica institutione, quæ ratio peccati non militat in spolio, cum possit petitorium intentare. Ita alias fuit decisum in vna Tolletan. Parochialis coram Domino Hieronymo Verallo Episcopo Britonorien. nunc Rotæ Auditore, vt refert Dominus Io. Paulus Tholo-
5 mæus *in decis. sua. 90.* Et tempore mei Pauli † Æmilii Veralli fratris pdicti Domini Hieronymi Veralli, postea Cardinalis meritissimi, nouissime in vna Tolleta. prætẽsi spolii, coram Domino Capisucco fuit itidem decisum Veneris 13. Maii 1552.

RETENTIO.

SVMMARIA.

1 *Extrauagantis Iulii secundi quo ad promotos mentio.*
2 *Qualitas formæ posita per extrauagantem in primis est verificanda.*
3 *Priuatio non habet locum nisi in casib. expressis.*
4 *Diuersa coniungi non posse.*

DECISIO XCVIII. seu 5.

RETENTIONIS pẽsionum, & beneficiorum literæ, quando expediri possint, stante extrauagante Iulii Papæ II, quæ est directa officialibus, & expeditoribus bullarum, &
1 continet, vt ne literas † translationis seu prouisionis alicuius ecclesiæ absque literis retentorum beneficiorum, & dispensationis expedire præsumant, & si secus fieri cõtingat similes retentiones, seu dispensationes nemini suffragari debere statuit, & sic nullitas retentionis pensionis siue dispensationis respicere videtur tempus expeditionis literarum prouisionis, siue translationis, quia si expediuntur absque literis, retentorum, siue dispensationis, pensio esset nulla, quare, vt extrauagans requirens obseruationem formæ sub certo & limitato tempore, locum habeat, requiritur, quod
2 illa † qualitas temporis expeditionis in primis verificetur. *Ioan. Andreas in cap. P. de homicid. libro sexto. Alexand. consilio* 100. *volum.* 1. *numer.* 3. *Parisius consilio* 52. *numer.* 26. *volum.* 4. Verum quia Reuerendiss. Cardinalis de Cœsis fatebatur literas trãslationis Episcopi Tornaboni non fuisse expeditas, sequebatur extrauagantem non habere locum. Cardin. autem dicebat, quod Tornabono trãslato de ecclesia Sancti Sepulcri ad Aracensem, fuerat in breui, de capiẽdo possessionem, præfixus terminus quatuor mensium ad expediendum literas translationis ad episcopatum Aracen. super cedula consistoriali, in qua facultas retinendi pẽsiones erat concessa, quod si non essent in dicto tempore expeditæ, perinde esset quo ad nullitatem pẽsionis, ac si expeditæ fuissent absque retentione. Ad quod replicabatur, breue aliter disponere, vt scilicet, quod si literæ non expedirentur in tempore, quod vacaret episcopatus, & non pensio, quia pœna priuationis non habet locum † nisi in 3
casibus expressis. *Abb. in cap. fina. numer.* 8. *de iur. patrona. Felynus in capitu. at si cleric. colum.* 2. *versic. cogita. de iudiciis. Cassador. consi.* 1. *num.* 45. *Paris. consi.* 47. *numer.* 88. *volum.* 1. *Deci. consi* 682. *numer.* 8. Nec breue potest coniungi cũ extrauaganti, quia tendunt † ad diuersa, *vt di-* 4
cit Bartol. in l. 1. *§. idem Cornelio, ff. de quæstioni. Felynus in capitu. cùm caussam, colum.* 4. *versicu.* 1. *casu. de probation. & ibi Decius numer.* 11. Nam extrauagans dirigitur officialibus, breue dirigitur parti, extrauagans vult, quod non expediantur literæ translationis, sine literis retentorum, breue quod expediantur literæ infra certum tempus. Ergo tendunt ad diuersa. Et ita fuit tentum die 30. Octob. 1551. coram Domino Reomano in vna Mediolanen. pensionis.

SVMMARIA.

1 *Transferendi facultas non intelligitur data, nisi exprimatur.*
2 *Transferendi facultas non est quid accessorium ad pensionem.*
3 *Transferendi facultas est digna speciali nota.*

DECISIO XCIX. seu 6.

RETENTIO pensionis simpliciter concessa alicui in pmotione sua, ad aliquam ecclesiam, si expresse nõ habet clausulam retentionis, pensionis, & facultatis transferendi, non dicitur continere illam faculta- 1
tem transferendi. Et est ratio, quia facultas transferendi non est quid accessorium ad 2
pensionem, sed est quid extrinsecum, nec est de esse, & natura pensionis, ideo erat
† digna speciali nota. Ita fuit tentum in vna 3
Aretina siue Senen. pensionis inter Reuer. Cardin. Mignanellum, & R.D. Episcopum Saonen. die 13. Iunii 1552. coram D. Decorambono.

SVMMARIA.

1 *Transferendi facultas concessa non dicitur, nisi expresse dicatur.*
2 *Dispensatio est odiosa.*
3 *Odiosa sunt restringenda.*

4 *Verba intelliguntur in minori casu.*
5 *Pensio est odiosa, & quare.*
6 *Translatio pensionis est odiosissima.*
7 *Transferendi facultas non est de esse, & natura pensionis.*
8 *Pensio est ad tempus, & morte pensionarii extinguitur.*
9 *Transferendi facultas operatur perpetuitatem primi pensionarii.*
10 *Facultas transferendi non intelligitur concessa, nisi sit expressum.*
11 *Retentio translationis pensionis est exprimenda, vt dicatur concessa.*
12 *Impetrans non tenetur facere mentionem de qualitatibus adherentibus beneficio de iure, sed de facto.*
13 *Actus nouus dicitur prorogatio, quando respicit praiudicium tertii, etiam in odiosis, num. 14.*
15 *Dispensationis verba stricte sunt intelligenda.*

DECISIO C. seu 7.

Retentio pensionis concessa promoto ad aliquam ecclesiam, quæ pensio a principio erat eidē concessa cum facultate
1 transferendi, non † dicitur concessa cum eadem facultate transferendi, nisi expresse
2 dicatur quia dispensatio † est odiosa, *capit. 1.*
3 *de fil. præsbyt.* Quare restringenda † *cap. odia*
4 *de regul. iur. in 6.* & verba † intelliguntur in minori casu, *vt per Dom. Geminian. in consilio 33. colum. 4. versicu. nam verba.* Et pensio est
5 odiosa † quia per eam onus, & seruitus in beneficio inducitur. *Gagias in tractat. pens. quæst 96.* Et translatio pensionis est odiosis-
6 sima † quia per eam prorogatur seruitus beneficii. *Sarnen in quæst 16 in regul. de infirm. resign.* Et cum facultas transferendi non sit
7 † de esse, & natura pensionis, imo contra
8 naturam ipsius, quia pensio est † ad tempus, & morte pensionarii exstinguitur, sicut vsusfructus, *capit. fin. de pignor. § finitur, instit. de vsufruct. Caccial. quæstio. 1. de pens. Gigas, de pens.*
9 *q. 1. nu. 5.* Et facultas transferendi operatur † perpetuitatem pensionarii primi, ergo cōtra naturam pensionis. Præterea in assignatione pensionis, si quis vult illam facultatē
10 transferendi, debet † expresse illam petere, & obtinere. Ita etiam in retentione, nam
11 debet † exprimi ipsa retentio translationis in dispensatione. *Domin. in ca. non potest in fin. princ. & in not. vbi etiam Franc. in vlti. not. & in gl. 2. de præbend in 6. Dec. in cap. ad aures, versi. venio ad tertiam, de rescript. Rot. in antiqu. decisio. 65.*
12 *de rescript.* Vbi impetrans † non tenetur facere mentionem de qualitatibus adherentibus beneficio de iure, secus si de facto, vt in casu isto. Præterea prorogatio quando respicit præiudicium tertii, tunc dicitur
13 † nouus actus etiam in odiosis, vt in facul-
14 te transferendi, † *vt per Dec. in ca. de caussis de offic. deleg.* Et in nouo actu, requiritur expressa mentio illius qualitatis potestatis transferendi per supradicta. Accedat etiam, quod verba cedulæ cantant circa retentionem pensionis, non autem circa translationem, & cum simus in dispensatione, verba stricte
† debent intelligi. Ita decisum fuit per dominos in vna Aretina siue Senen. pensionis 15
inter Reuer. Cardinalem Mignanellum, & Episcopum Sarnen. coram Domino Decano 16. Decemb. 1552. Et vide supra etiam in hac eadem caussa super verbo retento, & super verbo pensio.

REVOCATIO.

SVMMARIA.

1 *Sequestri reuocatio quando dicatur attentata.*
2 *Sequestrum non potest sine noua commissione reuocari a primo iudice, qui protulit sententiam, & sequestrum decreuit.*
3 *Lite pendente nihil est innouandum.*

DECISIO CI. seu 1.

Reuocatio sequens facta ad instantiam illius, qui obtinuerat sequestrū imponi post primam sententiam, in eius fauorem latam, dicitur † attentata, quando est 1
facta a primo iudice, qui illud sequestrum decreuit, pendente caussa appellationis coram alio, in qua venit tertius pro suo interesse, in statu, & terminis in quibus reperitur. Et ratio est, quia cum primus iudex protulerit sententiam prædictam, & sequestrū
decreuerit, non potuit † absque noua commissione illud sequestrum reuocare, & sic 2
nulliter fecit, & sine iurisdictione, & ex eo, quia lis pendebat in 2. instantia in qua tertius venit in eodem statu, & terminis, ita quod in eius præiudicium lite huiusmodi
pendente † nihil erat innouandum. *vt toto titu. vt lite pendēn.* Ita fuit decisum in caussa 3
Baionen. parochialis de Mayr coram D. Montisflasconen. 21. Octob. 1552.

REVS.

SVMMARIA.

1 *Citatus personaliter reus si non comparet, dicitur contumax, & contra eum proceditur per audiētiam contradictarum, etiam si misit procuratorem ante sententiam, nu. 2.*
3 *Mandatum non producens in tempore sibi imputet.*

DECISIO CII. seu 1.

Reus citatus personaliter, si nō † compareret, dicitur contumax, & contra eum 1
proceditur per audientiam contradictarum, & si misit † procuratorem ante senten- 2
tiam, nihilominus proceditur per audientiam contradictarum contra eum, & sententia non dicitur nulla ex defectu citationis, quia imputandum est ei, qui † omisit producere in tempore mandatum quod habebat, 3

bat, *ad Rot. decis. 67. in not.* & ita fuit tentum in vna Hispalen. Card. & præben. coram D. Facio Decano 27. Octob. 1552.

ROM. POPVLVS.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia in vrbe existentia non possunt dari extraneis sine consensu conseruatorum & ideo Papa confert accedente consensu populi Romani, n. 2. quo non accedente, gratia est nulla, nu 3.*

DECISIO CIII. seu 1.

ROmanus Populus habet priuilegia diuersorum summorum Pontificum, quod
1 omnia beneficia † in Vrbe existentia alicui extraneo per Papam conferri non possunt, sine consensu conseruatorum, qui præcipue habent decretum irritans. Et propter
2 ea omnes collationes factæ † per Papam de dictis beneficiis Vrbis, habent clausulam, accedente consensu populi Romani, & il-
3 lo non † accedente, gratia est nulla *Sarnen. in c. 2. de rescript. num.* 102. Et ita tentũ die 22 Iunii 1547. corã Domino Augustino in vna Romana Præsepii.

SALARIVM.

SVMMARIVM.

1 *Salarium testibus conductis ab Hispaniis taxatur in Iuliis decem pro singulo die, si est solitus tenere equum, & famulum, alioquin in Iuliis octo.*

DECISIO CIV. seu 1.

SAlarium testibus conductis ab Hispania ad Vrbem, ad subiiciendum se examini,
1 datur † cum hac moderatione, videlicet, illi qui est solitus tenere equum, & famulum, detur vnum scutum pro qualibet die,
2 & illi qui † non est solitus tenere equum, licet habeat famulum, dentur octo Iulii pro quolibet singulo die. Et ita arbitrati sunt Domini in vna caussa mercedis testium, coram D. Decano 24. Octob 1552.

SALVIANVM INTERDICTVM.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum alicui competens, an tollatur excipiendo de crimine homicidii, auctoris agentis iam mortui ante condemnationem.*

DECISIO CV. seu 1.

SAluianum interdictum competens ali-
1 cui non † tollitur excipiendo de crimine homicidii auctoris agentis: quia auctor erat mortuus, quando ille in vita non fuit nec accusatus, nec cõdemnatus, *vt per gl. in terminis super verbo, maiestatis in l. ex iudicio rum, ff. de accusat.* Et ita dictum, & tentum fuit in caussa fauore dotis, & hypothecæ, coram Domnio Guidobono 21. Octobris. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum non admittit appellationem.*

DECISIO CVI. seu 2.

SAluianum interdictum non † admittit 1
appellationem, sicut hypothecaria de iure ciuili & secũdum constitutionẽ Ægidianã, *Bar. in l. 1. n. u. 4 in fin. ff. de Salui. interdict.* Et ita fuit tentum in vna Romana pecuniaria siue bonorum, coram Domino Perza Mercurii 26. Octob 1552.

SCIENTIA.

SVMMARIA.

1 *Scientia quomodo probetur.*

2 *Probatio nulla est maior, quam proprii oris confessio.*

3 *Sciens reputatur qui non vult scire.*

4 *Scire, & scire debere paria sunt.*

5 *Scire, & facile scire posse paria sunt.*

DECISIO CVII. seu 1.

SCientiam † translationis habuisse Car- 1
dinalem N. tenuerunt Domini in vna Mediolanen. pensionis coram Domino Reomano die 10. Feb 1552. Ex eo quia Cardinalis in eius mandato ante litem motam vocabat Leonardum tunc electum Burgi Sancti Sepulcri, nunc Episcopum Aracen. & sic sciebat ipsum Leonardum esse translatum ad dictam ecclesiam Aracen. & nulla
maior † probatio, quam propria oris confessio. *l. generaliter, C. de non num. pecun. & l. cum te. C. de transact.* Et quia constabat in actis de translatione per bullam confirmationis concordiæ, & in certis suis exceptionibus dixerat literas translationis esse nullas, & quod facultas transferendi exspirauit per promotionem ad Episcopatum Sancti Sepulcri, & pro sciente † habetur, qui non vult 3
scire *bal. in l qui contra. C. de incest. nupt.* & paria sunt scire, † vel scire debere. *l. quod te ff. si* 4
cert. pet. Alexand. consil. 34 numer. 3. volum. 7. Et similiter idem est † scire, vel facile scire 5
posse, *l. regula §. sed iuris ff. de reg. iur.* vbi omnes prout in libro eiusdem Domini Reomani, *fol. 43.* vbi apparet etiam confirmata die 9. Martii dicti anni.

SVMMARIA.

1 *Scientia, & malitia requiruntur, vt quis agere possit ad nullitatem potestatis transferendæ pẽsionis.*

2 *Intellectus ad tex. in l de rebus, ff. de arbit.*

3 *Caussa qualibet iniusta excusat a dolo.*

DECISIO CVIII. seu 2.

SCientia, & malitia requiruntur † ad hoc, 1
vt quis agere possit ad nullitatem potestatis transferendi pensionem, quæ est per sententiam, & rem iudicatam canonizata, quia non sufficit sola scientia, sed requiritur, & scientia, & malitia coniunctim, & ita intelligitur † *tex. in l de rebus, ff. de arbi. Bart. in* 2
l. & ad eandem, §. 1. num. 3. ff. de ex. ept. o. rei iudic. Abb. in c. 2. num. 17. de libel. oblat. Iason. in l. licet.

limit. 1. C. de iudic. & Felyn. in cap. penult. col. final. de except. Et ita Domini tenuerunt in vna Mediolanen. pensionis die 9. Martii 1552. coram Domino Reomano, vbi pariter tenuerunt, quod non constabat de malitia Card. quia soluit pensiones, & cessit liti, &
3 quælibet iniusta † caussa excusat a dolo. *Dec. in c. 1. in 8. not. in fi. de appell.*

SVMMARIA.

1 Mortis scientiam, quando non præsumatur habuisse habens regressum, & nu. 5.
2 Vicinitas facit, vt præsumatur scientia.
3 Scientia mortis alicuius an præsumatur, quando fuit notoria in prouincia, in qua quis obiit.
4 Scientia nunquid inducatur ex prouisione alicuius nota.
6 Scientia præsentis in loco mortis, probatur ex præsumtionibus, secus in absente.
7 Intellect. clem. vnic. de concessio. præbend.
8 Notitia quæ non sufficiat in terminis, c. si cleric. de præben. lib. 6.
9 Notitia vera, & certa requiritur in terminis extrauagantis suscepti.
10 Vacatio quando præsumitur nota.

DECISIO CIX. seu 2.

Scientiam mortis Rectoris beneficii non
1 † habuisse præsumitur habēs regressum in beneficio exsistente in alio loco, in quo decessit rector, & possessor illius, imo ignorantia habētis regressum præsumitur, quia
2 erat absens. Nam vicinitas † facit, vt præsumatur scientia. *text. cit in capitu. quosdam, &c. quando. de præsumtio.* Nec dicatur quod mors
3 ser Martii, quia fuit notoria † in prouincia in qua obiit, & vbi habitabat habens regressum, *ad cap. cum in tua, qui matrim. accusare possit. Parisius consilio 57. colum. 1. libro quinto.* Et
4 quia fuit nota † prouisio, & possess. Bernardi, & Adolphi continuata etiam per nouem anno , *ad gloss. & Doctor. in l. si tutor.*
5 *petit. C. de priuileg. tut.* Scientiam inducebant vacationes beneficii, quæ ad commodum habentis regressum faciebat, *clement. vnica. de concessio præbend.* Nam respondetur, quod præsumtiones istæ quamuis sint vrgentes,
6 tamen habent † locum in præsente, non autem in absente. Et hoc quia agitur de priuatione iuris in re, quo ad illum qui potest ingredi statim, mortuo eo, qui beneficium
7 obtinebat, *& dicta clemen.* loquitur † in illo qui non habet ius in beneficio, non autem loquitur in eo qui habet ius plenum, per regressum in dicta vacatione, *ex gloss in d.*
8 *clement. in verb. not.* Et ideo ista notitia † non habet locum in terminis, *capit. si clericus, de præbend. lib. 6* Nec in terminis, *capit. si pluribus eod. tit. & lib.* Nec in terminis extrauagantis,
9 suscepti in qua vera † & certa notitia requiritur. *Ancha. in d. clem 1. notab.* vbi dicit, quod vacatio † nota esse præsumitur, eo ipso, quod in loco nota erat. Et in absente notitia non præsumitur, *capitu. qui in tua. qui mat. accus. poss. Barto. in l. is potest, col. 4. versic. nunc videamus qualiter. ff. de acq hered.* Et ita fuit tentum die 20. Maii 1552. in vna Colonien. canonicat. & præben. corā Domino Augustino.

SVMMARIA.

1 Scientia præsumta decreti exsecutorialium ex constitutione procuratoris.
2 Præsumitur certioratus de omnib. actis a suo procuratore qui præsens est in curia.
3 Cōfess. facta in precibus arguit certam notitiam actus.
4 Confessionis nulla est maior probatio.
5 Verba etiam enuntiatiua probant contra confitentem.
6 Præsumitur omnis diligens in rebus proprii commodi.

DECISIO CX. seu

Scientia præsumta decreti exsecutorialium, inducitur ex eo, quod Ferdinandus constituit † procuratores, & cum esset 1
præsens in curia, præsumitur de † omnibus 2
actis a procuratore suo certioratus. *Roma. consilio 481.* Secundo certa notitia ex confessione † ipsius oritur in precibus facta, cu- 3
ius nulla † maior est probatio *Fely. & Deci. in* 4
rubr. de probat. Et ex confessione facta in mādato, dum constituit procuratorem ad petendum restitutionē in integrum a decreto exsecutorialium post decretas exsecutoriales, & verba † non solum dispositiua, 5
sed enuntiatiua probant contra confitentem. *Deci. in l. ex literis, C. de milit. testam.* præcipue, quia sumus in casu in quo ipse tenebatur de hoc inquirere, quod præsumitur: cum nemo in his quæ concernunt proprium commodum † negligens præsumatur, 6
l. cum de indebito. de probatio. Rom. d. consil 481. Et ita fuit tētum die 12. Iunii 1551. coram Domino Augustino in vna Salamantina beneficii de los santos.

SVMMARIVM.

1 Scientia litis pendentiæ inducitur ex responsione citati, qui dixit caussam non pendere corā Auditore qui citauit, sed coram alio.

DECISIO CXI. seu

Scientia litispendentiæ ad inducendam veram litem, *secundum clemen. 2. vt lit. pend.* satis colligitur ex responsione citati † qui dixit caussam non pendere coram Auditore, qui citauit, sed coram alio. Et ita fuit tentum in caussa Curien. del Castor, corā Domino Guidobono 21 Iunii 1552.

SCRIPTVRA.

SVMMARIVM

1 Scriptura priuata quæ inter is anterior in data, non præfertur publico instrumento. Tabit ...

[illegible] anterioritas [illegible] probetur.

Decisio C[illegible] seu [illegible].

SCriptura priuata licet sit anterior in da-ta, non tamen † quo ad hypothecam [illegible] ualet instrumento publico, *text. [illegible] l. [illegible] plures. C. qui potiores in pignore habentur.* Secus tamen est, quando per testes † probatur, quod illa scriptura priuata fuit confecta ante dictum instrumentum publicum. Ita fuit dictum in caussa Romana discussionis bonorum coram Domino Guidobono 23. Martii 1552.

SVMMARIA.

1 *Scriptura extracta de processu de partibus absq; extractione totius processus, non facit fidem, & quare, num. 3.*

2 *Innocentiana loquitur de processibus, seu registris, non de scripturis in illis contentis.*

Decisio CXIII. seu 2.

SCriptura extracta ex processu de partibus absq; extractione totius processus,
1 non † facit fidem, quia est copia copiæ: nec Innocentiana in hoc casu habet locum,
2 quia loquitur † de registris siue processibus non autem de scripturis in eis contentis. Et ratio diuersitatis adducebatur per Do-
3 minos, quia † ex extractione totius processus appareret, si fideliter in eo registro in partibus, & bene fuerunt registratæ, nec ne, & si fuerunt recognitæ, & extractæ ex propriis originalibus, sed si non extraheretur totus processus, hoc fieri non posset, sed esset copia copiæ, ei nullo modo fides adhibetur. Et ita sentum fuit in caussa Verduen. parochialis de Manilla coram Domino Capisucco Lunæ 14. Martii 1552.

SVMMARIA.

1 *Sententia iustificari potest ex nouiter deductis, etiam quod transiuerit in rem iudicatam.*

2 *Sententia quæ transiuit in iudicatum non debet exsequi, quando superuenit caussa per quam cōstet de iniquitate illius.*

3 *Res iudicata quantumcunq; iniqua, si postea iustificatur, debet exsecutioni demandari.*

4 *Contrariorum eadem est disciplina.*

Decisio CXIV. seu 1.

1 SEntentia potest † iustificari ex nouiter deductis, etiam quod transiuerit in rem iudicatam, *gl. [illegible] in verbo nec processus, in clemen. [illegible] pendente, de appell.* Quam sequuntur omnes Doct. ibi. & sicut sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, si superuenit caussa, per quam constet de iniquitatibus sententiæ, [illegible] non licet † exsecutioni mandari. *Innocent. [illegible] 2 [illegible] Felynus in capitu inter ce-[illegible] [illegible] amplia, & de rescri-[illegible] 28. numer* 6 iunctis his quæ [illegible] dicit: ita sententia † seu res iudicata quantumcunque iniqua, si postea iustificatur, debet exsecutioni demandari, *[illegible] capitulo [illegible] literas [illegible] [illegible].* [illegible] enim eadem est [illegible] disciplina [illegible], *qui sunt sui vel alieni iuris.* Et ita fuit [illegible] die 16 Maii 1551. coram Domino [illegible] in vna Burgensi distributionis [illegible].

SVMMARIA.

1 *Sententia restitutoria potest ex nouiter deductis iustificari, & quare.*

2 *Titulum non est necesse probare in restitutoria, sed sufficit iustificare possessionem ex titulo.*

3 *Possessione iustificata, iustificatur sententia.*

Decisio CXV. seu [illegible].

ET in vna Cassalen. præceptoriæ [illegible] fuit dictum, quod sententia † restitutoria po- 1
test iustificari ex nouiter deductis, quia si nunc illa produceret, veniret restituendus. Quoniam in d. restitutoria, † non te- 2
netur quis probare titulum, sed sufficit iustificare possessionem ex titulo, *[illegible] in clementina prima, de caus. possess. & propriet. [illegible] Cardinal. not. septima, & [illegible] [illegible] literis, colam [illegible] versiculo quarto, de [illegible] torum.* Et cum sit † iustificata possessio [illegible] 3
net iustificata sententia. Et ita fuit sententum die 26. Octobris 1551. in d. caussa Casalen.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata ab vno ex pluribus iudicibus, valet, quando in rescripto adest clausula, & quod si non omnes, &c. maxime quando alius Iudex datus inueniri non potuit nu 2.*

3 *Episcopus tenetur inquirere titulos beneficiatorum.*

4 *Præsumitur quisque scire, quod perquirere tenetur.*

Decisio CXVI. seu 3.

SEntentia lata † in partibus circa manda- 1
tum de manutenendo, valida est: quia vnus Iudex ex pluribus vigore rescripti aduersarii, quod habet clausulam, & quod si non omnes, id potuit, *iuxta textum in capitul. suscitatus, de rescriptis, & capitu prudentiam, de officio delegat.* Nec obstat si alius iudex nominatus non intereuenerit, quia non † potuit 2
etiam facta diligentia per Episcopum, & Vicarium Vercellen. de eo reperiendo inueniri, & ad eorum officium pertinet † per- 3
quirere titulos beneficiorum *cap. ordinarii, de officio ordin. lib. 6.* Cum vnusquisque præsumatur † scire quæ perquirere tenetur, *cle- 4
mentina prima, in fine, de concess. præbend.* Et non exsistentia illius prioris comiudicis non potest melius probari, quam per dictam diligentiam. Vbi dicit Bartolus de negatiua probanda, *in l. in illa, in fine, ff. de verborum oblig[illegible].* Et sic valida dicta sententia vsq. fuit præci-

pue, quia possessio capituli per testes plenissime probata fuit. Et ita tētum die 19. Iunii 1551. coram D. Achille, in vna Barchinonen. impositionis onerum.

SVMMARIA.

1 *Sententia declaratoria ob non paritionem literarum exsecutorialium lata, pēdente iudicio super inopia, valida est.*

2 *Iudicium inopiæ pendere non potest, nisi parito prius iudicato quo ad possessionem.*

3 *Instrumentum productum in actis, & non recognitum non probat.*

4 *Instrumentum non recognitum an probet, parte non opponente.*

5 *Citanda est pars ad dicendum contra instrumentum producendum, & quare nu. 6.*

7 *Instrumento producto, parte non citata ad dicendum contra, iudex potest fidem non adhibere ex officio.*

DECISIO CXVII. seu 4.

Sententia declaratoria ob non paritionem literarum exsecutorialium lata pē-
1 dente iudicio super inopia, valida † est. Quia iudicium inopiæ pendere non poterat, nisi prius parito iudicato quo ad posses-
2 sionem, *vt per Staphileum, de lit gratiæ & iustit. folio 262. colum. 2. secundum primam impressionem.* Nec obstat, quod constet de instrumē-
3 to paritionis in actis, quia non fuit † recognitum. *Doctores in capitulo primo, de fide instrumento. Oldradus consilio 227. numer. 6. Socin. consil. 32. versiculo secundo, conclusio. libro primo. Parisius consilio 115. numero quarto & quinto, lib. 4.*
4 Et si dicatur, quod instrumentum † etiam non recognitum, probat parte non opponente, *vt per Doctores in authent. si quis in aliquo. C. de edendo.* Respondebant Domini, quod
5 pars non erat citata † ad dicendum contra
6 prout requirebatur, † & ideo nō potuit op
7 ponere, & iudex potuit etiam ex officio † illi instrumento non dare fidem, *l. iudices, C. de fide instrumento. Rota decisione secunda, de rescript. & ibi Papazzore. in tertia additione in nou. Felynus in capitulo quoniam contra. numero quadragesimo. C. de probation. Cassadorus decisio. 8. numero sexto, de rescript. & decisione 12. super regul. numer. 12.* Et apparet, quod illi non adhibuit fidem, postea quam processit ad declarationem. Et ita fuit tentum 16 Nouembris 1554 coram Oradino in vna Tolletana Canonicatus & præbendæ.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata contra vnum, non nocet alteri non citato, quamuis is appellauerit, si appellationem prosecutus non fuerit.*

2 *Appellatio conditionalis quid operetur.*

DECISIO CXVIII. seu 5.

Sententia lata contra Blasium per Do-
1 minum Nouatum, non † nocet Vincentio, qui ad audiendam non fuit citatus, licet appellauerit, & appellationem prosecutus non fuerit. Quoniam commisit caussam nullitatis, & attentatorum, & appellationis, quatenus opus sit, ita quod appellatio fuit † conditionalis: nec pariter 2
nocet Vincent. dicta sententia, quia in illo iudicio non fuit citatus. Et ita fuit tentum die 29 Maii 1551. coram Domnio Decano Accorambono in vna Bononien. de Canouella.

SVMMARIA.

1 *Sententia dicitur nulla, si est lata contra absentēs ab Vrbe, tempore incoati iudicii, quāuis ad valuas curiæ, & ad domum citatos.*

2 *Possessoris caussa non est leuis præiudicii, sed grauis. In qua requiritur citatio prima personalis.*

3 *Citatio domi facta non sufficit, vt ad diffinitiuā perueniat.*

4 *Sententia lata in possessorio, est diffinitiua.*

5 *Bartoli intellectus ad l. 4. §. ait prætor. ff. de damno infect.*

6 *Citatio facta domi tunc valet, quando citatus in domo degit, in qua citatur, & nu 7.*

DECISIO CXIX. seu 6.

Sententia nulla † est, defectu citationis, 1
lata super relaxatione quorundam bonorum, vna cum fructibus ex expensis, vigore interdicti quorum bonorum contra illos de Zambeccariis absentes ab Vrbe, tempore inchoati iudicii, quamuis citatos ad valuas Curiæ, & domus eorum prætensæ habitationis, *per notata ab Innocentio in capitul. si aduersarius, de eo qui mittitur in possessionem, & ibi in specie Antonius de Butrio. columna quarta. versiculo primo.* Et hoc, quando agitur de his quæ sunt grauis præiudicii, vt ibi per omnes, prout hic. Nam Rota seruat, quod in caussa † possessorii, non sumus in caussa 2
leuis præiudicii, sed grauis, ita vt requiratur sententia cum citatione partis personaliter, saltem in prima citatione. *Rota decisione quadragesimaoctaua, in nou & decisione trecentesimasexta, in antiqui. Felynus in capitu. ad petitionem. colum. final versicul. & ad alia dicta. de accusation. Decius consilio quadragesimo, sexagesimoprimo nume. 25 Abbas in cap. caussam, nu. 6. de dol. & contumac.* Et cum citatione domi facta, non potest deueniri ad sententiam 3
diffinitiuam. *Abb. in d. cap si aduersarius, col fi. versi. 2. conclus.* Et sententia † lata super pos- 4
sorio, est diffinitiua *Rota decisione 224. in antiqui. Ancharanus in clemen. 1 colum penul in fin. de iudic Ægid in d. c fin num 2. de eo qui mittitur in possessionem caussa rei seruandæ, & sequitur Paul. de Castr.* qui attestatur istam practicam Curiæ Romanæ, *in l. ad peremtorium, num 6. ff. de*

ff.de iudic. Nec obstat quod dixit Bar. †in l. 4. §. ait prat. ff. de dam. infect. videlicet, quod sufficit citatio ad domum, quia non est communis sententia Bartoli in casu, de quo agitur: seu procedit quando quis est vagabundus, & nescitur in quo loco sit, secus est quādo scitur, vbi sit principalis, quia tunc requiritur, quod citetur personaliter in loco vbi degit. Præterea tunc valet † citatio facta domi, quando citatus degit in domo, in qua citatur, si autem in ea non degit, † & feratur sententia cum illa citatione, tunc illa sententia nulla est. *Rom. consil. 454. num. 6. & 8. Cardin. consi. 113 num 3. & 4. Cuma. consilio. 146. in 1. dubio, & in terminis Corn. consi. 52. num. 7. lib 4.* Itaq; interpretanda, hæc verba, solitæ habitationis *Imol. consi. 105 col. 1.* Et ita fuit tentū in vna Romana bonorum de Zambeccariis, coram Domino Oradino die 3. Nouembr. 1554.

SVMMARIA.

1 *Sententia notorie iniusta reuocāda est ex eisdem actis, & quæ dicatur notorie iniusta.*
2 *Sententia notorie iniusta potest iustificari ex nouiter deducendis.*
3 *Expensarum condemnatio fit, quando declaratur sententia notorie iniusta ex eisdem.*

DECISIO CXX. seu 7.

1 Sententia est notorie iniusta, † in qua declaratur beneficia, de quibus agitur, spectare ad mensam capitularem, cum tamen sint vnita mensæ Episcopali: & sic venit reuocanda ex eisdem actis. *Bart. in l. 1. colum. 3. vers. vnde alii referunt. C. quando prouocare non est necess.* Neque sententia hæc potest ex dictis testium iustificari, quia testes non probant tenuitatem fructuum, nec ornamentorum Ecclesiæ ad sufficientiam. Sed fuit dictū, quod exspectetur, iustificabitur sen-
2 tentia † ex nouiter deducendis, & si non iustificabitur, quod declaretur sententia iniusta ex eisdem, cum † condemnatione ex-
3 pensarum. iuxta stylum Rotæ. Et ita tentū 25. Maii 1554. coram Oradino in vna Burgi. S. Sepulcri beneficiorum.

SVMMARIA.

1 *Sententia non dicitur nulla defectu iurisdictionis, quando committitur appellatio, in qua narratur caussa exsecutiua, & committitur cum toto negotio principali, si tamen non tractatur nisi de exsecutione.*
2 *Procedendi modus declarat agentis intentionem.*
3 *Rescripti dubii interpretatio fit ad impetrantis vtilitatem.*
4 *Termini si sunt seruati in exsecutiuis prout in negotio principali, sunt nulliter seruati, sed vigore Innocentianæ sanari possunt.*
5 *Terminus nulliter seruatus Innocentiana sanat.*

DECISIO CXXI. seu 8.

Sententia non est nulla † ad effectum iu- 1
risdictionis, quia fuit commissa caussa appellationis a sententia lata per D. Guidobonum, in qua narratur caussa exsecutiua, & committitur vna cum toto negotio principali, quod negotium principale erat exsecutio, quæ erat facienda virtute rei iu- 2
dicatæ sententiæ Capisucci, & colligitur ex modo procedendi, † qui declarat intentionem agentis. *Oldrad. consil. 199. colum 2.* Et quando rescriptum † esset dubium, facien- 3
da foret interpretatio ad vtilitatem interpretantis. *Cassad. decis. 6 de rescript. num. 4.* Circa nullitatem respectu terminorum substantialium male seruatorum in negotio exsecutiuo; fuit dictum, quod si sunt † ser- 4
uati, prout in negotio principali seruantur, sunt nulliter seruati etiam in negotio exsecutiuo. Sed quod per reiterationem sanantur vigore bullæ Innocentianæ, quæ sanat † terminos nulliter, & male seruatos. 5
Cassad. decis. 8. de rescript. c. fi. Et sic sententia nō est nulla. Et ita fuit tentum die 3. Nouembr. 1554. coram Domino Radino, in vna Ispalē. Canonicatus, & præbendæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia absolutoria super crimine collusionis, non nocet tertio, quando sumus in diuerso iudicio, & inter diuersas personas.*

DECISIO CXXII. seu 9.

Sententia absolutoria super crimine collusionis, non obstat, † communi. Fernan- 1
dez. *per l. fin. & ibi gloss. & Doctores. C. de ordi iud. l. vnic. C. quando actio. ciuil. praiud. crim. Bartol in l. edita. colum. 4. versic. quandoque fit. C. de edendo.* Quia est diuersum iudicium, & sumus inter diuersas personas. Et ita tētum 24. Apr. 1555. coram Guidobono in vna Romana domus.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata contra administratores hospitalis, quando non præiudicet hospitali.*
2 *Citatio non arctat citatum quando actus aliter geritur, quam dictum fuerit in citatione.*
3 *Citatus in vna caussa tantum, non tenetur respondere in aliis, & ratio.*
4 *Citatio noua quando requiratur.*
5 *Intimatio declarationis facta etiam in iudicio requiritur.*
6 *Auxilio nouo indigent, quæ de nouo emergunt.*
7 *Processus per contradictas, quando inualidus.*
8 *Sententia lata in curia terminis non seruatis est nulla.*

DECISIO CXXIII. seu 10.

Sententia lata contra administratores hospitalis S. Ioannis, citatos, vti heredes testamentarios Archiepiscopi Tolletan. & tanquam detentores decimarum decursa-

rum, non † præiudicat hospitali, quia hospitale nunquam fuit nominatum in exsecutione citationis, & quia quando proce-
2 ditur † ad aliquem actum, contra aliquem, si ille actus aliter geritur quam dictum fuerit in citatione, citatio non arctat citatum. *Bartol. in l. aut aliter, ff quod vi aut clam. Ruinus consi. 102. colum. 2. lib. 5.* Nec obstat si dicatur,
3 quod isti sunt administratores, & comparuerunt: quia si ad vnum pertineant † diuersæ caussæ, & citetur ad vnam caussam tantũ, & compareat, non tenetur in alia respondere. Et est ratio, quia licet comparuerit,
4 nõ tamen venit deliberatus, & ideo alia † citatio requiritur. *Bald. in l si accusatoribus, nu. 13. C. de accusat.* Nec minus obstat declaratio facta per aduersarios in iudicio, quia erat
5 necessaria intimatio illius: nam ea † quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, *l. de ætate, § ex caussa, ff. de interro. act. ca. ceterum, de iur. calumn. Rot. decisio. 320. in nou.* Et ita fuit
6 tentum in vna Tolletana decimarum corã Domino Decano die 27. Aprilis 1551. supradicta decisio confirmata fuit die 11. Maii dicti anni: & dictum, quod contra administratores fuit processum per contradictas, &
7 male, † quia non fuerunt citati. *Rot. decisione 683. in antiquis.* Et quamuis ad instantiam hospitalis fuerit datum mandatum in remissoria: tamen quia termini erant iam seruati ante decretum dictæ remissoriæ, sententia non valet contra Hospitale tan-
8 quam lata terminis † non seruatis, *l. prolatam, vbi omnes, C. de sententiis.* Quamuis sustineatur contra ipsos Administratores tanquam heredes, & exsecutores testamentarios, vt supra.

SVMMARIVM.

1 *Sententia excommunicationis quando dicatur nulla, si non seruatur forma bullæ.*

DECISIO CXXIV. seu 11.

1 Sententia excommunicationis est nulla, † si feratur vigore monitorii, quod habet relationem ad bullam, quæ dicit, quod in euentum perturbationis, ad pœnam priuationis procedat, quia lata non seruata forma bullæ requirentis probationem perturbationis præambulam, & postea priuationis nõ excommunicationis pœnam. Et ita fuit tentum die 4. Maii 1551. coram D. Decano in vna Valentina Medietatis fructuũ.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata in 3. instantia cum vno quando sit etiam tertia cum alio.*
2 *Clausula, quam, & quas: quando non operetur.*
3 *Intentio facto declaratur.*
4 *Variare quando alicui non liceat.*
5 *Declaratio non admittitur, nisi vsque ad sententiam.*

DECISIO CXXV. seu 12.

Sententia lata in 3. instãtia contra Dominicum de Toryes dicitur tertia, † etiam 1
respectu Auditoris Cameræ, qui fuerat admissus pro suo interesse vigore commissionis in statu, & terminis, in quibus caussa reperiebatur, dummodo termini substantiales, in hac 3. instantia seruati sint, prout *in 2. Fely. in c. cum super, ad fi. vers. item scias, de re iud.* Nec aliquid operatur clausula † quam, & 2
quas: quia Auditor Cameræ ea non est vsus, non faciendo citationem ad dicendũ contra commissionem, & ad libellandum, neq; seruando alios terminos substantiales, put in prima, *ad Cassado. decis. 1. de except. num. 4.* Et ideo cum semel † suam intentionem declarauerit saltem facto, *iuxta l. Paulus, ff. rem rat. haber.* non licet ei amplius † variare. *Philipp.* 3 4
Franc. in c. cum cessante, num. 23. in 10. limita. de appella. Et declaratio † non admittitur nisi vsq; 5
ad sententiam, *gl. & Doct. in l. pactum, C. de trãsact.* Secus autem esset, si termini tenti fuissent prout in prima. Et ita tentum in vna Bracaren. Monasterior. coram Domino Oradino die 9. Apr. 1554.

SVMMARIA.

1 *Sententia an ferri possit etiam iuxta non petita per partem.*
2 *Actio inepte expressa etiam in iudiciis plenariis non vitiat.*
3 *Agere dicitur bene is quocunq; iure agatur, dummodo ei res petita debeatur.*

DECISIO CXXVI. seu 13.

Sententia ferri † potest etiam iuxta non 1
petita per partem agentem, si proceditur summarie, & hoc licet vna caussa sit deducta, & altera probata ex prosecutis. Moderni Senenses post Alex. *in l. si ita stipulatus, § Chrysogonus col. 3. ff de verb. oblig. Hippol. sing. 272. Ruin. consil 5. num. 12. vol. 4.* Imo etiam in plenariis iudiciis actio inepte expressa non vitiat, si ex alia ius competat. *Iaso. in l. si omnium, num. 166. Instit. de actio. & in l. 1. colum. pen. ff.* 2
de eden. Et quocunq; iure quis agat, dũmodo ei res petita debeatur, bene agit. Et ita 3
fuit tentum in vna Maioricen. pecuniaria, coram D. Vestano die 22. Maii 1552.

SVMMARIA.

1 *Excommunicationis sententia vigore obligationis vltro citroq; obligatoria, est nulla, quando actor pro parte sua non adimpleuit.*
2 *Agens ex correspectiua obligatione, debet prius probare se adimpleuisse.*

DECISIO CXXVII. seu 14.

Sententia excõmunicationis vigore obligationis in forma Cameræ vltro citroque obligatoriæ, lata, nulla est, † si nõ cõstat 1
in primis, quod actor pro parte sua adimpleuerit: quia ille qui vult agere ex obligatione

ne correspectiua † debet docere prius ad-
2 impleuisse pro parte sua, *l. cum personas. C. de pact. la 2.* Verũ quia Antonius Ramires egit coram Auditore Cameræ contra Melchiorem del Rio, vigore obligationis vltro citroque obligatoriæ, & non docuit prius de suo adimplemento, ideo Domini tenuerunt die 20. Maii 1552. coram Domino Chisianen. quod sententia excommunicationis lata contra Melchiorem, & fideiussores, sit nulla.

SVMMARIA.

1 *Sententia non probat sine processu, & actis, & quare.*
2 *Sententia est nulla quæ est lata parte non citata.*
3 *Acta prioris instantiæ debet producere ille, qui petit sententiæ confirmationem, non qui instat pro illius reuocatione.*

DECISIO CXXVIII. seu 15.

1 SEntentia non probat sine processu, & actis, quia appellãs potest dicere se non
2 † fuisse citatum, & propterea, quod sentẽtia sit nulla, per doctrinam Paul *de Castro in l. qui ad ciuilia. de appellat.* vbi dicit, quod illi, qui petit reuocari sententiam, sufficit, quod ꝑducat appellationem, sed ille, qui petit cõ
3 firmationem sententiæ, debet † producere processum. Et ita fuit tentum coram Reomano 5. Decemb. 1552. in vna Barchinonen. Beneficii S. Michaelis.

SVMMARIA.

1 *Excommunicationis sententia nulla vel iniusta, non potest ex nouiter deducendis iustificari.*
2 *Remissoria denegatur in isto casu.*

DECISIO CXXIX. seu 16.

SEntentia excommunicationis nulla,
1 vel iniusta, non potest ex nouiter † deducendis iustificari. Et propterea pro illius
2 iustificatione denegatur † remissoria. Et ita fuit tentum in vna Gerunden. molestationis, coram Domino Oradino 28. Martii 1544.

SVMMARIA.

1 *Citatus personaliter ad sententiam debet appellare infra tempora, etiam quod non notificetur tenor sententiæ.*
2 *Ignorantiam sententiæ latæ quando quis allegare non possit.*
3 *Sententiæ tres conformes exsecutionem merẽtur.*

DECISIO CXXX. seu 17

SEntentia transiuit in iudicatum contra
1 Antonium citatum personaliter ad audiendum sententiam coram D. Camerario, licet illa non fuerit † sibi postea intimata, quamuis ab illa sentẽtia extra tempora, & a die notitiæ sententiæ latæ appellauerit, quia si timebat sibi per sententiam præiudicari posse, debuit infra tempora appel-
2 lare a die notitiæ citationis prædictæ, cum de sententia non possit ignorantiam allegare, postea quam ad illam audiendam fuit citatus, licet comparere non curauerit, *ad Capic. decis. 139.* Et propterea dictæ aliæ † sentẽ- 3
tiæ confirmatoriæ tres faciunt conformes, quæ exsecutionem merentur. Et ita fuit dictum die 26. Octob. 1552. coram D. Augustino in vna Romana domus, præsertim cum constaret de bono iure actoris.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata per verbum, ordinamus, a Vicelegato, an valeat, vt diffinitiua.*
2 *Præsumitur aliquem facere non voluisse actum frustratorium.*

DECISIO CXXXI. seu 18.

SEntentia lata per verbum, ordinamus, a Vicelegato ad instantiam partium petentium proferri sententiam diffinitiuam, valida † est, quia non præsumitur † voluisse 1
facere actum frustratorium. *Parisi. consil. 44.* 2
numer. 6. & consil 105. numer. 32. volumin. 1. Et ita fuit tentum die 16. Decembris in vna Vasionen Capellaniæ coram Domino Augustino.

SVMMARIA.

1 *Sententia est confirmanda in dubio, quando cõtra illam aliquid de nouo non deducitur.*
2 *Cumulatio diuersarum actionum circa diuersas res admitti non debet.*

DECISIO CXXXII. seu 19.

SEntentia est in dubio cõfirmanda, quãdo † contra illam aliquid de nouo non 1
deducitur, *l. iudices. C. de iudiciis. Doctor. in l. si finitam, §. eleganter ff. de damno infect.* Nec aliquid facit si aduersarius vult probare de libris quinque, quia est diuersa actio, & sumus in fine iudicii, & super solutione illarum quatuor librarum dumtaxat ex alia caussa. Vnde non debet admitti cumulatio
† diuersarum actionum circa diuersas res, 2
l. si idem cum eodem, in princ. vbi Alexan. & alii ff. de iurisdict. omnium iudic. l. edita. C. de edendo. Et ita fuit tentum 19. Decembr. 1552 coram Domino Augustino in vna Elect. en. spolii, & contrauentionis statutorum.

SVMMARIA.

1 *Sententia absolutoria ex non iure actoris dari potest reo, & possessori.*
2 *Possessor reus dare potest de iure tertii quo ad obtinendam absolutoriam, & etiam ex sola supplicationis productione, nu. 3.*

DECISIO CXXXIII. seu 20.

SEntentia absolutoria datur † reo, & pos- 1
tractæ obligationis, prout fuit in casu nostro, & ista est differentia inter huiusmodi interdictum & hypothecariam quia in primo satis est probare vt dixi possessionem.
In secundo est probandum † dominium. 4
l. quæ nondum sunt. §. quod dicitur. ff. de pignora. Bar. in d. l. 1. num. 3. ff. de Saluia. interdic. Et ita fuit tentum in vna Romana pecuniarum seu bonorum coram dom. Decano 26. Octob. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non excusat a condemnatione expensarum, quando ex eisdē actis reuocatur secus si ex nouiter deductis.*

DECISIO CXLII. seu XXIX.

Sententia quando ex eisdem actis reuo-
catur, non † excusat a condemnatione 1
expensarū, secus si ex nouiter deductis. Ita tenet Rota *decis. 10 de dol & contumac. in nou. alias 251.* quæ etiam hodie obseruatur in Rota, addo *Mil. in repertor. in verb. expēsarum. & Abb. in c. fin. colum. 12. de dol. & cōtumac. Guid Pap. decisio 436. q. 48. & q. 137. Capell. Tholos. decis. 222. Franc in c. 1. §. fin. in fi. de appellat. in 6. & in cap. quoniam contra. colum. 3. de probat. Corne. consil. 185. colum. fin volum. 3. Sarnen. in reg. de annali. q. 41. num. 3.* Et ita fuit decisum meo tempore in caussa Gerundē. nullitatis censuratum coram dom. Federico Fantuccio 14. Octob. 1552.

SVMMARIA.

1 *Sententia est nulla in totum, si lata est super petitorio, & possessorio, petitore tamen per partē suspenso.*

2 *Cumulatio petitorii, & possessorii parte opponēte, non admittitur.*

3 *Possessorium quando est duntaxat cognoscendum vigore commissionis non admittitur cumulatio, etiam parte non opponente.*

4 *Ripa in l. nihil commune. numero 173. confutatur.*

5 *Commissione etiam in minimo non seruata, totus processus corruit.*

DECISIO CXLIII. seu XXX.

Sententia lata super petitorio, & possessorio, petitorio tamen suspēso per partem, est † nulla in totum. Quia cumula-
tio † petitorii, & possessorii parte opponen- 1
te non admittitur, & si iudex processit su- 2
per vtroque processus est nullus, *secundum Bartol. communiter approbatum. in l naturaliter. §. nihil commune. colum. 10. 2. q. de acquirend. possess.* sequuntur illum *Alexan. ibid. colum. penult. num. 91. versic. quæritur. 2. Ias. num. 156. versi. sed vt istam materiā. D. Fab. Accoram. in repet. sua. d § nihil commune. nu. 103. Bolog. in eadē repet. col. 33. nu. 29 ver & 1. q. & Claud. in ea. repe. col. 50. ad fi. nu 55. vers. expedit omnib. & Harmoni-*

notius in ead. repet. colum. penult. num. 35. versi cir. 5. q. Bar. Dec. consil. 84. colum. penult. prope fin. Et hoc maxime procedit in casu isto, quia aderat commissio præcisa, vt in solo possessionis priuatiuæ ad petitorium pro-
3 cederetur, quo casu etiam si pars † non opposuisset, neque suspendisset petitorium iudicium cumulatiue fuisset nullum ipso iure, *vt per Alex. in d. §. nihil commune. colum. penult. num. 94. vers. addo casum. & Iason. ibid. num. 164. Barba. in c. venerabili. colum. 3. ad fin. num. 19. & colum. penult. de offi. deleg.* quicqd
4 in contrarium dixerit *Ripa* † *in d. §. nihil commune. num. 173.* Et ratio est, quia agens con-
5 tra formam commissionis † etiam in minimo, totum processum destruit. *Butr. in c. fin. in 7. not. de restit. spoliat. Dec. in c. prudentiam. colum. 2. num. 5. de offic. deleg. Abb. in cap. fin. num. 6. de restitut. spoliat.* Et ita fuit decisum bis in caussa Burgen. iuris notandi, coram Capisucco die 12. Februarii 1552. & nona Martii eiusdem anni non obstante inhibitione alias facta in hac eadem caussa sub die 15. Ianuar. 1552.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata in possessorio recuperandæ in profanis, ex iniusto titulo, est exsequenda.*

2 *Titulus in profanis non requiritur in possessorio recuperandæ.*

3 *Spoliatus restituitur non obstante proprietatis defectu in profanis.*

DECISIO CXLIV. seu XXXI.

SEntentia lata in possessorio recuperandæ in profanis, quamuis ex iuribus nouiter productis appareat de tituli in-
1 iustitia, tamen est † executioni demandan-
2 da: quia in profanis † non requiritur titulus, vt voluit Rot. *in nou. decisione 393. Sarnen. in regul. de annali q. 57. in fin.* Quare cum simus in spoliato restituendo, contra quem
3 non † admittitur defectus proprietatis etiã in continenti probandus. *glo. in cap. 1. de restitut. spoliat. lib. 6. Perusi. in c. ad decimas. ante fin. vers. aliquando opponitur. eod. tit.* igitur executio non est retardanda. Et ita fuit tentum in vna Auinionen. spolii officii coram domino.

SVMMARIVM.

1 *Sententia super futuris alimentis, non admittit appellationem suspensiuam sed deuolutiuam tantum.*

DECISIO CXLV. seu XXXII.

1 SEntentia lata super alimentis futuris non † admittit appellationem suspensiuam, sed deuolutiuam tantum, secũdum *Bar. in l. Mela. ff. de alimen. & cibar. legati. Dec. in l. de alimen. num. 10. de transact. & alios citatos supra in ver. appellatio.* Et ita fuit tẽtum in vna Romana status, & alimẽtorum, coram dom. Capisucco 17. Octobris 1552.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata super interesse ciuili partium quando sit nulla.*

DECISIO CXLVI. seu XXXIII.

SEntentia lata super interesse ciuili partium est † nulla ex defectu citationis, 1
quando iudex ordinarius vno & eodẽ die pertulit sententiam in caussa criminali inter partes reseruando vni parti ius agendi super interesse ciuili, super quo tamẽ eodemmet die sine noua citatione pronũtiat. Ita fuit tentum in vna Regien. Abbatiæ, coram dom. Capisucco 21. Octob. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in fauorem pupilli, & minoris etiam indefensi, valet, & tenet.*

DECISIO CXLVII. seu XXXIV.

SEntentia quãdo est lata in fauorem pupilli, & minoris etiam indefensi, valet, † 1
& tenet. *per tex. in l. non eo minus. C. de procur.* Et ita tenuerunt domini in caussa Romana status & alimentorum, coram D. Capisucco Veneris 4. Nouemb. 1552.

SVMMARIA.

1 *Sententia annullans aliam sententiam, non videtur annullare processum. & num. 3.*

2 *Sententia potest esse nulla, valido exsistente processu.*

4 *Illatio non fit ex diuersis.*

5 *Sententia est strictissimi iuris, neq. ad alia extenditur.*

6 *Dictio, tantum, est taxatiua.*

DECISIO CXLVIII. seu XXXV.

SEntentia lata annullando aliam sentẽtiam, si processus erit bonus, & constabit de eius validitate, non videtur † an- 1
nullare processum, sed sententiam tãtum? Et ratio est, quia sententia † potest esse nul- 2
la, valido processu, *vt per Bartol. in l. si expressum. ff. de appell. & in l. cum quærebatur. ff. de re iud. perscrib. in c. in literis. de offic. deleg. & in c. ad probandum. de re iud.* Vnde si quis confir-
mat † sententiam respectu nullitatis alte- 3
rius sententiæ non videtur aliquid circa processum pronũtiare, cum ex diuersis †
non fiat illatio. *l. eius qui in prouincia. ff. si certpetat.* Maxime cum sententia † sit strictissi- 4 5
mi iuris, nec ad aliud extendatur quam ad illud, quod de necessitate comprehendere potest, vt arguit *Fulgo. cons. 40. Alexand. cons. 164. vers. licet. volum. 7. Dec. consi. 47. colum. fi.* Et eo magis quia in supradicta sententia ap-
paret illa dictio (tantum) quæ est † taxatiua, 6
& si ponitur in oratione affirmatiua, affirmat illud quod ponit, & negat omne aliud respectu rerum & personarum, vt est doctr. *Bar. in l. 1. ff. si quis. iusdic. nõ obtẽp.* & sic negauit nullitatẽ processus. Et ita fuit tentũ in vna Por-

Portugallen. petitoria coram dom. Capisucco Lunæ 7. Nouemb. 1551.

SVMMARIA.

1 *Termino ad articulandum non seruato, sententia est nulla.*

2 *Terminus ad dicendum contra articulos, an æquipolleat termino ad articulandum.*

3 *Terminus ad articulandum est communis actori, & reo.*

4 *Iudicii de substantia an sit articulare, & probare. & num. 5.*

6 *Aegidij decis. 27. intellectus.*

7 *Termini male, nulliter, & inculcate tenti, sanātur per Innocentianam, sed non illi qui nunquam fuerunt seruati.*

DECISIO CXLIX. seu III.

1 SEntentia est nulla † si non fuerit seruatus terminus ad articulandum. *Aegid. decis. 27. & Cassad. decis. 8. nu. 6. de rescript.* Nec suffragatur ei citatio facta contra partem ad videndum admitti articulos, quasi per æquipollens videatur seruatus ille terminus ad articulādum, quia hoc procede-
2 ret † in termino ad dicendum contra, prout loquitur *Cassad in 2. decisi. de iudic.* cum respiciat tantum partem dantem articulos, secus videtur in termino ad articulandum,
3 cum sit † communis actori, & reo, nec dica-
4 tur, quod articulare, † & probare non sit de substantia iudicii, *vt per Bartol. in l. prolatam. colum. 2. vers. modo ad propositum. C. de senten.* Quia post Vrbanum Quintum est de sub-
5 stantia † iudicii, cuius omissio vitiat. *Rot. de-*
6 *cis. 2. de rescript. in nou.* Minusque verum est quod decisio † Ægidii 27. intelligenda sit parte opponente, & reclamante, quia hoc non videtur verum. Cum Ægid. simpliciter loquatur, & postea in casu isto pars reclamat. Minus obstat reiteratio terminorū facta vigore Innocentianæ, quia vigore In-
7 nocentianæ † termini male, nulliter, & inculcate tenti reiterantur, sed non termini, qui nunquam tenti fuerunt, vt est iste terminus ad articulan. *Cassad. decis. 8. de rescript.* Et ita fuit tentum pro nullitate sententiæ in caussa Zamozen. canonicatus & præbēdæ, coram dom, Guidobono 19. Decemb. 1552.

SEQVESTRVM.

SVMMARIA.

1 *Sequestrum quando dicatur bene relaxatum.*

2 *Cautio de restituendo pecunias in euentum succumbentiæ quid operetur.*

DECISIO CL. seu I.

SEquestrum factum ad instantiam Ioannis Iacobi super pecuniis depositatis apud mercatorem, cū cedula, vt relaxaret illum ad mandatum R. do. Auditoris,
1 legitime relaxatum † fuit, ita vt mercator non teneatur in aliquo Io. Iacobo in ipsa relaxatione, quia cedula depositi dicit, q̄ deponantur illæ pecuniæ relaxandæ illi, vel secundum ordinationem R. dom. Auditoris. Auditor autem mādauit consignari vni Mercatori: ille igitur, qui consignauit, fuit in bona fide parendo mandato R. dom. Auditoris, & sic secundum tenorem cedulę depositi ab ipso mercatore factæ. Et maxime, quia ille, cui pecuniæ relaxatæ fuerunt, cautionem † præstitit de restituendo 2
illas pecunias in euentum succumbentiæ: ita vt etiam Ioanni Iacobo per istam cautionem videatur esse consultum. Et ita resolutum fuit in caussa Romana sequestri 10. Maii 1553. coram domino Reomano.

SVMMARIA.

1 *Sequestrari debet beneficium ex iudicis officio, quando constat lite pendente notorie de non iure illius.*

2 *Breue de capiendo possessionem sine vitio spolii quomodo intelligatur.*

DECISIO CLI. seu II.

SEquestrari debet beneficium † ex iudi- 1
cis officio, quando spoliatus lite pendente, petit restitutionē, & constat ex actis notorie quod non debet restitui, *iuxta decisio. dominorum in nou. 14. & Cassado. de restitut. spoliat. decisi. 3 num. 4.* Nec obstat, quod Cardinalis † habeat breue de capiēda pos- 2
sessione sine vitio spolii, quia illud breue nō dat facultatem capiendi possessionem lite pendente, & sine vitio attentatorum. Et ideo fuit dictum, quod ex officio iudicis possessio sequestranda est. *Rot. deciso. 2. de restitut. spoliat. in nou.* In caussa Romana sequestri 3. Iunii 1553. coram Reomano.

SVMMARIA.

1 *Sequestrum quando concedi debeat in beneficio ante latam sententiam.*

2 *Confessio quæ reuocari non possit nisi docto de errore.*

DECISIO CLII. seu III.

SEquestrum apponi debet in beneficio ante latam sententiam, quando ille, qui 1
possidet, fatetur in articulis se possidere beneficium, quam confessionem non potest † reuocare, nisi docto de errore. *c. fin. de* 2
confess. petit remissorium, & sibi conceditur: Ratio est, quia sicut apponitur sequestrum lata sententia. *per clemen. 1. de seq. poss. & fruct.* Ita possessor obtinens remissorium, facit quominus sententia prima non feratur contra ipsum, ita vt habeatur pro data quo ad effectum sequestri. *faciunt notata per Bisign. decis. 8. de rescript.* Et ita fuit alias decisum, prout habetur in meo libro magno decisionum in titulo, de dilatio. & terminis decis. 8. Et ita tentum die 21. Nouembris

1552. coram dom. Augustini in vna Placẽtina Parochialis de Valuerde.

SVMMARIA.

1 *Sequestrum non est apponendum super beneficio. quando agitur super membro vel re illius.*
2 *Clem. ad compescendas. de seq. poss. & fruct. intell.*

DECISIO CLIII. seu IV.

1 SEquestrum apponi non † debet super beneficio, quando nõ agitur principaliter super ipso beneficio, sed super mẽbro vel re illius: qa tũc nõ est locus clemẽ-
2 ti. ad compescendas. *de sequest. possess. & fruc. vt notat ibi glo. in vers. super beneficio, & ibi Cardinalis, & omnes.* Et ita fuit tentum 8. Iunii 1551. coram Chissanen. in vna Vercellen. membrorum.

SVMMARIA.

1 *Sequestro quando non dicatur satisfactum.*
2 *Verba æque idonea, quid importent.*
3 *Subrogatus habere debet easdem qualitates.*
4 *Probare is debet, qui dicit aliquem fideiussorem esse æque idoneum.*
5 *Probanda est magna idoneitas personæ.*
6 *Approbatores etiam esse debent æque idonei.*

DECISIO CLIV. seu V.

SEquestro apposito super pecuniis do. Lucretiæ Luperallæ, & mãdatum de renouando illud, pręstitis cautionibus loco alterius cautionis idoneæ banchariæ sa-
1 tisfactum non † dicitur, si non præstentur
2 aliæ cautiones æque idoneæ: quæ † verba important omnem æqualitatem, vt subrogatæ cautiones sint ęquales facultatibus & facilitate conueniendi. *l. interdum. in princip. vbi Baldus & alii ff. de heredi. instituen.* &
3 subrogatus † debet habere easdem quali-tates. *l. si eum. §. qui iniuria. ff. si quis caut.* & i
4 psa † debet probare Camillum, & Iulium esse æque idoneos, cum sit fundamentum suæ intentionis. *Bartol. Bald. Alber. Ange. Paul. & Iason. in l. si vero. §. qui pro rei. num. 15. ff. qui satisdar. cogan.* Et maxime, quia agitur de probanda qualitate alterius tam idonei mercatoris, prout est Bandinus, quia non
5 præsumitur, sed † debuit præcise probari. *Socin. consil. 284. colum. 8.* Et quia Reuerendissimus dominus Pighinus mandauit dari approbantes & tamen non dedit nisi vnũ
6 approbatorem, qui etiam debent esse † æque idonei. Illa enim locutio domini Righini in plurali non verificatur in singulari. *reg. pluralis. libro sexto. & l. cum ostendimus. §. final. ff. de fideiuss. & Doctores in dicto §. qui pro rei.* Et ita fuit tentum die vndecima Maii 1554. coram domino Oradino in vna Romana pecuniaria.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum violasse quis dicatur. & num. 2.*

DECISIO CLV. seu VI.

SEquestrum quod appositum est ad creditoris instantiam super fructibus, qui ex consuetudine Ecclesiæ Cracouien. post obitum Episcopi debentur creditoribus,
1 violasse † is dicitur, qui habebat dictos fructus in manibus sub sequestro, si illos tertio consignauit, *vt notatur in clemen. ad compescendas. de seq. poss. & fruct.* Ratio est, quia ille qui habebat fructus prædictos, illos consi-
2 gnando † sine iudicis mandato offendit Iudicem per contemtum, & partem, quia auocauit possessionem dictorum fructuum a se, & alteri tradidit, a quo difficilius pars illos potest recuperare, & propterea tenetur ad pœnam in sequestro illi comminatam, & ad partis interesse. Itaque fuit tentum die 28. Iunii 1551. coram dom. Reomano in vna Cracouien. pecuniaria.

SVMMARIA.

1 *Sequestrum super beneficio post latam primam sententiam in curia, est relaxandum, non obstante nullitate opposita per possessorem contra sententiam, & ratio. num. 2.*
3 *Nullitas ex defectu iurisdictionis non attenditur, quando requirit altiorem indaginem.*

DECISIO CLVI. seu VII.

SEquestrum apponendum super beneficio post primam sententiam latam in
1 Romana Curia decerni † debet, & relaxari, non obstante exceptione nullitatis oppositæ contra dictam sententiam per possessorem, *clemen. vnic. §. fin. de sequest. poss. & fruct. vbi gl. & alii.* Et est ratio, quia
2 præsumitur vitiosus, † & calumniosus possessor, opponendo contra sequestrum, & quærendo occasionem defendendi iudicium ex redditibus beneficii. *Abb. in cap. 2. de sequest. possess. & fruct. num. 24. Felyn. in c. examinata. num. 10. vers. 2. limitat. de iudic.*
3 Nec obstat opposita nullitas ex defectu † iurisdictionis, quia non poterat incontinenti probari, sed requirebat altiorem indaginem. *Cardinal. in d. clement. vnic. §. fin. 2. q. & faciunt notata in l. 2. §. fina. C. de edict. diu. Adrian tollen. & in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibendum.* Et ita tentum die 26. Octobris 1551. coram dom. Capisucco in vna Vien. cantoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum in beneficio apponitur quando possidens lite pendente, possessionem accepit attentando.*

DECISIO CLVII. seu VIII.

SEquestrũ in beneficio apponitur, quã-
1 do † possidens lite pendente, possessionem accepit, attentando. Itaq; Rota seruat passim, prout fuit etiam tentum in caussa

Sala

Salamantina Abbatiæ de Medina, coram dom. Vellano 17. Martii 1552.

SVMMARIA.

1 Sequestrum conceditur probata dilapidatione, vel quod sint aliqui suspecti de dilapidatione, in mobilibus num. 2 non in immobilibus num. 3
4 Inhibitio loco sequestri in immobilibus, & quid operetur. num. 5.
6 Descriptio quando locum habeat.

DECISIO CLVIII. seu 15.

SEquestrum conceditur probata dilapidatione, vel quod sint aliqui suspecti de dilapidatione prout scrib. gl. & Doct. in l. imperatores ff. de appell. & in l. unica. C. de prohibit. seq. pecun. Abb. in c. pen. num. 22 & in c. ult. de seq. poss. & fruct. Hoc tamen
2 procedit † in rebus mobilibus, secus in im-
3 mobilibus, † quia tunc non decernitur se-
4 questrum, sed fit inhibitio † loco sequestri. Iason. in l. fideiussor § si satisdatum. num 31 ff. quod satisd. cogan. Et ideo in caussa Senogalien. Castri Procozyoni coram dom. Vellano prima Iulii 1552 fuit facta inhibitio illis de Mostarda ad instantiam domini episcopi Senogalien. qui litigabat super devolutione cuiusdam tenutæ, & timebat de dilapidatione, & de deterioratione dictæ tenutæ quo ad incisionem arborum, sed hæc
5 inhibitio † operatur quo ad fructus, quo
6 vero ad arbores iam incisas, fuit dictum, quod † describerentur, & data per eos cautione de restituendo in euentum succumbentiæ, vendant ligna, vel arbores ad eorum libitum.

SVMMARIA.

1 Sequestrum apponitur lata prima sententia contra triennalem possessorem.
2 Intell. ad clem. unicam. de seq. poss. & fruct.

DECISIO CLIX. seu X.

1 SEquestrum apponitur † lata prima sententia contra triennalem possessorem. clem. unica. de sequest. possess. & fruct. Quæ etiam procedit dato quod post triennium completa esset mora una lis contra possessorem, & postea sopita, & deinde possederit etiam per unum vel duos annos, & postea esset alia lis mota, & sententia lata contra triennalem possessorem. Quia illa clemen.
2 non intelligitur † de immediato triennali possessore, sed sufficit, quod semel triennio continue possederit, ut competat beneficium d. clement. Ita fuit decisum in una Carduben. regressus, coram dom. Montisfalconen 12 Octob. 1552. & vide quæ annotavi supra in verbo possessio triennalis.

SVMMARIA.

1 Sequestri reuocatio quando dicatur attentata.
2 Sequestrum quando sine noua commissione non possit reuocari.

DECISIO CLX. seu 11.

SEquestri reuocatio facta a iudice fauore illius, qui obtinuerat sequestrum imponi post primam sententiam in causa suorum [illegible] latam, dicitur attentata, quando
† est facta a primo iudice, qui illud sequestrum imposuit pendente caussa appellationis coram alio, in qua venit tertius pro interesse in statu, & terminis in quibus reperitur. Et ratio est, quia cum primus iudex protulerit sententiam prædictam, & sequestrum decreuerit, non potest absque noua † commissione illud sequestrum reuocare, 2
& cum reuocauerit nuliter fecit, & sine iurisdictione, & ex eo quia lis pendebat in 2. instantia, in qua tertius venit in eodem statu, & terminis: ita quod in eius præiudicium lite huiusmodi pendente nihil erat innouandum. tot. titu. ut lite pendente. Et ita fuit decisum in una Raynen. parochialis de Mazzi, coram dom. Montisfalconen. 21. Octobris 1552.

SIGILLVM.

SVMMARIVM.

1 Sigillum Cardinalis legati probat Accolitatum contra ipsum.

DECISIO CLXI. seu 1.

SIGillum Cardinalis legati solum sufficit † ad probandum Accolitatum, con- 1
tra eundemmet Cardinalem legatum qui illum concesserat. Ita dixerunt domini in una Salamantina benefici S. Thomæ coram dom. Capilucco Lunæ 28. Nouembris 1552.

SIMVLATIO.

SVMMARIA.

1 Simulatio quando non dicatur datio in solutum.
2 Periti eliguntur interdum a Rota ad videndum, an credita sint vera vel non.

DECISIO CLXII. seu 1.

SImulata non † est datio in solutum, si 1
creditum illorum de Caualcantib. verum est. Fulgo. consil. 134. volum. 2 Sed si creditum verum non est, secus videtur dicendum. Et propterea Rot. mandauit eligi peritos, † qui videãt an credita vera sint, 2
vel non. Et ita domini die 13. Iunii 1554. in una Romana discussionis de Carbognano dixerunt coram dom. Oradino.

SVMMARIA.

1 Contractum venditionis non dici, etiam quod præcesserit contractus mutui, ad dict. post deinde pacto de retrouendendo. & num. 12.
2 Contractũ in dubio non præsumi simulatũ. n. u. 4
3 Fraudem in facto notorio non præsumi
5 Probationes efficaciores requiri ad probandum simulationem: imo dilucidas num. 6
7 Coniecturas, legis tantum admitti.

8 *Decretum iudicis in contractu venditionis omnem fraudis suspicionem tollere.*
9 *Probationes mutui, & pacti de retro vendendo simulationem non inducere.*
10 *Emtori non nocere, si ab initio pecunias mutuauit, & postmodum illas in emtionem fundi conuertat.*
11 *Mutuum praecedens fraudem arguere, fallit vt ibi.*

Decisio CLXIII.

1 Simulatus non† est contractus venditionis, etiam quod praecesserit contractus mutui, & longe post contractum appositum sit pactũ de retrouendendo in fauorẽ
2 venditoris: quia in dubio contractus non† praesumitur simulatus. *l. si ea pactione. C. de vsur. Bal. consi. 39. in fin. & consi. 110. lib. 3.* & de venditione cõstat per publicum instru-
3 mentum, & in facto notorio † non praesumitur fraus, neque dolus *Abb. in consi. 68.*
4 *colum. 2. versi. item ex alio.* Ideo oritur † maior pręsumtio, quod sit verum & non simulatum. *Bald. consi. 237. lib. 1.* propter auctoritatem tabellionis. *Dec. consi. 463. colum. 2. in fin.* & ad probandum simulationem effica-
5 ciores † probationes requiruntur. *Alex. cons. 28. colum. 3. lib 5. Dec. d. consi. 463. colum. 2.* Imo dilucidae probationes debent adesse, vt
6 dicit *Paul. de Castr. cons. 261. in 1. li. 2.* & expressae *prout dicit Bald. cons 456. colum. 1. lib. 1.* Et quamuis admittuntur aliquae conjectu-
7 rae, debent tamen esse conjecturae † legis, non hominis. *Aym. consi. 45. num. 2.* & tanto magis in isto casu, in quo contractus vẽditionis fuit factus cum decreto iudicis, q.
8 † tollit omnem fraudis suspicionem. *d. cons. 462. colum. 2. versic. & quia propter decretum.* At in isto casu adducuntur ad probandum
9 simulationem, solae probationes mutui, † & pacti de retrouendendo, quae probatio-
10 nes non sufficiunt: quia non nocet† emtori, si pecunias ab initio mutuauit, & postmodum illas in emtionem fundi conuertere voluit palam, & bona fide, cum nulla laesio, nulla pretii modicitas, nec fraus adduci-
11 tur. Et licet aliquando mutuum † praecedens, faciat fraudem praesumi, *vt declarat Veronen. in tractat. de simul contract. praesumt. octaua, numero quadragesimo.* Tamen hoc non procedit, quando constat de veritate in contrarium ex partis confessione, vt ibi late ipse Veronen. comprobat. Nec obstat
12 pactum † de retrouendendo postea factũ: quia tunc nullam fraudem inducit, vt post alios, comprobat *Tiraq. in tracta. de retract. conuentio. in praefat. num. 6.* Et ita fuit tentum die *15.* Iunii *1551.* coram dom. Vestano, in vna Reomana spoliorum.

SOLEMNITAS.

Summaria.

1 *Solemnitas in reualidatione, quae in prima concessione requiritur.*
2 *Consensum nouum requiri in reualidatione pensionis, cum res integra non sit.*
3 *Consensum exstinctum in prima gratia nulla, non reuiuiscere, nisi de nouo probetur.*

Decisio CLXIV.

Solemnitas eadem requiritur † in reualidatoria, quae requirebatur in prima 1
concessione. *Geminia. consil. 128. Felyn. in c. in nostra, corollario 16. de rescript. Cassad. decisi. 30. super regul.* Et ideo fuit dictum in vna Taraconen. canonicatus & praebendae coram dom. Vestano *16.* Decemb. *1552* quod in reualidatione † pensionis *10.* ducatorum 2
requirebatur nouus consensus, cum res nõ esset integra, & cõsensus † semel exstinctus 3
in prima gratia nulla & subreptitia non potest reuiuiscere, nisi de nouo probetur. Et ita fuit tentum in vna Conchen. beneficii S. Michaelis, vt in lib. meo decisionum multorum coram Reuerend. Iacobo Puteo, & colligitur etiam *ex not. in decis 22. & 26 de concess praebend in ant* Idem fuit dectum in vna Tolletana parochialis de Etalle coram dom. Aquen. *14.* Maii *1539.* vt reperitur annotatum in decis. 446 D. Mohedani, vide in lib. Vestani anni *1552.*

SOLVTIO.

Summarium.

1 *Pensionem soluens nomine Rectoris pensionario inscio rectore, vel non ratificante, non praesumitur soluisse de mandato Rectoris. Requiritur enim debentis scientia, num. 2.*

Decisio CLXV.

Soluens pensionem nomine Rectoris pensionario inscio rectore, vel non ratificante, non praesumitur † soluisse de 1
mandato rectoris. Quia ad hoc vt procedant decisio *Rot. 23. in antiq. alias 2. de causs. poss. & propriet & Cassad. 3. de procur. & Fel. ca. sicut. colum. 18. de re iud. & Dec. consi. 36. colum. 4. Aym. in tractat. de antiq. tempo. part. 2. nu. 36.* oportet, quod constet† aliquo modo de 2
scientia ipsius debentis soluere. Et fuit cõfirmata decisio facta die *15.* Iunii *1551.* in vna Abulen 20. partis fructuum coram me, & ita tentum die 30. Octob. *1551.* coram domino Chissanen. in vna Dertusen. pensionis.

Summaria.

1 *Decennales solutiones contractum non probant, de praeiudicio tertii, & contra ecclesiam. Limita. num. 2.*
3 *Intellectus. l. si certis annis. C. de pact.*

Decisio

Decisio CLXVI.

1 Solutiones decennales non † probant contractum, quando tractatur de præiudicio tertii, & contra Ecclesiam *secundum gloss. magnam circa fin. ubi Iaf. num. 155. verf. in ea lem glo. in l. 2. C. de iur. emphyt.* sed quando
2 ecclesia agit † ad emphyteosim soluendam & sic contra soluentem, sufficiunt decem anni, & ita procedit *tex. in l. si certis † annis*
3 *C. de pactis. ut per Doct. res ibidem.* Et ita decisum fuit in vna Portugallen. prædil coram domino Capilucco, Lunæ 4. Aprilis. 1552.

SOLVERE DENEGANS.

Summaria.

1 *Soluere negans spoliare non dicitur vt competat remedium redintegrandæ. intellige vt numero seq.*

3 *Mandatum de manutenendo peti posse.*

Decisio CLXVII.

1 Soluere denegans non dicitur † spoliare, ita vt contra eum competat remedium canonis, re integranda, & hoc quando agens non prætendit † se spoliatum, im-
2 mo se esse in possessione percipiendi, *secundum Bald. in consil. 425. in princ. versic. circa primum. lib. 3.* Quare potest peti † mandatum
3 de manutenendo, vt Rot. tenuit in vna Barchinonen. iuris Fabricæ, coram domino Montisflasconen. Lunæ 24. Octobris. 1552.

SPOLIVM.

Summaria.

1 *Spolium probatum, quando non impedit processum super negotio principali.*

2 *Solutionem factam vni ex sociis, ab altero liberare.*

3 *Argumentum à contrario sensu in iure validum.*

4 *Socium vnum posse litem contestando totum debitum præoccupare.*

Decisio CLXVIII.

1 Spolii purgatio non impedit † processum super negotio principali, quando petitur ad instantiam illius, qui non habet considerabile interesse, ex eo, quia spolium
2 erat purgatum cum eius socio, & solutio † facta vni ex sociis, liberat ab alio socio. *l. si vnus. ff. de pact. Bar. in l. ex duobus. in 1. q. de duobus reis.* Et quia Ioan. And. qui petebat purgationem spolii, in commissione vna cum Anton. socio impetrata, dicit, quod spolium non fuit purgatum, ex eo quia omnes fructus non fuerant Anto. restituti, ergo a contrario sensu, quod argumentum validum † est in iure. *l. 1. §. communis. ff. de of-*
3 *fic. eius cui mand. est iurisd. & ibi Doctores. & in c. cum Apostolica, de his quæ fiunt a præla.* dicit voluisse spolium censeri omnino purgatū, si integri fructus sint Anto. restituti, & vnus solus † ex sociis potest litem contestando 4
totum debitum præoccupare. *l. fideicommissa. §. plerunq. ff. de leg. 3. & l. ex duobus. & ibi gl. 2. ff. de duobus reis.* Et ita domini concludunt in vna Nucerina Afflictus, coram domino Chissanē. die 23. Martii 1552. & alias die 15. Ianuarii dicti anni, & vide supra in versic. processus negotii.

Summarium.

1 *Spolio agi non posse quādo possessio fuit capta instrumentalis per mediam personam, quæ nō fuit expulsa.*

Decisio CLXIX.

Spolio agere non potest Gregorius Valaguer, attentato quod possessio erat plena in persona Bernardi, qui cōtinuabat illam per mediam personam Antonii, quo non expulso, non potuit alius dici acquisiuisse possessionem. *l. colonus. & ibi Alexan. & alii de acquir. hered.* Et ita fuit tentum die 19. Decemb. 1552. in vna Tolletana parochialis de Alarion, coram domino Redmano. 1

Summaria.

1 *Spolio agere potest monasterium etiam quod ceciderit a possessione facto prælati.*

2 *Cadens a possessione sua culpa non restituitur.*

3 *Ecclesia restituitur semper, quamuis a possessione ceciderit facto iniusto prælati.*

4 *Ecclesia vere possidet, non prælatus.*

5 *Interdictum, vnde vi, dari ecclesiæ pro rebus alienatis per prælatum. Immo per eundemmet posse repeti. num. 6.*

7 *Prælatus desinens possidere ex caussis iniustis, ecclesiæ nocumentum non affert.*

Decisio CLXX.

Spolio agere potest monasterium, etiam quod ceciderit a possessione facto † prælati, non obstante, quod ille, qui cecidit 1
a possessione sua culpa vel facto, non † restituatur. *Imo. in c. sæpe. de restitut. spoliat. Dec. consil. 449. colum. penult. num. 31. Cassado. de restit. spoliat. decis. 4. num. 6* Quoniam ecclesia † re- 2
stituitur semper, quamuis prælati facto iniusto ceciderint a possessione. *c. accedens. el. 1. vt lit. non contest. secundum vnum intellectum, vt ibi per Abb. num. 19. & Rip. in d. c. sæpe. nu. 14. de restitut. spoliat. Alex. consi. 92. col. 2. lib. 1.* 3
Ratio est, quia vere † possidet ecclesia, non autem prælatus. Et hinc est, quod datur in- 4
terdictum † vnde vi, Ecclesiæ pro rebus alienatis per prælatum, *vt per Abb. in c. cum super. de caus. poss. & proprietat. Rot. decis. 227. & 542. in antiquior.* Immo per eundemmet † 5
prælatum repeti potest res Ecclesiæ, quando per eum facta est alienatio de illis sine 6
solemnitatibus, *ex glo. in c. si quis presbyter. de reb. eccle. non alien. Dec. consi. 142. colum. 2. vers.*

& secundum ipsam regulam, & quia ex caus-
7 sis iniustis† p ælatus deberat possidere, quo casu non affert ecclesiæ nocumentum. *Dec. in l. qui dolo. ff de regul. iur.* Et ita fuit tentum 29. Ianuarii 1552. coram dom. Augustino in vna Bracharen. parochialis de pacos.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus quando tenetur spoliatori respondere in negotio principali.*

2 *Restitutio plena requiritur adeo quod non potest opponi compensatio.*

3 *Spolium in totum purgari debet quoad fructus perceptos.*

DECISIO CLXXI.

1 SPoliatus non tenetur † respondere in negotio principali ipsi spoliatori, nisi facta plenaria restitutione quo ad possessionem fructus, expensas & omnia accessoria. *cap. conquerente. & ibi Bald. de restitut. spoliat. Aym. consil. 140. num. 3. Paris. cons. 115. lib. 4*
2 & in tantum debet plenarie † restitutionem facere, quod non potest opponere compensationem. *l. fi. & ibi Bald. C. de compen.* & sic Bentiuolii quo ad fructus perce-
3 ptos, tenentur purgare † in totum spolium, & postea petere pensiones suas, quia sententia Reuer. D. de Puteo condemnat ad fructus perceptos, & etiam ad damna & interesse, quia culpa Bentiuoliorum venerunt, qui resarcire tenentur. *Bald. in d. c. conquerente. de restitut. spoliat. & Paris. in consi. 115. volu. 3.* Et ita fuit tentum in vna Bononien. locationis, coram dom. Augustino die 20. Maii. 1552.

SVMMARIA.

1 *Spolio agere non potest qui facto suo cecidit a possessione, post quadriennium.*
Et quid in officio suo iudicis. num. 4.

2 *Cap. redintegranda, esse perpetuum. Intellige vt num. 3.*

5 *Læsio enormissima non dicitur, vbi damnum aliunde venire posset.*

6 *Cadens a possessione ex proprio contractu agere non potest remedio. c. redintegrandæ. Limitatur. num. 7.*

8 *Restitutio non datur, nisi cognito super exceptis, vbi possidetur, iudicialiter procedendo.*

9 *Statuta vrbis, requirentia solemnitatem in contractu mulieris, non procedere, quando mulier contrahit cum ecclesia.*

DECISIO CLXXII.

1 SPolio agere non potest ille, qui cecidit a possessione facto suo, lapso quadriennio *Soc. in l. rem quæ nobis. num. 9. vers. prædi[illegible] limita. ff de eo qui mitt. in poss. & cons. 26[illegible] num. 9 vers. sed contra hoc posset insurgere. [illegible] 2. & Alexan. consil. 92 num. 3. volum.*
2 [illegible] cet capit *reintegranda. 3. q. 1.* sit perpetuum, vt attestatur *Cass. deci. 6. de rest. spolia.* tamen intelligitur, † quãdo ex iniusta caus-
3 sa a possessione cecidit, secus est quando cecidit a possessione facto suo: nam hoc casu non potest intentare remedium reintegranda, per officium iudicis. *vt tenet Socy. in d. l. rem quæ nobis. consi. 9. & cons. 766. colum. 9. vers. sed contra hoc posset insurgere. volumine 2*
Quod tamen officium † iudicis regulatur 4
sicut restitutio in integrum, vt lapso quadriennio non possit amplius comperere, vt dicunt omnes Doctores in locis supra allegatis. Verum quia domini non habuerunt informationes, ideo caussa non fuit resoluta. Sed ego fui in voto, quod non habeat locum. c. reintegranda, stante lapsu quadriennii, & quia cecidit a possessione culpa sua, & in vna Bracheren. parochialis de Pacos, coram dom. Augustin. die 13. Iunii 1552. dixi, & hoc tanto magis, quia fuit dictum,
quod non est † enormissima læsio, vbi dam- 5
num aliunde venire posset. *Socy. consil. 266. num. 24. lib. 2.* Et quod spolio, seu remedio canonis reintegranda, agere nõ possit ille,
qui cecidit a possessione facto suo ex pro 6
prio contractu, & sic ex iusta caussa, tenet *Soc. in d. l. rem quæ nobis. q. 5. num. 8. ff. de acqu. poss. Alexan. consi. 90. volum. 5.* Quamuis
hoc non procedat † quando contractus es- 7
set inualidus, & cum pro parte capituli duæ nullitates adducerentur: prima, quod locatio non cedebat in euidentem ecclesiæ vtilitatem. Secunda quod domina Constantia tenebatur expedire si in euidentem & beneplacitum sedis Apostolicæ, & non expediuit. Respondebatur quod domin. Constantia fuit in possessione vigore sententiæ iudicis, iudicialiter procedendo,
quo casu non datur restitutio † nisi cogni 8
to super exceptis. *Felyn. in cap. dilectus. el. 1. col. 1. de rescript. Dec. consi. 12[illegible]. col. 2. circa fin. & consi. 131. colum. 1. Negusan. in tracta. de pignor. in 2. membro. 3. part. princ. num. 46.* Nec obstant statuta vrbis requirentia solemnitatẽ in contractu mulieris: quia non procedũt,
† quando mulier contrahit cum ecclesia. 9
Paul. de Castr. conf. 432. colum. 2. vers. 3. princ. lib. 1. Et ita fuit tentum die 14. Nouembris 1552. coram dom. Augustino in vna Romana Casalis.

SVMMARIVM.

1 *Spolio agere non potest, qui habet possessionẽ instrumentalem, quando fuit capta nõ vacua.*

DECISIO CLXXIII.

SPolio agere non potest ille, qui habet possessionem † instrumentalem, quan- 1
do fuit capta dum nõ erat vacua. Nam Ioan. Anto. resignauit in Vincentium, qui cepit possessionem, nec constat Vincentium resignasse in Saluatorem: Vnde

cum

cum Marcellus hanc ingressus sit possessionem, illa dicitur instrumentalis, & nō restituibilis de stylo dominorum *l colonus. & ibi Alex. & alii de acquir. hereditat.* Et ita fuit tētum alias, vt dixi supra die 2. & nuper formatum *14.* Nouembris *1552.* in vna Auersana beneficiorum coram domino Augustino.

SVMMARIVM.

1 *Spolio agi non potest, vt restituatur ad possessionem distributionum quotidianarum, & quare.*

DECISIO CLXXIV.

1 SPolio agere nō potest† Reginus ad hoc vt restituatur ad possessionem distributionum quotidianarum, quia non probauit primum extremum, nec possessionē, minus quo ad stallum in choro. Quia Lipponannus ingressus est possessionem cum patientia Regini, iuxta formam literarum, quæ literæ dabant omnia, & quousque literæ Lippomani non sint declaratæ nullæ, ipse potuit stare in possessione, & sic in eius fauorem fuit data sententia absolutoria die 20 Maii *1551.* coram domino Chissanen. in vna Paduana canonicatus & præbendæ.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus regulariter restituendus, & quando non, num. 2. 3.*

4 *Ius non possidendi si notorie constet, non citatus a iudice potest spoliari.*

5 *Spoliatus a iudice regulariter non restituitur. ampliatur num. 6.*

DECISIO CLXXV.

1 SPoliatus† licet regulariter sit restituendus, tamen quando possessio spoliantis nulliter data, confirmari debet, non† est
2 restituendus. Nam fratres sanctissimę Trinitatis heredes instituti in testamēto a Pacifico, fuerunt vigore testamenti intrusi in possessionem hereditatis, & bonorum eiusdem, a Vicario vrbis, expulso Sertorio, qui prętendebat habere ius ab intestato, & qui de spolio agebat: tamē quia illa posses-
3 sio fratrum confirmanda † erat, ipso de nouo citato, fuit resolutum non esse restituēdum, *per doctrinam Ias. in l. fin. col. 5. vers. nota tamen. C. de edict. diui Adriani. & ibi Dec. nu. 44. per notata per Imol. & Alex. in l. si finita. col. fi. ff. de damno infect.* & quia constat notorie
4 Sertorium non habuisse † ius possidendi, potuit etiam non citatus a iudice spoliari. *Roma. consil. 499. col. 2. Dec. consi. 191. colum. 3. Riminald. in l. si pacto quo pœnam. colum. 2. ff. de pact. Curt. Iun. in d. l. fina. C. de edict. di. num. 63. Felyn. in c. cum olim. colum. 7. & colum 9. de re iud.* Et regulariter dicunt Doctores, quod iste tanquam spoliatus a iudice, non resti-
5 tuitur. *Inno. in cap. super hoc. de renuntiat.* Et maxime aduersus fratres, penes quos est possessio, & proprietas bonorum ex titulo testamenti. *Socy. in d. l. rem quæ nobis. q. 9. ff. de acquiren. poss. Dec. cons. 191. colum. 4. & cons. 302 colum. fin.* Et ita fuit tentum die 29. Maii *1551.* coram do. Capisucco, in vna Romana hereditatis. 6

SVMMARIVM.

1 *Spolium commissum per procuratorem irreuocabilem purgandum, antequam super regressu audiatur. ratio num. 2.*

DECISIO CLXXVI.

SPolium violentum commissum per Anton. Mariam procuratorem irreuocabilem Cardinalis M. contra Episcopum Vmbratien. in primis, & ante omnia † pur- 1
gandum est, antequam super vnione, & suo regressu audiatur Cardinalis super Abbatia Rossanen. Ratio est, quia spolium † in 2
primis vsque ad minimum quadrantem, purgandum est. *Rot. decis. 113 & 319. in nou. Curt. iun. consi. 41. ad. fin. Aym. consil. 140. nu. 3. Paris. consil. 105. per totum. volum. 3.* Vide q́ resolutum fuit in caussa Bononien. locationis 20. Maii *1551.* coram domino Anton. Augustino. Nec obstat, quod Cardinalis non spoliauerit, quia fecit illum procuratorem irreuocabilē, nec agitur ad purgationem spolii contra eum. Et ita fuit tentū die *12.* Iunii *1551.* coram dom. Augustino in vna Rossanen. Abbatiæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio deserta per lapsum quatuor annorū pro non interposita habetur. num. 2.*

DECISIO CLXXVII.

SPoliatus fuerat Martinus, a Ioanne de Parochiali ecclesia de Leyn, qui Martinus cum fuerit immissus in possessionem dictæ parochialis vigore sententiæ latæ ab ordinario, a qua Ioannes appellauerat, postea idem Ioannes eundem Martinū spoliauerat, fuit commissa caussa spolii per Martinum: Ioan. replicabat, quod Martinus prius spoliauerat ipsum, & propterea erat ponendum sequestrum. Fuit per dominos tandem tentum, quod Martinus esset † restituendus, quia appellatio interposita per Io. erat deserta, ex quo erant lapsi anni quatuor, & appellatio non erat prosequuta, & sic pro non † interposita habetur. 1
l. fin §. illud. de temp. appell. Old. consi. 291. prope fin. Sarnen. in regul. de trienna. q. 54. numer. 2. Et erant probata extrema, & hoc die *15.* Februarii *1551.* coram dom. Augustino in vna Barocen. parochialis de Leyn.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus ab illo, qui prætendebat possidere vigore mandati de manutenēdo in eius fauorem decreti, restitui non debent.*

2 *Immissio in possessionem non fit, contra habentē iustam caussam retinendæ.*

3 *Pradonem etiam restituendum esse.*

DECISIO CLXXVIII.

Spoliatus ab illo, qui prætendebat possi-
1 dere vigore mandati de manutenendo in eius fauorem decreti restitui† debet, qa per tale decretum non potuit quis spoliare exsistentem in possessione, & quia iustā
2 caussam retinendi possessionem habebat, & contra † habentem iustam caussam retinendæ, non fit immissio in possessionem.
3 *l. colonus. ff. de vi & vi arma.* & si talis eiiceretur, restitui deberet, quia etiam prædo † est restituendus. *c. in literis. de restitut. spoliat.* Et ita tentum in caussa Hyporedien. hereditatis Archipresbyteri 3. Maii 1553. corā dom. Capisucco.

SVMMARIA.

1 *Spolium commissum per procuratorem generalem, an mihi noceat.*

2 *Cautela, qua cessat actio spolii.*

DECISIO CLXXIX.

Poliū commissum per procuratorem generalem meum mihi non †nocet, si
1 statim q̄ habui sciētiam, declaraui huiusmodi possessionem adeo captā me noluisse, neque velle habere ratam, & gratam, ac illi quantum in me erat renuntiaui, iuxta decisio. Ægid. 551. Immo constitui etiā procuratorem spoliatum ad continuandā suam possessionem, & spoliatus acceptauit istam constitutionem procuratoris a me
2 factam, adeo, vt propter istam cautelam † cesset actio spolii. Vide coram dom. Achille in vna Abulē. beneficii die 19. Iunii 1551.

SVMMARIA.

1 *Spolio eiectus a possessione beneficii ab exsecutore breuis Apostolici, agere non potest, nec citatio requiritur. num. 3.*

2 *Exsecutor merus habens nudum ministerium, nullam potest iurisdictionem exercere.*

4 *Princeps quæ de facto facta sunt, de facto potest reuocare.*

5 *Clausula amoto quouis intruso detentatore quādo locum habeat.*

6 *Adeptus possessionem vigore breuis, cum clausula absq; vitio spolii non potest agere de spolio*

DECISIO CLXXX.

Spolio agere non potest ille qui est eiectus a possessione beneficii ab exsecutore † breuis Apostolici, quod habet vt si-
1 ne vitio spolii & attentatorum immittat alium in possessionem eiecto detentore, q.a
2 illle est merus exsecutor, & habet nudum † ministerium ad capiendam possessionem, & nullam iurisdictionem exercere potest. *c. fi. §. fi. de offic. delega.* Quapropter non re-
3 quiritur aliqua citatio. *Doctor. in l. a Diuo Pio in princ. de re iud. & Docto. in c. de ceter. extr. eod. tit. Hippol. in l. de vno quoq;. num. 75. ff. de* 4
re iud. quia Princeps, † quæ de facto facta sunt, de facto reuocare potest. *Dec. consil. 191. col. 4.* Non obstat illa clausula amoto quouis intruso detentore, quia habet locum,
quando breue est simpliciter concessum 5
cum illa clausula, sed quando se declarat, q̄ etiam sine vitio spolii, tunc non habet locū doctr. *Ab. in c. de ceter. nu. 8. & Fel. ibi. num. 9.*
de re iud. Et ideo spoliatus † non potest age- 6
re spolio contra eum, quia adeptus est possessionem vigore breuis cum dicta clausula absque vitio spolii. Et ita tentum die 9. Decemb. 1551. coram dom. Reomano, in vna Casalen. præceptoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Spolio agere potest prælatus, qui ex contractu inutili cecidit a possessione rei ecclesiæ.*

DECISIO CLXXXI.

Spolio agere potest prælatus, †qui ex cōtractu inutili cecidit a possessione rei ecclesiæ. *Aegid. decis. 494.* Et ita tentum die 14. Decemb. 1551. in vna Aquillana legati, coram dom. Capisucco.

SVMMARIA.

1 *Prælatus iurans obseruare contractum, si contrauenit, absque absolutione iuramēti, an possit remedium. c. redintegrandæ, intentare, si a locatore prædii ei sit obiectum.*

2 *Possessio nō acquiritur, nisi colono expulso.*

3 *Rector alienans bona ecclesiæ contra formam extrauagantis Pauli secundi, perdit litem, & possessionem beneficii.*

4 *Et quia erat periurus.*

5 *Et quia, vt requirebatur, non probauit primum extremum.*

6 *Petens rescissionem contractus, non potest dicere se spoliatum. Vide num. seq.*

9 *Ecclesia non cecidit a possessione ex inutili contractu.*

9 *Oppositorum dissolutio.*

DECISIO CLXXXII.

Spolio egerat Rector post motam † litē 1
in petitorio contra possessorem prædii ecclesiæ, quod alias locauerat nulliter Titio in perpetuum, cum pacto francandi, & iurauit omnia contenta in instrumento locationis obseruare, qui Titius illud prædium affrancauit, aliud prædiū pro illo ecclesiæ assignando. Cumq; prius Rector p̄dictus egisset nomine ecclesiæ ad rescissionem contractuum præfatorum, nulla obtenta absolutione a iuramento de quo fuit bis † oppositum iuxta allegati. Lapi. 25. n. 3.
Tandē dicto petitorio suspenso intentauit 2
remediū canonis, reintegrandæ. 3. q. 1. & obtinuit in possessorio sententiā fauorabilē, atq; vigore Ægidianæ, quæ p̄hibet appellari

lari in similibus obtinuit contra prædii iam dicti possessorem mādatum exsecutiuum, cuius vigore tentauit expellere colonum prædicti Titii, sed non potuit, & possessio
2 non acquiritur nisi colono † expulso. *l. peregre. §. quibus. ff. de acquir. possess.* nihilominus Rector affirmabat se possidere, & mandatū de manutenendo obtinuerat. Comparuit possessor, & dixit, sententiam præfatam esse nullam, iniquam, & notorie iniustam,
3 quoniam Rector, † qui alienat bona ecclesiæ, contra formam extrauagantis Pauli Papæ 2. perdit litem, & possessionem beneficii, vt dicitur in dicta extrauaganti, in cō-
4 munibus. *sub. titul. de reb. eccles. non alienand.* & quia erat etiam periurus. *l. si quis maior. C. de transact. c. intelleximus. de iudi.* & ex eo, quia
5 plene prout requirebatur, † non probauerat primum extremum, immo in actis constabat ipsum cecidisse a possessione facto suo per instrumentum locationis. Et maxime, quia proposuit remedia contraria postea quam petens rescissionem contractus,
6 non potest † dicere se spoliatum. *Aegid. decis. 494.* Tamen domini dixerunt, quod sententia fuit bona, quoniā ecclesia possidebat prædium, & Rector agebat pro tuiti-
7 one iurium Ecclesiæ quod facere † potuit. *Abbas in capitul. literæ. columna secunda, num. tertio. de dilatio. & in capit. cum super. de caussa possesso. & proprietat. numero vigesimo octauo.*
8 & quia ecclesia non ceciderat † a possessione ex inutili contractu Rectoris. Bartolus, qui in ecclesia loquitur *in l. prima. §. si vero. versicul. oppono. quod ex inutil. & ibi Iason. columna penultima. in fin ff. de acquirenda possessione.* Nec prædicta opposita per possessorem obstant decisioni, nam militant contra Re-
9 ctorem, non autem † quando fuit actum nomine ecclesiæ pro recuperanda possessione, & quando est recuperata possessio, *vt dicit Abbas in d. capit. litera. numero tertio. de dilat.* Et ita tentum die 27. Ianuarii 1555. in vna Bononien rescissionis contractus, coram dom. Decano.

SVMMARIA.

1 *Spoliator dolosus petēs se admitti ad beneficium cessionis bonorum, vel cap. Odoardus, vel, peruenit, vt aggredi possit petitorium, non auditur.*

2 *Quia doloso non competit remedium iuris.*

DECISIO CLXXXIII.

Spoliator dolosus petens admitti ad beneficium cessionis bonorum, vel capitu. Odoardus, vel, peruenit, adhoc, vt
1 posset aggredi petitorium, non auditur:
2 quia doloso non competit † remedium iuris. *l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino.* decisio est in terminis, *in antiq. 83. alias 22. de restitut. spoliat.* quam sequuti sunt domini in caussa Tolletana canonicatus de Talauera, & parochialis de Baraias, coram dom. Episcopo Vestano 14. Martii 1552.

SVMMARIVM.

1 *Spoliator in spolio succūbens, aggredi petitorium non potest, nisi spolio purgato vsque ad obolum.*

DECISIO CLXXXIV.

Spoliator si in spolio succumbit non potest aggredi petitorium, nisi purgato † 1
spolio vsque ad obolum, secundum doctrinam *Bald. in cap. conquerente. de restitut. spolia.* Et ita seruat Rota: Itaque fuit dictum in caussa Tolletan. de Galapar. coram dom. Vestano 16. Nouemb. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Spolium in totum esse purgandum, antequam spoliator audiri possit in principali caussa. Limita. num. 2.*

DECISIO CLXXXV.

Spolium licet in totum sit † purgandum 1
antequam spoliator in negotio principali audiri possit, *secundum Bald. in c. conquerente. de restitu spoliat.* Tamen secus est quādo per spoliatorem præsentata † est com- 2
missioni actis præcisa, quæ dicit, quod præstita cautione per spoliatorem de soluendo fructus facta liquidatione, iudex procedat ad expeditionem negotii principalis: quia tunc est seruanda commissio, nisi spoliatus illam reformari curet, & reduci ad terminos iuris. Ita fuit dictum in caussa Veliterana tenutæ Prisciani, Lunæ 14. Octob. 1552. coram dom. Baren.

SVMMARIVM.

1 *Spolium dici, & esse purgandum, si aliquis a iudice nulliter procedente, eiectus est a possessione.*

DECISIO CLXXXVI.

Spolium dicitur, & est purgandū, † quā- 1
do aliquis a iudice nulliter procedente eiectus est a possessione. *Bar. in l. iuste possidet ff. de acquiren. poss. vbi omnes. capit. ex insinuatione. de procuratore. c. conquerente. de restitu. spoliat. cum multis accumulatis. per Aymo. in cōs. 104. colum. 1.* Et ita fuit tentum in caussa Barchinonen. priuationis distributionum Mercurii 16. Nouemb. 1552. coram dom. Peza.

SVMMARIA.

1 *Monachus d. Augusti. Heremitarum spoliatus non potest agere ad spolium, ratio, num. 2.*

3 *Monachus in iudicio stare non potest, nec suo, nec alieno nomine.*

4 *Nihil proprii habere potest, seu possidere.*

5 *Restitutionem petere non potest, nisi demonstret dispensationem.*

DECISIO CLXXXVII.

1 Spoliatus si sit Monachus Sancti Augustini Hæremitarum, non potest agere ad spolium, primo ex defectu agendi,
2 quia eius nolle, † & velle totum dependet a superiore suo, vt dicitur *in ca. non dicatis. 12. q. 2. & in c. si religiosus. de elect. lib. 6.* qua rati-
3 one in iudicio † stare non potest, nec suo, nec alieno nomine. *ad clem. religiosus. de procur. vbi Card. in vlt. notab. in oppon.* Secundo ex defectu iuris repellendus est, quia nihil
4 † proprii habere, seu possidere potest, *vt est tex. in cap. 1. in §. confirmatis. de relig. dom. cum*
5 *vulga.* Vnde, nisi demonstret aliquam † dispensationem, restitutionem petere non potest, *vt est decis. 1. de restitut. spoliat. in antiq.* Et ita fuit tentum in vna Tusculana Casalis coram dom. Capisucbo Lunæ 14. Nouẽbris 1552.

STAFIL. DICTVM.

SVMMARIVM.

1 *Stafilæi dictum, per Rotam non seruatur, & ratio num. sequenti.*

DECISIO CLXXXVIII

1 Stafilæi dictum in suo tract. de literis iustitiæ & gratiæ, fol. 162. a tergo, non seruatur † per Rotam, quia semper facit parere rei iudicatæ, quando adest nullitas notoria ex eisdem actis, quæ incontinenti doceri possit, etiam quod esset res iudicata per vnam sententiam latam per contradictas. Et vide supra in verbo dictum.

STATVS.

SVMMARIA.

1 *Status vltimus quasi possessionis præsentandi patronorum, non turbatur per collationem ordinarii, &c. ratio num. 2.*

3 *Collationem factam tempore patroni ad præsentandum præscripto surreptitiam esse.*

DECISIO CLXXXIX.

1 Status vltimus quasi possessionis præsentandi patronorum, non turbatur † per collationem ordinarii factam de illo beneficio, absque mentione iurispatronatus. *Cald. consil. 15. de iurepatrona. Dec. consi. 126. colum. fi.* Ratio esse potest, quia quando
2 ordinarius † confert simpliciter, videtur conferre sub conditione si patrono placuerit. *Rot. decis. 10. de iurepatronat. in ant.* Præterea collatio illa facta tamen in tempore patroni ad præsentandum præscripto, fuit surreptitia. *Lapus allegatione 96. num.* 4. Ita
3 fuit tentum in vna Vicentina beneficii S. Sebastiani, coram D. Decano Lunæ 4. Aprilis 1552.

STATVTA.

SVMMARIA.

1 *Statuta in contractu solennitates requirentia, procedere in instrumento iurato.*

2 *Statuta inducentia solennitatem probatoriam, dicuntur continere publicam vtilitatem: nec pacto priuatorum aut iuramento tollũtur. num. 3.*

DECISIO CXC.

Statuta requirentia certam solemnitatem in donatione, vel alio contractu, & disponentia, quod si dictæ solemnitates non interuenerint, quod contractus, & instrumenta huiusmodi nullam faciant fidem, procedunt etiam in † instrumento iu- 1
rato: quia statuta inducentia solemnitatẽ probatoriam, dicuntur continere † publi- 2
cam vtilitatem. *Bart. in l. si quis pro eo. num. 13. ff. de fideiuss. Alex. consi. 68. num. 5. lib. 3. alias consi. 36. colum. 2. vers. item & statutum. lib. 5.* Ratio est, quia solemnitates, † quæ intro- 3
ductæ sunt ob publicam vtilitatem, non possunt pacto, aut iuramento priuatorum tolli. *l. ius publicum. ff. de pact. Alex. consi. 95. insi. lib. 1.* & hoc a legistis de iure ciuili communiter approbatur. *Corn. consil. 12. colum. 1. lib* 3. de iure autem canonico idem concludunt Canonistæ, vt dicit *Alciat. in c. cum cõtingat sub num. 153. vers. sed tamen ista limitationes de iureiur. Paul. de Castr. cons. 61. lib. 2.* Et ita domini tenuerunt die 28. Martii 1552 in vna Mediolanen. dispensationis coram domino Chissanen. pro Ioan. Angelo Porso, contra sororem Angelam Casatnã.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de pactis & donationibus non valituris, locum non habere in cessione iurata.*

DECISIO CXCI.

Statutũ de pactis, & donationib. nõ valituris, de quo in lib. 4. c. 23. statutorum vrbis, non † habet locum in cessione 1
iurata, quia non dicit, nullam fidem faciat, sed dicit, irrita sint, & nulla, & nullius effectus. *Caccialup. in l. omnes populi. colum. 38. ver. circa secundum membrum. ff. de iust. & iur.* Et ita fuit inclinatum, licet non resolutum, per dominos in d. caussa Mediolanen. die 8. Aprilis 1552. coram eodẽ do. Chissanen.

SVMMARIA.

1 *Statutum vsu receptum non dicitur, quãdo probatur illud fuisse ratificatum a minore parte populi.*

2 *Actus aliquorum præiudicare non potest omnibus.*

3 *Negatiua probatur ex inspectione scripturæ.*

DECISIO CXCII.

Statutum vsu receptum esse non † dici- 1
tur, quando per allegantem probatur illud fuisse ratificatum a minori parte populi, quoniam actus † aliquorum prædicare 2
non potest omnibus. *Bald. in cap. fin. in 8. col. vers. deinde quæro de consuetud. Felyn. in cap. 1. in vers. lex noua. & nu. 11. in 5. declar. de treug. & pac*

Imo.

Imo ex inspectione cuiusdam libri producti per beneficiatos ecclesię S.Io.Eluen.apparebat, quod per spacium centum annorum, has quatuor libras vigore statuti prætensi solui debitas, non fuisse per Canonicos solutas dictæ ecclesiæ, & sic ex inspectione
3 scripturæ negatiua † probatur. *Deci.in l.iustus,numero tertio, C.de edendo. Aymo consil. 1.numer.10,& consilio.138.numero quinto.* Et ita tentum in vno Eluen. contrauentionis statutorum coram Chissanensi 13. Maii 1551.

SVMMARIA.

1 *Statutum Bononiense,vt condemnatus ad mortē possit condere testamentum ante exsecutionem, quomodo procedit.*

2 *Statutum attendendum, quod se conformat cum dispositione iuris communis.*

DECISIO CCXIII.

STatutum Bononien.in quo disponitur, quod condemnatus ad mortem possit facere testamentum ante exsecutionem sententiæ,non obstante statuto de pœna homicidæ,& statuto de pœna assassinii, habet
1 locum † in testamento, per condemnatum ad mortem fatis ante ipsam exsecutionem, quia statuta ista inter se compatiuntur, & omnia sunt generalia, & tendunt ad suos certos fines:quia stant ista simul, quod bona homicidæ confiscentur, & tamen ipse possit testari. Et licet statutum loquens de homicida,per indirectum tollat facultatē testādi:tamen in casu nostro nō tollit, quia habemus aliud statutum per quod disponitur, quod condemnatus possit facere testamentum,& illud attendendum est: cum se cōformet cum dispositione iuris communis.Et ita tentum fuit die 27. Ianuarii in vna Bononien. legatariorum coram Domino Augustino.

SVMMARIVM.

1 *Statuta requirentia certam solemnitatem in cōtractu mulieris, non procedunt, quando mulier contrahit cum ecclesia.*

DECISIO CCXIII.

1 STatuta requirentia certam solemnitatem in contractu mulieris, non procedunt,† quando mulier contrahit cum ecclesia. *Paul de Castr.in consil. 432. colum.2. nume. 2.volum.1.* Et ita conclusum in vna Romana Casalis,coram Domino Augustino 14. Nouembr.1551.

SVMMARIA.

1 *Statutum Vrbis ratione contractus, comprehendit partes in Vrbe contrahentes. Et in transactione locum habet,nu.2.*

3 *Transactio super alimentis non valet.*

4 *Extensionem fieri reducendo ad ius commune.*

5 *Transactione fit ex necessitate refutatio.*

DECISIO CCXV.

STatutum Vrbis ratione contractus, cōprehendit partes in Vrbe contrahentes. *Deci.consilio 283. colum.6. versic.ad maiorem Gozad.consilio.49 num.13.* Et ita tenuerunt Domini die 12. Decembris 1552. Et quamuis statutum præfatum loquatur in refutationibus & pactis de non petendo, & quietationibus:tamen idem esse † in transactionibus 1
dicebatur dicta die 12. Decembris, nihilominus die 19 d. Mensis, maior pars tenuit, quod statutum etiam in hoc casu habeat † 2
locum in transactione de qua agitur, & ratio decisionis fuit, quia maior ratio est in transactione super alimentis,in quibus trāsactio non tenet,quam in illis quatuor acti- 3
bus non prohibitis de iure,& sic fiet extensio † reducendo ad ius commune, & anti- 4
quum. *glo.in capit.statutum. in verb. numerand. elect. Alexa. & alii in l.si constante.ff solut.matr. Iaso. in auth.quas actiones.C.de sacro sanct.eccles. Felyn.in cap.cum accessissent, de constit. e.2.* Quia in transactione † fit ex necessitate refutatio. 5
Et ita fuit tentum die 19. Decembris 1552. coram Domino Augustino in vna Romana hereditatis.

SVMMARIA.

1 *Statutum de eo qui scienter falsos testes produxerit,procedere in eo qui facit induci per procuratorem.*

2 *Mandans incidit in pœnam statuti,licet statutū loquatur in personam.*

3 *Procurator cum ex necessitate faciat, dominus facere videtur.*

4 *Scientiam, & patientiam haberi pro mandato.*

DECISIO CCXVI.

STatutum Bononien. sub rubrica de pœna falsorum testium, & facientium falsa instrumenta,vel producentium, in quo cauetur, quod si quis scienter produxerit falsos testes,ipso iure cadat a caussa: procedit etiam in eo qui facit induci testes per suum 2
procuratorem. *Bartol.in l.si de vnius,§.1.colum. 1 ff.de fals.* Vbi considerat duos casus. Primus est, si mandatur aliquid quod licitum sit, & honestum,prout est caussas agere, & tunc tenetur, & debet exsequi mandatum, & mandans incidit † in pœnam statuti,licet 1
statutum loquatur in personam, *per l.inter.in fine,ff de manu. & vind. & l. 3. §.procurator.ff. quod quisque iur.* Et est ratio,quia cum procurator ex necessitate † faciat, ipse Dominus 3
facere videtur,per iura allegata ibi per Bartol. Vnde cum Ioan.Baptista,& Ludouicus fratres mandassent procuratori, vt daret articulos, testes induceret, & examinari faceret, illosque actus procurator fecerit, quia facere tenebatur ratione officii, quāuis postea testes inducti , falsum depo-

tum, secus tamen esset, quando contractus esset factus separatus a iuramento, in vna Ptiliana dotis, die 22. Iunii 1554. coram Domino Oradino.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vt liceat secundo appellare ad cõtrarietatem fugiendam, quomodo intelligitur.*

DECISIO CCI.

1 STatutum Bononienſ. sub rubrica, de pceptis fiendis confessis vel conuictis in caussa criminali, in qua latæ sint duæ sententiæ, ita vt mereantur exsecutionẽ, licet videatur tollere secundam appellationem: tamen quia adest aliud statutum dictæ Ciuitatis *sub rubri. de appellat. in princip.* In quo disponitur, quod liceat secundo appellare, ad fugiendam contrarietatem, intelligendum est, vt non tollat appellationem secundam, prout declarat *Parisius consilio. 44. numer. 10. volum 3.* Sed loquitur in illis sententiis: quæ merentur de iure exsecutionem, siue prima sit, siue secunda, siue tertia: quia statutum dat formam exsecutioni. Et ita fuit tentũ die 29. Maii 1551. coram Domino Accorambono in vna Bononien. de Bucchis.

SVMMARIA.

1 *Statutum Ispalen. inhabilitans filios, & nepotes condemnatos de crimine hæresis, quomodo intelligitur.*
2 *Iudicio hæresis agitur summarie.*
3 *Bona temporalia, an recuperare potest reconciliatus post hæresin.*
4 *Statutum fauorabile, factum religionis fauore, & ecclesiæ.*

DECISIO CCII.

STatutum Ispalen. inhabilitans filios, & nepotes condemnatorum de crimine
1 hæresis, habet† locum in illo, qui non est psonaliter citatus, sed per proclama, cum in
2 iudicio hæresis† agatur summarie. *cap. fin. de hæretic. lib. 6.* Et quia prædictus in sententia fuit condemnatus in confiscatione bonorum, & excommunicationis pœna, & absolutus ab excommunicatione tantum, abiurauit, dicitur vere reconciliatus, & conde-
3 mnatus, quæ bona † temporalia hæreticus recuperare non potest, nisi cum eo misericorditer pcedatur, *cap. vrgentes, de hæretic. & ibi Fely. & Gundisal de Villadiego in tracta. de hæretic. quæstio. 20. colum. fi.* Et ita tentum fuit die 11. Ianuarii 1551. coram Domino Augustino in vna Ispalen. Canonicatus, & præbendæ. Et ista decisio fuit confirmata die 18. Decembris, coram Domino Guidobono, & etiam dictum, quod huiusmodi statutũ
4 est† fauorabile, & non odiosum, quia est factum fauore religionis, & ecclesiæ, & est secundum ius commune.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vt liget, publicari debet, & in vsu recipi. Ratio nu. 2.*
3 *Statutum tollitur per non vsum.*
4 *Non vsus probatur, eo quod vsus non probatur, & per vices paucas probatur, nu. 5. 6. 7.*
8 *Vsus per allegantem probari debet.*

DECISIO CCIII.

STatutum ad hoc vt liget, requiritur, † 1
quod publicatum, & vsu receptum sit, *Fely. in capit. 1. de treug. & pac. nu. 13. declarat. septima.* Nam statuta semper habent tacitam conditionem, dummodo vsu† recipiantur, 2
nam per contrarium †non vsum tolluntur. 3
Felyn. in d. cap. 1. de treug. & pac. numer. 19. Curt. in cap. fi. de consuetud. condit. 4. Et contrarius nõ vsus † probatur eo ipso, quod non probat 4
vsus. *Aymon. consil. 1. & consil. 298. numer. 5.* Et vsus non probatur, si probatur per paucas 5
vices vsu fuisse receptum, quoniam † paucas vices probare, est probare exemplo, *vt* 6
per Bald in d. c. fin. de consuet. & Felyn. in d. capi. 1. num 21. versi. lex dimissa. Et debet probari de vsu † a maiori parte, *vt per Felyn. vbi numer. 11. versic. secus.* Et vsus † prædictus per alle- 7 8
gantem est probandus. Et ita tentum fuit die 9. Octobris 1555. in vna Clunen. contrauentionis statuti, coram Domino Episcopo Chissanen.

SVMMARIA.

1 *Decreti irritantis vigor.*
2 *Inferiores nõ posse sine Principis consensu elidere, quod constat de eius intentione. Ideo notitia eius probari debet, cum non vsus eorum sit improbabilis, num. 3.*

DECISIO CCIV.

STatuta seu constitutiones Leonis 10. 1
Collegio Archiuii concessa, quod notarii teneantur portare notas in Archiuium infra octo dies, non potest probari vsu non fuisse recepta, stante decreto † irritanti in 2
eo contento. *Archidiacon in cap. cum de beneficio. colum. 2. versicu. sed pone. de præbend. libr. 6. & ibi Gemin. colum. 3. Ancharan in fin. & Franc. numero quarto, Rota decisio. 293. in antiquis. Rocc. de consuetud numer. 523.* Ideo cum constet de intentione Principis, inferiores †non vtendo, vel ex contrariis actibus non possunt illam elidere sine expresso Principis consensu. Philippus Franc. vbi supra, & non vsus † 3
ipsorum est improbabilis, non probata Principis notitia, qui statuta cõdidit. Et ad hoc inducendum requireretur vel spatium 40. annorum, vel saltem 10. annorum. *Felynus in capitul. 1. in 4. 5. & 6. declarat. de treug. & pace.* Et ita tentum die 23. Octobr. 1551. in vna Romana obseruationis contractus, coram D. Chissanen.

SVMMARIA.

1 *Suspicionem durare caussa ipsa durante.*
2 *Verba statuti, si non sunt consanguinei, intelligi scilicet ab vtroq; latere.*
3 *Indefinita in statutis, æquipollet vniuersali.*
4 *Dictio, aliquis, ponderatur.*
5 *Argumentum a verisimili mente disponentis, procedere in statutis.*
6 *Verisimile non esse, statuentes præferre curatorẽ extraneum proximioribus patris.*
7 *Verisimile statuentes vtilitatem mulieris quam extraneorum curare.*
8 *Statutum patris consilium non rëiicere, sed potius comprobare.*
9 *Pater pro filia præsumitur capere bonum consilium.*

DECISIO CCV.

STatutum Vrbis *in lib. 4. ca. 23.* disponens, pacta de non petendo, refutationes, & quietationes a quibusuis mulieribus, quibuscunque personis fiant, irrita esse, & nulla, nullique effectus, nisi duobus consanguineis proximioribus adhibitis, quorum nō intersit, vel aliis eorum, licet non essent consanguinei & affines tam proximi, & expresse medio iuramento approbantibus, &c. & si mulieres sunt in potestate patris tūc vocentur consanguinei ex linea materna Et statutum in nou. reformat. Vrbis *c. 19.* dicit, & si aliqui cōsanguinei non existant, cum curatoris legitimi auctoritate, ac semper cum iudicis decreto: his stantibus, in quodam contractu transactionis, quædam mulier cōtraxit adhibitis duobus consanguineis ex latere patris, qui interfuerunt, & quorum non intererat, cum esse deberent ex latere matris, vt sup. & impugnabatur p ipsam mulierem hæc transactio, ex eo, quia ipsa erat sub patria potestate, & non erant vocati consanguinei ex parte matris, quia statutum disponit, quod tunc vocentur cōsanguinei ex parte matris. Et dicebat statuentes fuisse motos ad ita statuēdum, vt obuiarent fraudibus, & ne mulieres ob metū reuerentialem inducerentur ad renuntiādum, quia metus non præsumitur cessare si interueniunt consanguinei ex latere patris, & propterea si non aderant consanguinei ex latere matris, erat deueniendum ad deputationem curatoris, & non debent subintrare isti consanguinei ex latere patris
1 propter dictam suspicionem, quæ durat † durante dicta caussa, *vt per Doctores in cap. postremo, de appellat. Deci. consi. 226 colum penult. & fina.* Et pro ista parte fuerunt quatuor ex Dominis. At ex aduerso Simon, qui volebat sustinere transactionem, dicebat quod ex quo non aderant consanguinei ex latere matris, & interuenerunt consanguinei ex latere patris, non erat opus datione curatoris. Nam illa † verba statuti, si nō essent 2
consanguinei, debet intelligi, si non essent consanguinei ab vtroque latere, hoc est patris, & matris: quia indefinita locutio † in 3
statutis æquipollet vniuersali. *Bartolus in l. si seruitus, & ibi Bal & Angel. de seruit. vrba. prædiorum. Bartol. & Imol. in l. si pluribus, ff. de leg. 2. Cagnol. in l. 1. numer. 11. ff. de regul. iuris.* Et quia statutum non simpliciter dicit, si non sint consanguinei: sed si non sint aliqui consanguinei, nam dictio, aliquis † denotat alios nō 4
extare. *gloss. in clemen. 1. de for. compet. in verbo autem earum. Socin. consilio 272. colum. 7. versic. non licet.* Præterea in statutis valet argumentum a verisimili † mente disponen- 5
tis. *Bal. & Iaso. in l. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & posthum.* Sed non est verisimile, † quod 6
statuentes voluerint præferre curatorem extraneum proximioribus ex latere patris, 7
quos verisimile pariter est, debere magis curare vtilitatem mulieris, quā extraneorū. *Bartol. & Doctores omnes in l. transactionem. C. de transactio.* Tanto magis, quia statuta † non 8
reiiciunt patris consilium, immo comprobant, quia pater præsumitur † capere bo- 9
num consilium pro filia *l. nec in ea ff. de adulte. Deci. consilio 59 & 89 colum. final. & consilio 150. colum. 1. Iason consi. 231. colum. 3. volum. 2.* Et pro ista parte fuerunt quatuor alii Domini, & sic fuerunt tunc diuisi: sed quia caussa erat commissa Domino Decano extra Rotam, quo casu ipse potest votare, & eius votū valet, votauit contra mulierem, & sic pro validitate transactionis. Itaq; Rota dixit in vna Romana hereditatis, & bonorum 26. Octobris 1551. corā Domino Decano prædicto.

SVMMARIVM.

1 *Statutum requirens insinuationem in instrumētis donationum, procedere in mercatore forensi in vrbe, rationu. 2.*

DECISIO CCVI.

STatutum Vrbis requirens in instrumētis donationum insinuationem, procedit in mercatore insigni forense, qui dona- 1
uit in vrbe: qui quamuis statutis subiectus non sit, tenetur nihilominus donationem insinuare. *Abb. consil. 52. versic.* sed his nō obstant, *volum. 2. Corn. consil. 185. numer. 9 volum. 2.* Et est communis conclusio omnium, *in l. cunctos populos. C. de sum. trinita. & fide cathol.* Quia statutum prouidet circa solemnitates † actus, non autem circa habilitationem 2
personarum contrahentium. Et ita tentum die 2. Decembr. 1551. in vna Romana pecuniaria coram D. Decano.

SVMMARIA.

1 *Statutum contra negligentes petere credita intra annos 16. non procedit quando creditor, & debi-*

debitor sunt forenses, & nume. 2.

3 *Statuta decisoria propter negligentiam non petẽtis, non porriguntur ad forenses.*

4 *Rota non obseruat statuta vrbis, nisi inter subditos, & vt ibi.*

5 *Forensi, quando succurritur ignoranti statutum loci.*

6 *Ignorantia præsumitur regulariter, nisi probetur scientia.*

Decisio CCvii.

STatutum contra negligentes petere eorum credita per 16. annos, est positũ,
1 *in lib. 1. c. 101. & in lib. 4. cap. 18.* Et non † procedit quando creditor, & debitor sunt foren-
2 ses, quia statuta ligant † ciues incolas & districtuales, *prout in capi. 37. sub rubri. quod seruetur ius commune, in nou. reformat statutorum Vr-*
3 *bis.* Et quia statuta † decisoria producentia effectum in his, quæ ex post facto oriuntur propter negligentiam non petentis, non porriguntur ad forenses. *Bar. communiter approbatus in l. 1. C. de summa Trin. & fid. cath. num. 15. cum sequ. versi. de his quæ pertinent ad litis decisionem.* Etiam quod Romæ debitum pe-
4 tat in Rota, in quo tribunali non † seruantur statuta vrbis, nisi inter subditos, & nisi producantur: licet secus sit in Capitolio, ex quo statutum viget in foro, in quo debitum peteretur. *Bartol. vbi sup. Iason & Purpuratus in d. l. prima, num. 157. versic. tertius casus. C. de summa trinitate & fide catholi.* Præterea quando
5 allegatur † statutum tanquam vigens in loco, in quo forensis conuenitur, quod statutum potuit ille verisimiliter ignorare, succurritur forensi per restitutionem in integrum aduersus dictum statutum. *Innocent. in rubri. de constitu. vbi Ioannes Andreas, & Anton. Butr. Alex. consi. 37. num. 20. lib. 2. Alberic. in prima parte statutorum quæst. 32. Aretinus consil. 21. Hippolyt in l. final. num. 132. & 179. ff. de iurisdict. omnium iudic.* Et statutum requirit negligentiam creditoris non petentis debitum. Et venditor qui mutuauerat, iam obierat, & legatarius petebat huiusmodi creditum, in quo legatario ignorantia præ-
6 supponitur, quæ regulariter † præsumitur: nisi probetur scientia, *l. verius ff. de probatio.* Et ignoranti non ascribitur negligentia. Et ita tentum die 27. Febr. 1553. in vna Cameriren. 500. coram Decano.

Summaria.

1 *Statutum Hispalense, de filiis hæreticorum, vel reconciliatorum, &c. quomodo intelligitur.*

2 *Legis naturam esse futura prospicere: aliquando etiam respicit præterita, nu. 3. 4. 5.*

Decisio CCviii.

STatutum ecclesiæ Ispalen. conditum de anno 1551. in quo cauetur, ne deinceps futuris temporib. quisquam filius hæreticorum condemnatorum, vel reconciliatorum, vsque ad secundam generationem ad aliquod beneficium, & ad dignitatem, Canonicatum, & præbendam &c. intra ecclesiam Ispalen. admittatur, nec possessionem obtineat, nisi Romano Pontifice consulto: habet † locum nedum in filiis condemna- 1
torum, & reconciliatorum post statutum, cum natura legis † sit futura prospicere. *C. l.* 2
leges C. de legib. c. fin. de constitu. Sed etiam comprehendit filios condemnatorum, & recõciliatorum ante † statutum, & sic respicit 3
præterita cõtra naturam legis. Et ratio est, quia expresse statutum loquitur † de recon- 4
ciliatis, & sic de præteritis, & ideo ad præterita † trahitur. Et ita fuit decisum in vna 5
Ispalen. Canonica. coram D. Guidobono 27. Ianuar. 1552.

Summarium.

1 *Statutum Ispalense, & de eius extensione.*

Decisio CCix.

STatutum ecclesiæ Ispalen. & extensio facta per Clementem vii. (Cuius tenor est, Ad hoc vt condemnatorum, & reconciliatorum de hæresi filii, & nepotes, dignitates, & Canonicatus ex quacunque auctoritate etiam per sedem Apostolicam eis collatas, etiam quarumcunque dispensationum Apostolicarum vigore obtinere vel assequi, seu in eis ius aliquod acquirere, aut adipsum celebrare Missam seu Euangelium non possint &c. auctoritate Apostol. tenore pretium extendimus, & ampliamus, inhabilitat † ad obtinend. beneficia in eccle- 1
sia, Ispalen. ratione iuris petitorii, & possessorii. Et ita tentum in caussa Ispalen. Canonicatus, coram Domino Guidobono 10. Febr. 1552.

Summarium.

1 *Statutum Rom. sub rubr. de violentiis, quomodo intelligitur.*

Decisio CCx.

STatutum Rom. *in 2 lib. ca. 131. sub rubr.* de violentiis, in quo disponitur, qualiter probetur fama Domini pro maiori parte illud intelligebant habere † locum in caussa 1
criminali. Et est ratio, quia loquitur de ex forciamento, quod sonat † in criminalitatẽ. 2
Vide in caussa Rom. Castrorũ de Gaetauis, coram Domino Guidobono 10. Octobris 1552.

Summaria.

1 *Statutum Mediolanens. & Cremonens. disponẽs de possessore, habere locum in quasi possessore iurispatronatus, ratio, nu. 2.*

3 *In corporalibus requiritur actus facti ad capiendum possessionem, sicut in incorporalibus.*

DECISIO CCXI.

Statutum Mediolanen. & Cremonen. quæ disponunt, quod possessio transeat in possessores absque noua apprehensione:
1 habent † locum etiam in quasi possessore iuris patronatus, & in rebus ecclesiasticis,
2 ea ratione, quia statutum † quando generaliter loquitur, & potest respicere fauorem clericorum, habet etiam locum in Ecclesiasticis. *Dec. in cap. Ecclesia S. Mariæ, nume.*
3 *27. de constitut* Et quia sicut in rebus † corporalib. requiritur actus facti ad capiendum possessionem, ita in rebus incorporalibus, *secundum Tiraquel in tractat. le mort saisit le vif in 6 declara. præfation.* Et ita decisum in causa Cremonen. Capellaniæ Lunæ V. Decēb. 1552. coram Decano.

SVMMARIVM.

1 Decedere sine liberis ab intestato impubes dicitur, in statutis, vt mater excludatur. Ratio numer. 2.

DECISIO CCXII.

Statutum disponens, quod si quis decesserit sine liberis ab intestato, superstitibus sibi aliquibus vsque in tertium gradum suæ agnationis, succedat sibi proximior
1 de dicta agnatione, exclusa matre, habet † locum etiam in impubere decedente. *Guiliel. de Bened. in capit. Raynu. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, num. 7. in princ. de testamen. Dec in l. generaliter. C de institut. & substitu. Impius ille in additionib. ad Alexand. consil. 115 vol. 2. Alciat. in l. intestatus. ff. de verb. signifi.* Et ra-
2 tio est, vt † bona conseruētur in agnatione, quæ ratio magis militat in impuberibus. Ita pro maiori parte fuit tentum per dominos in caussa Tudertina hereditatis coram Domino Fantuccio, Lunæ 12. Decembris 1552.

SVMMARIA.

1 Statutum nihil aliud disponit, quam id quod loquitur.
2 Iura vbi nascuntur, occasio iniuriarum ne nascatur.
3 Re ab alio possessa, propria auctoritate aliquid facere alicui non licet.
4 Inuasor non potest obtinere rescriptum, vt liceat ei possessionem occupatam retinere.
5 Spoliato per heredes, datur restitutio.

DECISIO CCXIII.

Statutum Roman. sub rub. Senator reducat, & defendat in possessione here-
1 des defunctorum, *cap. 88. li. 1.* nihil † aliud disponit, nisi id quod disponitur, *in l. fin. C. de edict. diui. Adr. tollen.* Et ideo loquitur in remedio retinendæ possessionis vel adipiscēdæ, non autem recuperādæ. Et ea est ratio, quia statutum non dat facultatem delinquendi, vt propria auctoritate capiatur possessio: ne vbi iura nascuntur, † occasio 2
iniuriarum nascatur, *iux tex. in l. 1. in fin. C. de his qui veniam ætatis impet.* Nec alicui licitum 3
est etiam in re sua ab alio possessa, propria auctoritate aliquid facere, *l. nec ex vera. cum simil. C. de acquiren possess.* Nec inuasor † potest 4
obtinere rescriptum, vt liceat ei possessionem occupatam retinere, *per l. auctoritatem, & ibi per Bart. C. vnde vi.* Et ideo spoliato † 5
per heredes, datur restitutio, non obstante statuto. Ita fuit decisum in caussa hereditatis, & spolii, coram Domino Caprisucco, Veneris 19 Februarii 1552. Nec obstat regula, dolo facis † quia non habet locum in reme- 6
dio recuperandæ *secundum Alexan. in l. naturaliter §. nihil commune, numer. 35. de acqu. poss.* Et hoc in odium spoliantis. Quodq; statutum prædictum nō habeat locum in remedio recuperandæ, tentum fuit in caussa Tyburtina bonorum, coram D. Ioan. Baptista Guidobono, Veneris 18 Maii 1554. *secundum Tiraquel. in tract. le mort saisit le vif. in 6. part. declarat. 4.* Et ita fuit dictum alias tentum fuisse in vna Tolletan. matrimonii, coram Domino Accorambono, & in alia Romana portarum, coram Domino Antonio Augustino.

SVMMARIA.

1 Statutum loquens per verba iuris, recipit interpretationem a iure communi.
2 Iudicem corrumpere solo conatu non dicitur.

DECISIO CCXIV.

Statutum Bononien. de pœna falsorum testium, & facientium, vel producentiū falsa instrumenta in §. item dicimus, quod si quis scienter producit falsos testes, non respicit factum, sed loquitur per verba iuris, quia punit falsum, & ideo debet † reci- 1
pere interpretationem a iure communi, vt scilicet puniatur, vt cadat a caussa ipso iure, si falsitas esset nociua, vel apta nocere, *secundum Bart. in l. diuus, & ibi apostilla in verbo,* 2
noceat. C. de falsis. Anchar. consil 24. numer. 6 & consil. 103. & 104 Iaso consil. 153. volum. 4. Parisi. consil. 151. num. 23. volum. 4. Non autem, quod puniatur dicta pœna, etiam quod falsitas non esset nociua, vel apta nocere, vt dicitur de corrumpente iudicem, † quod non veri- 2
ficatur in solo conatu, *l. prima §. qui iudicem, de falsis. Bald. in authent sed nouo iure. C. de pœn. iud. per l. Imperator. in verb tentauit ff. de iur. fisc.* Et ita resolutum fuit in caussa Bononien. bonorum de Bucchis, coram Domino Fabro Decano, 28. Nouemb. 1552.

SVMMARIA.

1 Statutum dicitur fauorabile, quando principaliter fit ad obuiandum fraudibus.
2 Fraudem secundum ius naturale prohiberi.
3 Fauorabile quod est conditum ad publicam vtilita-

5 *Idem quando emanauit ad euitandum ea quæ fiebant contra diuinam maiestatem.*
6 *Dispositio fauorabilis, quæ ad fauorem ecclesiarũ est inducta.*
7 *Bulla disponens, quod instrumentum rogatum per notarium Archiuistam non valeat, nisi registretur in Archiuio, est fauorabilis.*
8 *Mens finalis ex præfatione colligitur.*
9 *Attendendum quod principaliter agitur.*
10 *Statutum disponens quod instrumentum registratũ in memorialibus præsumitur falsum dicitur factum fauore publicæ vtilitatis. Ideo in vtroq. foro esse seruandum, num. 11.*

DECISIO CCXV.

1 STatutum dicitur fauorabile, † quando principaliter est factum ad obuiandum fraudibus. *Fel. in c. de 2. col. 5. in fin. versic. & si est aliqua dispositio. de præscript.* & dicit cõforme iuri naturali, secundum quod fraus
2 † est prohibita. *Bald. in authen. ingressi. num. 24. in fin. C. de sacrosan. eccl.* Item dicitur fa-
3 uorabile, quando est † conditum ad publicam vtilitatem. *Dec. in ca. eccle. sanctæ Mariæ. col. 13. in fi. versic. & materia fauorabilis. de const.* Insuper quando statutum est conditũ
4 ad dirimendas † lites, prout est illud de cõpromissis faciendis dicitur fauorabile, quia etiam continet publicam vtilitatem. *Bald. in l. 1. in 5. not. C. de nouo. Cod. compo. Alexan. cons. 171. colum. 2. vers. fortificantur prædicta lib. 7.* Et quando statutum vel aliqua dispositio
5 † emanauit ad euitandum ea, quæ fiebant contra diuinam maiestatem, & sic ad obuiandum peccatis, & ad consulẽdum animæ, dicitur fauorabilis, & extendibilis, etiam si esset pœnalis. *gl. in c. sciant cuncti. in verbo alios. de elec. in 6. Ioan. And. in cap. ex tenore, qui fil. sint legit. vbi Abb.* reputat hoc singulare & obliuioni non tradendum, *sequitur Ias. in in l. cum quidam. colum. 5. versi. 1. ergo limita. ff. de lib. & posthu.* pariter etiam dicitur di-
6 spositio fauorabilis † quando est inducta ad fauorem ecclesiarum. *glo. in d. c. sciant cuncti. in verbo alios. vbi Gemin. c. fin. Abb. in cap. nihil. num. 9. vers. 2. principaliter potest respondere de electio. Ias. in d. l. cum quid. colum. 5. versic. 2. limita.* Et per supradicta fuit resolutum in caussa Rom. obseruationis contractus, coram dom. Prospero de S. Cruce Episcopo Chissanen. die prima Iunii 1551.
7 quod Bulla † disponens, quod instrumentũ rogatum per notarium Archiuistam non valeat, nisi registretur in Archiuio, sit fauorabilis, & nõ odiosa, tum quia ex procœmio
8 Bullæ colligebatur, illam factam fuisse ad obuiandum fraudib. & ex præfatione colligitur finalis mens concedentis. *l. fin. de hered. instit. Roma consil. 436. vers. porro, quod in huiusmodi priuilegiis a finali caussa oritur fa uor* vel odium, per *l. qui exceptionem. vbi hoc notant Bart. & alii. ff. de cond. indeb.* Et id quod prin-
cipaliter † agitur attendendum est. *l. si quis nec caussam. ff si certum peta. Cald. cõs. 14 de verborum signi.* Et in procem. Bullæ, de qua agitur, in primis dicitur, quod propter notariorum diuersitatem, siue dolum, quã plures falsitates, & fraudes committebantur & res aliter scriptæ, quam actæ reperiuntur: & paulo inferius dicitur, nos cupientes huiusmodi fraudibus resistere. Ex quibus verbis colligitur manifeste Papam fuisse motum ad ita disponendum, vt obuiaret fraudibus & falsitatibus subditorum, tum etiam quia in procœmio ipsius pariter dicitur lites, & controuersiæ sic in iudiciis vertuntur, ex quibus verbis colligitur, quod Papa voluit dirimere lites & controuersias; & cum paulo post dicatur in d. procemio prædicta fieri in diuinæ Maiestatis offensam, & volens ecclesiarum opportunitatibus, & animarum saluti consulere, apparet Papam ita disposuisse ad euitãdum ea, quæ fiebant contra maiestatem diuinam, & læsionem animarum, attendendo fauorem etiam ecclesiarum, & sic omnes conclusiones sumtæ concurrebant in dicta bulla. Ideo fuit iudicata fauorabilis, prout quasi in terminis *Bald. in c. 1. § si quis per 30. colu. fin. in princ. vers. verbi gratia dicit statutum. si de feud. fuerit contro. int. do. & agnat. in vsibus feudorum,* dicit, quod statutum disponens † quod instrumentum registratum in me- 10
morialibus, præsumatur falsum, dicitur factum fauore publicæ vtilitatis, cum principaliter fuerit conditum ad tollendum malos mores falsificantium, & ideo infert illud † seruandum esse in vtroque foro, quod 11
sequitur, & late comprobat *Socyn. in cons. 97. colum. 2. vers. 2. difficultas. li. 1.* & clarius in terminis huius statuti voluit *Ioannes Cald. in disput. sua incip. Bononien. statuto cauetur. sequitur Alex. consil. 119. num. 20. colum. 3. versi. & subdit Io Cald. & clarius in colum. fin. vers. ad 8. argumentum. Bar. in l. nemo potest. num. 8. de leg. 1. & in l. 1. num. 30. C. de sum. trin. & fid. catho.* Quæ omnia latius videri poterunt in lib. Chissanen. mensis Iunii 1551.

SVBDELEGATVS.

SVMMARIVM.

1 *Actum nullum facit subdelegatus, exercens iurisdictionem, quæ non poterat subdelegari.*

DECISIO CCXVI.

SVbdelegatus delegatus a Principe cõmisit simpliciter notario examẽ testiũ, super recognitione scripturarũ, & notarius citauit partes, ita quod exercuit iurisdictionem, quæ † non poterat neq; subde- 1
legato subdelegari a delegato Principis, &

ideo fecit actum nullum. *Rot. decis. 3. & 8. de offic. deleg. in nou. Franc. in cap. cum caussam. q. 4. extra de appel. vbi Praepos. q. 3.* Et ita fuit tentum in vna Astoricen. Abbatiae die 21. Decemb. 1554. coram dom. Oradino.

SVBREPTIO.

SVMMARIA.

1 *Subreptitia gratia non est, in qua de intrusione saltem virtualiter facta fuit mentio.*

2 *Detentator nudus, qui fructus non percepit. & num. seq.*

Decisio CCXVII.

1 SVbreptitia non † est gratia, in qua de intrusione saltem virtualiter mentio facta fuit: cum narratū fuerit, quod Galcerandus vigore sui regressus credebat Io. Martorellum, qui narrabat se possessorem, ideo satis virtualiter fuit narrata intrusio Papae. *Cassad. decis. 12. de praeben.* Nec facit si dicatur, quod non fecit mētionem de fructibus perceptis in intrusione, quia non cōstat quod fructus ceperit, quia potuit quis

2 fuisse nudus detentator, qui † fructus non perceperit. *Cassado decis. 6. in fin. de praebend.* & aliqui dicebant, quod quando fructus debentur tertio, non Papae, taciturnitas eorum non vitiat gratiam, quia tali casu non

3 fit † aliqua compositio cum Papa. *Cassado. decis. 7. de praeben.* Et ita fuit tentum die 12. Octob. 1551. in vna Gerunden. Hospitalis coram dom. Guidobono.

SVMMARIA.

1 *Surreptio quando contra gratiam Papae opponi non potest.*

2 *Papam posse exceptionem subreptionis tollere, & quomodo, aliū nonnisi excipere volenti Papa os aperiat. num. 3.*

Decisio CCXVIII.

SVbreptio vel obreptio opponi non potest contra gratiam Papae, quādo in gratia est posita † clausula, quod de subre-

1

2 ptione dari non possit, quia Papa † potest tollere exceptionem subreptionis, vel rescribendo motu proprio, vel ex certa sciētia. *Stafil. in tracta. gratiae & iust. car. 81.* Et ꝓpterea nisi per ipsummet Papam aperiatur

3 os † excipere volenti de obreptione contra similem gratiam, agere non potest. Et fuit alias ita resolutum in vna Spoletana parochialis de Nouella die 1. Aprilis 1552. corā dom. Reomano.

SVMMARIVM.

1 *Surreptio bullae nisi probetur, dolosa non praesumitur. & allegāti probatio incumbit. nu. 2.*

Decisio CCXIX.

SVbreptitia est gratia Ioannis Cresari exsistentis in studio Bononien. qui dū fecerit professionem canonicorum regularium S. Augustini, postea deserendo propria auctoritate habituum habitorum, dedit operam legibus per tres annos, & inde assumsit gradum Doctoratus in vtroq; iure, sine licentia sui superioris regularis: & hoc quia non fecit mentionem Pontificis de † apostasia per ipsum contracta, ex ca. 1

vt periculosa. ne cler. vel monachi, etiam si 2

portasset habitum religionis, † sumtum, nam hoc non obstante erat apostata. *Abb. in cap. 1. colum. 2. & ibi Anan. colum. 1. de Apostatis.* Neque Apostata † potest doctorari. 3

Doctores in c. 1. de Magistr. Lambertinus in trac. iur. patron. in 6. par. 3 part. artic. 4. nu. 27. Dec. in cap. proposuisti. prope fin. de proba. Et dicitur infamis. † *Lambert. in eod. tract. fol. 62. colum. 1.* Et collatio infami facta de beneficio, est 4

nulla ipso iure. *capit. cum nostri. de concessio. praebend. ibiq; Doctores id notant, praesertim Ab. num. 22.* Licet sufficiat quem esse † Doctorem de facto, vt gratia non dicatur subreptitia. Et ita tentum in vna Pampilonen. Hospitalariae 28 Nouembris 1554. coram Oradino. 5 6

SVMMARIVM.

1 *Surreptio Bullae, nisi probetur dolosa non praesumitur, & alleganti probatio incumbit.*

Decisio CCXX.

SVbreptio vlla dolosa vnquam † praesumitur, nisi probetur: quia est delictum. 1

l. merito ff. pro socio. & alleganti † incumbit onus probandi subreptionem contra possessorem. *Docto. in cap. 1. vt lit. non contest. & in l. quoties. §. qui dolo. ff. de dolo. Io. Andr. Gem. & Franc. in c. 2. de lit. contesta in 6. Ripa in c. 2. num. 30. de rescript.* Et ita fuit tentum die 15. Iunii 1551. coram dom. Guidobono in vna Asculana canonicatus & praebendae. 2

SVMMARIA.

1 *Surreptio non dicitur, si id taceatur, quod Princeps sciuerit. Ratio num. 5.*

3 *Qualitas gratiae per testes potest probari.*

Decisio CCXXI.

SVbreptitia non reputatur gratia, licet in ea non fuerit vnum narratum, quod † si narratum esset, Princeps vel nō concessisset: vel saltem difficilius concessisset: dumodo per testes ꝓbetur Principē illud sciuisse, quod in gratia narratum nō fuit, & nihilominus concesserit gratiam. Ratio est, quia licet gratia † non possit per testes probari, sed tantum per literas. *Archidiacon & Ioan. Andre in nouell. in proem & Bald. in l. humanū. C. de l. & in l. falsu. C. de furt.* tamē qualitas † gratiae, prout est certa principis cōcedētis sciētia, bene potest ꝑ testes ꝓbari. *vt per Rot. deci. 332 in no. & voluit Fel. in rub. de cōst. in ver. si ibi prim⁹ est, quādo agitur de ꝓbāda qual. ipsi⁹ grat. & est tex. in c. auditis. de restit.* 1 2 3

restitut.in integr.vbi Abb.post Anton.nu.3. Et per hæc fuit decisum in caussa Fauentina hereditatis, & bonorum, coram Domino Vestano, 9. Decembris 1552. quod commutatio voluntatis testatoris facta per sacram pœnitentiariam, in qua fuit tacitum Papæ, quod hereditas iam adita fuerat per societatem generalem institutã, non esset subreptitia, attento, quod ille, qui petiit voluntatem commutari, probat per testes, quod Domini de pœnitentiaria habuerunt sciẽtiam de aditione hereditatis facta per dictam societatem, licet nõ fuerit narrata, & nihilominus pœnitentiaria cõmutauit voluntatem testatoris, vt videre poteris in libro Vestani anno *1552.fol.424.*

SVMMARIVM.

1 *Surreptio vt euitetur, sufficit, quod Papæ per æquipollens qualitates sint expressa.*

DECISIO CCXXII.

1 SVbreptio vt euitetur, sufficit quod Papæ expressæ † sint qualitates per æquipollens, *vt in deci.23.de præben.in ant.Bisig.* Et ita tentũ in vna Callaguritana Parochialis de Nagera, coram Domino Fabio Accorambono Decano, Veneris 25. Januar. *1552.*

SVMMARIVM.

1 *Surreptitia est collatio ordinarii, non faciens mẽtionem de iurepatronatus, & quasi possessionis patronorum.*

DECISIO CCXXIII.

1 SVbreptitia est collatio ordinarii † non faciens mentionem de iure patronatus, & quasi possessionis patronorum. *Lapus alleg.96.nu.4.* Ita fuit etiam dictum in vna Vicen. beneficii S. Sebastiani, coram Domino Decano Lunæ 4. Apr. *1552.*

SVMMARIVM.

1 *Subreptitia non dicitur gratia, si de qualitate nõ considerata a iure, non fit mentio.*

DECISIO CCXXIV.

1 SVbreptitia non † dicitur gratia si de qualitate non considerata a iure, in ea non fit mentio. *Vide Felyn. in capitu super literis, colum.2.versic.limita 1. & in cap.postulasti.colum 4. versic. declara etiam. de rescript. Rot. decisi.468. in nou. Ægid decis.698. Calde. decisio.20. de rescript.* Ita fuit tentum in illa Tullen. de Telangiis, coram Decano Accorambono Veneris 13. Maii 1552.

SVMMARIVM.

1 *Surreptio generaliter in gratiosis vitiat ipso iure.*

DECISIO CCXXV.

1 SVrreptitio generaliter in gratiosis vitiat † ipso iure: ita communis est opinio relata *per Fely. in capit. ad audientiam, el.2. nume. 22. versi. literæ beneficiales, de rescrip.* Quare gratia, in qua est aliqua subreptio dicitur nulla ipso iure, vt decisum fuit in caussa Tullen. Canonicatus, & præben. coram D. Episcopo Vestano, 11 Martii. *1552.*

SVMMARIA.

1 *Confessio facta coram Principe, dicitur irreuocabilis.*

2 *Dispensatio probat illud verum, quod exponitur, & petitur dispensari.*

DECISIO CCXXVI.

SVbreptitia dicitur gratia nouæ prouisionis, si in ea quis narrauit se monachum, cum tamen antea commissionem impetrauerit, per quam committebatur Vicario, vt declararet eum non esse instructum ad religionem, cum per vim, & metum illam ingressus fuerit. Et ratio est, quia confessio † 1 facta coram Principe dicitur irreuocabilis. *Bal. in l. etsi magnum. C. qui excusar. non poss. num. 6. Parisi. consil. 88. nume. 16. volum. 4.* Quæ confessio tãto magis operatur, quia fuit geminata in dispensatione obtenta per eum, & præsentata in actis, in qua fatebatur, quod licet ipse esset laicus, tamẽ fuerat postea ingressus dictam religionem, & propterea dispensatus fuit, vt posset retinere beneficia regularia in commendam. Dispensatio 2 † enim probat verum illud, quod exponitur, & petitur dispensari. *Bald per illum text. in l. 2. C. de iure aureorum annullor. & per Iaso in l. decem. nume. 28. de verborum obligat.* Ex quibus sequitur, quod cum impetrans tempore nouæ prouisionis, seu nouæ commendæ, in rei veritate non esset monachus professus quod illa noua prouisio dicatur subreptitia vel obreptitia. Et ita tentum fuit in caussa Tullen. Prioratus de Relãgus, coram D. Guidobono, 5. Decembr. *1552.*

SVBROGATIO.

SVMMARIVM.

1 *Surrogatus in locum alterius, eodem iure vti debet.*

DECISIO CCXXVII.

SVbrogatus erat Michael in locum Caroli, etiam quo ad spolium, super quo Carolus obtinuerat tres conformes, dicebatur, quod Michael subrogatus in spolio, & in iure Caroli, habet priuilegium trium sententiarum conformium, quemadmodũ haberet Carolus si viueret, nam qui † in locum alterius subrogatur eodẽ iure vti potest, & debet. *Rot. decis. 10. vt lit pend. in nou.* 3
Et ita fuit tentum, coram Do. Chissanen. die 27. Ianuarii 1552. in vna Latinen. perceptoriæ.

SVMMARIA.

1 *Literarum expeditione non vsus in subrogatione obtenta, & de eius iure in prælatione, numero 2.*

3 *Regula de surrogan. quando non procedit.*

4 *Conclausit a habens derogationem regulæ.*

5 *Retrocessio præsumitur.*

DECISIO CCXXVIII.

SVrrogatio Hieronym. qui habet ius Cõclauistarum, qui habent derogationem
1 regulæ de subrogan. præfertur † subrogationi obtentæ per Petrum Vincentium ante obitum Antonii, ex eo, quia Petrus illa
2 visus non est, cum non † expediuerit literas *Sarnen. in regul. de annali. quæst. 70. in fin.* Et quia Petrus non erat admissus ad litem, ne-
3 que erat collitigans, & tunc non † procedit regula de subrogan. *Sarnen. in regul. de subrogan. quæstio. 12.* Præterea subrogatio Hieronymi est prior in tempore: ergo potior est in iure, *capit. qui prior. de regul. iuris lib. 6. l. qui prior. & l. qui potior. ff. qui pot. in pign. hab.* Et
4 quod Conclauistæ † habeant derogationem regulæ, tenet *gloss. in d. regul. de subrog. vlti.* Et quia Petrus Vinc. per triennium, & vltra non cepit possessionem, sed resignans
5 semper in illa permansit, retrocessio † præsumitur. *Lapus alleg 81. Cassado decisione. 2. & 3. & 4. de caus. possess. & propriet.* Et ita fuit tentum die 20. Aprilis *1551.* coram Domino Augusti. in vna Cæsaraugustana Capellaniæ maioris.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio concessa vni in euentum litis, nulla est, si impetretur per tertium post mortem rei, ratio num. 2.*

DECISIO CCXXIX.

1 SVbrogatio concessa vni in euẽtum litis, nulla † est, si impetretur per tertium post
2 mortem rei, quia l. s † in totum exstincta est per mortem naturalem. *Cassado. decisione 3. vt lit. pend.* Nam subrogatio redditur subreptitia non probata lite, seu caussa expressa. *Rota in antiqu. decisione 277. Cardin. consil 31. Capell. Tolos. quæst. 435. Felyn. in cap. ad aures colum. 3 de rescript. Ioan. de Silu. in tracta. de benefi. part. 3. q. 12. col. 3.* in vna Meten. Scolastriã. 7. Martii. 1553. coram Decano.

SVMMARIVM.

1 *Exsecutoriales posse exsequi contra subrogatum.*

DECISIO CCXXX.

SVbdelegatus erat Cardinalis de Cisio in totum Cardinali de Bononia, contra quem erant iam decretæ exsecutoriales,
1 quæ possunt exsequi † contra dictum Roma. de Cisio, cum sit subrogatus etiam quo ad exsecutoriales per illam dictionem, in totum. Et ita fuit tentum die 12. Iunii 1551. coram Domino Reomano in vna Lugdunen. Prioratus Mantuaci.

SVMMARIA.

1 *Subrogatio nihil operatur, etiam quoad possessionem stante regressu: nisi actu possessio apprehendatur, nu. 2.*

DECISIO CCXXXI.

SVbrogatus fuerat Marcellus Vinc. etiam quo ad ius, & possessionem Nicolai super quadam Abbatia, in qua Iacobus Bruscus habebat regressum, & sic stante re- 1
gressu, † nihil operabatur subrogatio, nisi † 2
possessio actu apprehendatur. *Sarnen. in reg. de trien. q. 4. num. 8. & 9.* Et ita tentum die 12. Octobr. 1551. in vna Reginen. Abbatiæ, coram Domino Capisucco.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatum specialiter quoad prosecutionẽ caussa, & actorum, eam prosequi posse.*

DECISIO CCXXXII.

SVbrogatus specialiter quo ad prosecutionem caussæ actorum commissæ, per A. cõtra B. potest † prosequi, illam caussam 1
contra B. sicut A. posset: vt in simili dicitur in spolio, quando quis est subrogatus ad illud, *secundum Sarnen. in reg. de trien. quæst. 11. nu. 13.* Et ideo fuit tentum in vna Compostellan. Parochialis de Baiona sub die Veneris 4 Nouembr. *1552.* quod licet B. attentauerit spoliando A. qui erat in lite cum ipso B. quod nihilominus subrogatus poterat dare de attentatis cõtra B. qui licet esset spoliatus a subrogato, nihilominus possessio B. non erat restituibilis, quia attentata. *Rota decisione 7. de restitu spol. in antiqu. & decisi. 1. Bisignet. vt lit pend. per cap. si contra quos vt lit. penden. in 6,* Et ita fuit decisum in caussa supradicta.

SVMTVM.

SVMMARIA.

1 *Sumtum extractum lite pendente parte non citata, fidem non facit.*

2 *Sumtum ex registro actorum vt probet, quæ requiruntur.*

3 *Originale si sit informe, cui fides non adhibetur, minus etiã fides datur sumto ex originali.*

DECISIO CCXXXIII.

SVmti extractio, & registratio facta, lite pendente, & parte non citata, nullam † fi- 1
dem facit, *vt dicit Deci. de scriptura infirmi, in in authen si quis in aliquo columna quinta, versic. 6. fallit. C. de eden.* Et ad hoc, vt sumtum ex regressu actorum probet, necesse est, quod scriptura sit † registrata parte præsente, vel 2
citata. *Alex in d. auth si quis in aliquo. col. 1. versi. 2. est restrictio.* Et quia originale erat informe, † & nulla erat adhibita fides, minus de- 3
bet dari fides sumto ex originali informi extracto. Et ita tentum die 26. octo. *1551.* in vna Tolletan. decimarũ, coram D. Barensi.

SVMMARIA.

1 *Sumtum extractum ex Archiuio registri, nullam fidem facere.*

2 *Exemplum exempli non probat, nisi parte non opponente.*

Deci-

Decisio CCXXXIV.

SVmtum Bullæ Alex. sexti, sub data 4. Idus Nouēb. 1500. extractum ex Archiuio registri, & in quo non omnes scripturæ
1 ponuntur, nullam † facit fidem pro d. A. cũ sit suspectum. *Afflic. decis. 282. num. 6. & seq.* & non probatur, quod ibi ponerentur aliæ scripturæ authenticæ, & maxime, quia est
2 exemplum exempli, † & non probat, nisi parte non opponente. *Bart. in authen. si quis in aliquo, colum. penul. & Aret. colu. 2. Purpur. colum. 3. versi. 2. declaratur. C. de eden. Lapus alleg. 77. Dec. in l. fin. C. de edict. diui Adr. tollen. colum. 4.* maxime quia dux agit contra possessorem. Et ita tentum die 30. Octobris 1551. coram Reueren. dom. Baren. in vna Tolletan. decimarum.

SVPPLICATIO.

Svmmaria.

1 *Supplicatio sola probat titulum auctoris.*
2 *Quando non agitur ad canonizandum.*

Decisio CCXXXV.

1 SVpplicatio sola probat † titulum auctoris. *Aegid. decisi. 112.* Quando non a-
2 gitur † ad canonizãdũ titulum auctoris. *Cassad. decis. 8. num. 8. Sarnen. in regul. de non indi. iuxta formam supplicationis. q 7. num. 6. & vide infra in vers. titulus.* Et ita fuit tentum die 16. Decemb. coram dom. Reomano, in vna Parmen. S. Francisci.

Svmmaria.

1 *Absoluendus est reus, quãdo supplicationes duæ sunt diuersæ, sed pares in data.*
2 *Actore non probante gratiam suam esse efficaciorem, & meliorem reus absoluitur.*

Decisio CCXXXVI.

SVpplicationes duæ contrariæ vel diuersæ si sunt pares in data, & non apparet de anterioritate vnius, magis quam
1 alterius, tunc reus erit † absoluendus, quia
2 actor qui probare † tenebatur gratiam suã esse efficaciorem, & meliorem, non probauit: & ideo reus est absoluẽdus ex doctrina *Bal. in l. de rebus. C. de donatio ante nupt. & per Boer. decis. 252. num. 9.* Et ita fuit tentum in duabus supplicationibus assignationis pẽsionis, in quadam caussa Larinen pensionis, coram dom. Decano 9. Decemb. 1552. *vt in eius lib. fol. 448.* Quæ decisio fuit confirmata 19. & 23. Decemb. 1552. vt in lib. do. Decani.

SYMONIA.

Svmmaria.

1 *Simonia non committitur in venditione præbendæ temporalis.*
2 *Symonia fit super re spirituali.*
3 *Præbendam esse temporalem quo pacto probetur.*
4 *Iudicandum est in dubio pro non delicto.*

Decisio CCXXXVII.

SYmonia non committitur † in venditione prębẽdæ temporalis: qa symonia 1
fit † super re spirituali aut illi annexa. *Fel. qui alios recitat in rub. de symo.* & quod præbẽ 2
da sit temporalis, † & non annexa alicui spi- 3
ritualitati, probatur, quia stat de per se, & alicui spiritualitati nõ est annexa, vt distinguit & declarat *Abb. int. quanto. col. 2. de iud. & optime facit cons. Rom. 326.* dum considerat præbendam, prout est commoditas fructuum, & quia in dubio pro † non delicto iu- 4
dicandum est. *l. absentem. ff. de pœnis. l. fauorabiliores. vbi Dec. & Cagno. ff. de reg. iur.* Præterea huiusmodi præbendarum per vnam monialem plures retinentur sine dispensatione, vt probatum fuit per plures testes. Ideo dom. consenserunt in vna Tolleta. pecuniarum seu præbendarum, coram dom. Reomano, quod non committatur symonia in illarũ venditione die 4. April. 1552.

Svmmaria.

1 *Symonia conuentionalis committitur quando qs recipit beneficium in confidentiam, & facit quem incapacem ad obtinendum alia beneficia in futurum. num. 2.*
2 *Symonia realis requiritur quando agitur ad priuationem beneficiorum.*

Decisio CCXXXVIII.

SYmonia conuentionalis, quæ committitur, † quando quis recipit beneficium 1
in confidentiam, facit † quem incapacem ad obtinendum alia beneficia in futurum, nisi esset dispensatus. *Anto. Butr. post Io. Andr. in c. penult. c. 1. vers. ad secundam. de elec.* Et ita fuit alias tentum in quadam caussa S. Andreæ canonicatus & præbendæ, coram D. Puteo, prout in lib. decisionum non impresso de symo. *decis. 5. Pereg. Fab. decis. 83.* Nec obstat decisio *Cassad. 5. de constit.* quia loquitur quando agitur ad pœnam priuationis, quia † tunc bene requiritur quod sy- 2
monia sit realis. Secus quo ad inhabilitandum aliquem ad obtinendum beneficia in futurum. Et ita fuit tentum die 20. Martii 1551. coram dom. Guidobono in vna Cæsaraugustana confidentiæ.

Svmmaria.

1 *Symoniaca electio Abbatis ex quibus non fuerit inducta.*
2 *Abbates de iure, non debent esse perpetui.*
3 *Symonia non inducitur quando quis paciscitur in his quæ ipso iure insunt.*
4 *Conuentiones quod dicantur potius inualidæ quam symoniacæ, vt ad priuationem nõ sufficiant. num. 5.*
6 *Intellec. ad extrauag. Bonif. 8. & Paul. 2. de symonia.*
7 *Symoniam non inducit superueniẽs ex post facto.*

DECISIO CCXXXIX. seu 3.

1 SYmoniaca electio Abbatis, non † dicitur facta sub his conuentionib. quod eligendus Abbas efficeretur triennalis duntaxat, & non esset amplius perpetuus, & quod bona mensæ Abbatialis incorporarentur cum mensa conuentuali iam separata a cõuentu, & quod futuri Abbates frui nõ possent bonis, & redditibus dictæ Abbatiæ, sed omnia bona remanerent pro cõuentu, quæ omnes conuentiones iuratæ fuerunt. Demum fuit electus Ferdinandus de Gatta in Abbatem; qui habuit confirmationem a superiore, & præstitit consensum confirmationis dictorum capitulorum. Ratio est,
2 quia Abbates † de iure non debent esse perpetui *cap. ad monasterium, §. tales, de stat. mona. cum simil.* Et quando quis statuit vel paciscitur in his, quæ ipso iure insunt, non inducitur
3 symonia, *capi. significasti. vbi bona glo. Abb. & alii de electio. Dec. consi. 218. num. 5.* Et insuper illi monachi disponunt super concessis a summo Pontifice, & ad illa se refert, & concessio est de præsenti, non de futuro. *Felyn. in cap. ad aures, de rescript. colum 3. Paris. consil. 30. lib. 4. num. 26.* Et propterea pacta ista, & con-
4 uentiones sunt potius † inualida, quã quod contineant veram, & puram symoniam, quamuis sapiant speciem symoniæ, tamen
5 quo ad priuationem † non sufficiunt, & potius dictæ conditiones illicitæ debent tolli, quam collatio facta sub illis inualidari. *Doctores in ca. pridem, de pactis. Parisi. consil. 29 nu. 6. & sequ. ac consi. 30. nu. 26. col. 4.* Extrauagans autem Bonifacii VIII. & Pauli II. intelligun-
6 tur † de vera, & propria symonia, non autẽ de ficta. *Parisius consi. 29. num. 12. & consi. 30. nu. 15. volum. 4.* Et ita fuit tentum 20. Aprilis 1551. coram Domino Decano in vna Ciuitaten. Abbatiæ, & die 12. Octobr. dicti anni in secunda instantia, coram Guidobon. fuit pariter resolutum, quod electio non erat symoniaca etiã ex nouiter deductis, quia statutum illud monachorum a principio erat inualidum, & fuit facta electio libere, quo
7 casu superueniens † ex post facto. non inducit symoniam. *Ab. in c. cũ M. nu. 24. de const. Dec. consil. 218 num 4.*

SVMMARIVM.

1 *Symoniæ vitium inducunt actus reciproci in beneficialibus.*

DECISIO CCXL. seu 4.

1 SYmoniæ vitium inducunt † actus reciproci in beneficialibus, *Felyn. in cap. pastoralis, de rescript. Corn. consil. 1. lib. 1. Deci. in l. si certi condictio. num. 14 ff. si cert. peta. Farnen. in regu. de triennal. in quæst. 12. nume. 12. refert ita decisum in Rota.* Et ita tentum in d. caussa 6. Aprilis dicti anni.

SVMMARIA.

1 *Symonia est collatio facta per Episcopum cũ onere legendi sacram scripturam.*
2 *Collatio debet esse libera, nec continere debet modum, conditionem vel onus.*
3 *Onus legendi, & docendi est pium, sed adiectum collationi, caussat nullitatem, nume. 4. nisi vt in num. 5.*

DECISIO CCXXXXI. seu V.

SYmoniaca est collatio † facta per Episcopum Titio, cum onere Theologali legẽdi sacram scripturam, quia collatio † debet 1
esse libera, & non debet continere modũ, 2
conditionem, vel onus, *glo. & Doctores. in cap. 2. de elect. lib 6. gloss. & Docto in cap. sunt. de symonia.* Et per omnes præcipue Modernos, *in cap. ex parte el 1. de offic. deleg.* Et licet onus legendi † & docendi sit pium: tamen non de- 3
bet adiici in collatione beneficii, cum de iure debeat esse libera, & adiectum reddit
† collationem nullam, *gloss in cap. pen. in gloss. magna de magistris. Anania ibi colum. fin. Ioan. de Imol. in capit. significatum, colum. 2. versi. in glo. 1. de præbend. & Abb. colum. fi. in princip. num. 7. & Card. in 2. colu.* Nisi appareat, quod in fun- 4
datione † prioratus, vel ante collationem, 5
huiusmodi onus adiectum sit: *vt est text. in d. capitu significatum.* Et ita declarat pro Philip. *Franc. in capit. 2. in 2. not. de election. libro 6.* Et facit ratio, quod conditio quæ tacite inest, non vitiat. *Deci. consil. 118. colum. 3. in princip.* Et ita fuit tentum die 20. Martii 1551. coram Domino Vestano, in vna Pimpilonen. Prioratus.

SVMMARIA.

1 *Symonia quomodo probetur per confessionem factam in iudicio criminali.*
2 *Nuntii Apostolici in manibus fieri potest resignatio simpliciter beneficii.*
3 *Symoniacus dicitur actus, & consensus pensioni, post resignationem beneficii libere factam.*

DECISIO CCXLII. seu 6.

SYmonia probatur per † confessionem 1
etiam factam in iudicio criminali, per eũ qui ante resignationem, conuenit cum resignante, de dãdo illi pensionem, & sic beneficium fuit resignatum in manibus nuntii Apostolici † simpliciter, deinde resigna- 2
tarius cõsensit pensioni cum iste, cõtractus
† sit symoniacus. *AEgidius decis. 12.* Et ita di- 3
ctum fuit in vna Vlixbonen. quartariæ, coram Domino Decano Accorambono, Lunæ die 10. Maii 1552.

SVMMARIVM.

1 *Symoniacus restitui non potest, & quare.*

DECISIO CCLXIII. seu 7.

SYmoniacus non † potest restitui, quia nõ 1
† dicitur habere titulũ coloratum. *Cassador. decisio. 1. de symon* Et ita fuit firmatum in 2
dicta

dicta Vlixbonen. quartanæ, coram domino Decano Accorambono, Lunæ dicta die 18. Maii 1552.

SVMMARIVM.

1 *Symonia non probatur per testes socios criminis, & muneris: amplia etiam quod nihil recipissent, dummodo fuerit illis promissum. num. 2.*

DECISIO CCXLIV. seu VIII.

1 SYmoniæ licet agatur ciuiliter super ea, & licet sit difficilis probationis, non probatur † per testes qui fuerunt socii criminis & muneris. *vt in c. 1. de testib. in 6. & in c. veniens. el primo. de testib. Dec. in c. 2. de confessis. Salycet. in l. quando liberi. num. 6. C. de te-*
2 *stib.* Nec obstat quod testes nihil receperũt quia sufficit † quod illis fuerit aliquid promissum. *gl. 1. in d. ca. 1. de testib. in 6. & ibi Frãc. num. 3. Dec. in cap. veniens. el. 1. num. 9. ante fi. de testibus.* Et ita fuit tentum in vna Pampilonen. parochiali de paterna, coram dom. Fabio Decano 13. Iunii 1552.

TACITVRNITAS.

SVMMARIA.

1 *Taciturnitas qualitatis a iure non considerata, non vitiat gratiam.*

2 *Beneficii qualitas, an sit conuentuale vel non, est exprimenda.*

DECISIO CXLV. seu I.

1 TAciturnitas qualitatis a iure nõ cõsideratæ non vitiat † gratiam. Ita fuit tentum in vna Iulen. prioratus de relangiis coram domino Decano Veneris 13.
2 Maii 1552. vbi licet de iure sit † exprimenda qualitas beneficii, an sit conuẽtuale vel non. *vt per Cassad. decis. 12. de præben. & num. 23.* Verum quia in monasterio erat ille prioratus semiconuentualis, quę qualitas a iure non est considerata, de qua qualitate in noua prouisione non fuit facta mentio, immo fuit dictum, quod prioratus conuentu carebat: dixerunt domini, quod non erat subreptitia, propter rationem prædictam, quia taciturnitas qualitatis a iure non consideratæ, non vitiat. *Egid. decis. 698. Rot. decis. 468. in nou. Calderinus in consil. 10. de rescript. Felyn. in cap. super literis. colum. 2. versi. limita primo. & in cap. postulasti. colum. 4. versi. declara etiam de rescrip.*

TACTVS.

SVMMARIVM.

1 *Tactus requiritur ad contrahendam confraternitatem.*

DECISIO CCXLVI. seu I.

1 TActus requiritur quo ad contrahendũ compaternitatem. *secundum Gem. in cõs. 110. & 130.* quæ consilia sequuntur de stylo per Rotam, vt tentum fuit in vna Veneta matrimonii, corã do. Deca. Veneris 19. Feb. 1552.

TEMPVS.

SVMMARIVM.

1 *Pacificus demonstratur ex solo cursu temporis.*

DECISIO.

TEmporis lapsus 40. annorum pacificus 1
demonstratur † ex solo cursu temporis 40. annorum. *glo. in cap. plerunq. in vers. negligentia. de rescript. Rot. decis. 5. in antiq.* Et ita fuit tentum in vna Burgen. de Luy, coram dom. Augustino die 2. Maii 1552.

SVMMARIA.

2 *Dotis instrumentum non probat matrimonium, etiam inter ipsas partes contrahentes.*

3 *Verba enuntiatiua non probant contra partes ipsas.*

4 *Verba enuntiatiua non probant matrimonium contra tertium: fallit si verba sint prolata in matrimonio præsente viro, & vxore, & hoc dicatur in ipso contractu dotis. num. 5.*

6 *Testes quid opponere debeant vt probent tempus contracti matrimonii.*

7 *Testes non probant sponsalia, qui dicunt talẽ vixisse cum marito, per quatuor aut quinque annos.*

8 *Probatio debet concludere per necesse non per possibile, præsertim in materia reprobatoria testium. num. 9.*

10 *Tempus limitatum in exceptione, est probandum præcise, siue affirmatiue siue negatiue.*

11 *Testes deponentes productionem circa, seu, vel, non probant & num. 12.*

DECISIO CCXLVII. seu I.

TEmpus contracti matrimonii nõ probatur per instrumentum promissionis dotis factum die 4. Iunii 1490. in quo maritus absente vxore cõfitetur matrimoniũ contractum, iam erant sex dies elapsi, quia 2
instrumentum dotis † non probat matrimonium. *capit. illud. de præsumt. vbi Abbas & Felyn.* qui loquuntur etiam inter ipsas 2
partes contrahentes & licet vt dicit ibi 3
Anton. de Butr. verba † *enuntiatiua probent cõtra partes ipsas. l. optimam. C. de contra. & commiten. stipul* tamen id non procedit, quando principaliter super eis disputari contingit.
Et vtcunque sit, verba enuntiatiua † in matrimonio, contra tertium, non probant 4
matrimonium. *Socyn. consil. 36. num. 10. lib. 1. Dec. consil. 13. colum. 3. vers. nam per instrumentum.* Secus tamen est, si verba † prolata sunt 5
præsente viro, & vxore, & hoc dicatur in ipso contractu dotis. *Dec. consil. 163. num. 2.* nec minus tempus contracti matrimonii probatur per testes dicentes, quod viderũt Catherinam stare cum suo marito per 40. aut 5. annos, vel circa, iã sunt lapsi anni 40. cũ ipsi deposuerint de ãno 1552. q̃a nullus ex testib. dicit interfuisse † cõtractui matrimonii 6

& non concludit dictum † testis dicentis,
7 Catherina vixit cum marito per quatuor, aut quinque annos, ergo sponsalia celebrata fuere. *l. neq. natales. & ibi Bald. & Salycet. C. de probat.* Et probatio † debet concludere
8 per necesse, non per possibile, præsertim in
9 materia reprobatoria † testium. *l. non ob hoc. vbi Iason. C. vnde legit. c. in præsentia. de probat.* maxime cum exceptio reprobatoria sit fundata in certo determinato tempore.
10 Ergo debet illud tempus † præcise probari, siue affirmatiue, siue negatiue, *Barto. in l. in illa. ff. de verborum. oblig. Angel. consi. 297.* Et
11 quia deponunt per dictionem † circa, & di-
12 ctionem, vel, prout † de teste deponen. per dictionem, circa, *Alex. consi. 156. num. 11. vo. 5. & per alternatiuam, ve: idem Alexan. consil. 212. num. 20. lib. 6. & Aym. consi. 6. num. 24.* Et sic domini tenuerunt, quod non probetur tempus ad effectum reprobationis testium, quamuis dominus Decanus tenuerit, quod testes illi vacillant die 15. Nouembris 1551. coram domino Baren. in vna Parmen. status.

SVMMARIA.

1 *Tempus datum patronis ad præsentandum, incipit currere a die scientiæ vacationis, non a die vacationis, præsertim in rustico, vel in absente patrono. num. 2.*

3 *Intellect. ad decis. 1. de iurepatronat. in antiquis.*

4 *Intellec. ad clem. cum ei quem. de concess. præbenda.*

5 *Testatoris voluntas intelligitur secundum iuris dispositionem.*

DECISIO CCXLVIII. seu II.

1 TEmpus datū patronis ad præsentandū incipit currere a die scientiæ vacationis, non a die vacationis beneficii. *vt est decis. Rot. 6 de iurepatronat. in nou. & 13. in antiq. eod. tit. Rot. in tract. de iurepatronat. in verbo honorificum. q. 27.* Et hoc sine difficultate pro-
2 cedit in † rustico, vel in absente patrono,
3 Non obstat *decisio 1.* † *de iur patronat. in antiq.* quia fuit dictum quod iura adducta in d. decisio. probant contrarium. *& clem. cum*
4 *ei quem de concess. præben.* loquitur in vacatione nota, vel loquitur quando beneficium vacat de iure, & de facto, vt videtur sentire decis. supradicta allegata. *videlicet 6. de iur. patronat. alias 263. in nou. Nec non & deci. 13. in antiq. eodem tit. alias 506.* Et licet testator præfixerit tempus ad præsentandum, quod videtur esse iam dictis contrarium, quasi non debet attendi scientia, vel ignorantia vacationis, *ad l. genero. vbi Bar. de his qui not. in*
5 *fam.* quia respondetur, quod voluntas † testatoris intelligitur secundum iuris dispositionē, videlicet quod tempus sit continuum a die scientiæ vacationis, quando beneficium non vacat de iure, & de facto. Et ita decisum fuit in caussa Barchinonen beneficii S. Antonii, coram D. Episcopo Vestano 4. Maii. 1552.

TERMINI SVBSTANTIALES.

SVMMARIA.

1 *Termini omnes substantiales non seruati in curia vel saltem illi quatuor, qui sunt de substātia, reddunt sententiam nullam.*

2 *Termini substantiales non seruantur ita exacte extra curiam.*

DECISIO CCXLIX. seu I.

TErmini omnes substantiales non seruati, vel saltē illi quatuor, † qui sunt de 1
substantia reddunt sententiam nullam. *Cassado. decisi. 8. de rescrip.* Tamen extra † cu- 2
riam non seruantur termini ita exacte, sicut in curia. Et ideo fuit tentum, quod sententia lata extra curiam cum terminis male seruatis, non sit nulla, coram dom Reomano, die 1. Iulii 1552. in vna Anconitana bonorum.

SVMMARIA.

1 *Termini substantiales seruati in caussa parochialis, extenduntur ad caussam possessorii intentati super parochiali.*

2 *Termini reiterati sanantur per Innocentianam.*

3 *Termini non sunt de necessitate seruādi in caussa attentatorum, & nullitatum.*

4 *Forma data per commissiones pro processibus faciendis, est seruanda.*

5 *Princeps potest ordinem iudiciarium tollere.*

6 *Termini præfixio vigore commissionis quid operetur*

DECISIO CCL. seu II.

TErmini substantiales seruati in caussa Parochialis, se extendunt † ad caussam 1
possessorii intentati super parochiali. *Cassad. decis. 9. num. 7. de causs. possess. & proprieta.* Et quamuis nulliter seruati exstitissent, tamen quia sunt reiterati, sanantur † per In- 2
nocentianam. *Cassad. decis. 9 de rescrip.* quā
uis termini substantiales in † caussa atten- 3
tatorum, & nullitatum, de necessitate seruandi non sint, sed mero iudicis officio expediri debeant caussæ huiusmodi. *Aegid. decis. 294. Mil. in versic. attentatum dici non potest. Rot. decis. 765. in antiq.* Præterea adest commissio, quæ dicit, quod præfixo termino ad docen. de attentatis, & nullitatibus, & lapso iudex procedat ad vlteriora, & cum commissiones dant formam processibus faciendis, illa † debet attendi. *c. cum dilecta.* 4
in fin. de rescrip. & princeps potest ordinem iudiciarium tollere. *Abba. in cap. pastoralis.* 5
de rescript. & in rub. de arbitr. col. 4. vers. Tu vero allega. Brun. in tract. de forma. fol. 16. colum. 3.

& ex

Et ex prædictis colligitur, quod ista præfixio termini vigore dictæ commissionis, est
1 † loco terminorum substantialium, & quia apparebat de intentione Guidonis, qui volebat seruare terminos super nullitatibus, & attentatis in ista caussa, licet de eis nullã mentionem fecerit, & propterea sententia lata valida est reputata. Et ita fuit tentum die 27. Maii 1552. coram dom. Augustino in vna Gebenen. parochialis.

SVMMARIVM.

1 *Termini substantiales dicuntur male seruati in negotio exsecutiuo, si sunt seruati prout in negotio principali, sed reiterati vigore Innocentianæ sanantur. num. 2.*

DECISIO CLI. seu III.

TErmini substantiales seruati prout in negocio principali, in negocio tamen
1 exsecutiuo, sunt † male seruati, sed reiterati
2 vigore † Innocentianæ, sanantur. *Cassador. decis. 8. de rescript. circa fin.* Et ita fuit tentum in vna Ispalen. canonicatus & præbendæ, coram domino Oradino die 3. Nouembris 1554.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad articulandum est substantialis iudicii, cuius omissio vitiat. num. 2.*

DECISIO CCLII. seu IV.

1 TErminus ad articulandum † est substãtialis iudicii. *Rot decis. 2. de rescript. in no.*
2 cuius omissio † vitiat ipsum iudicium. *Egid. decis. 27. Cassad decis. 8. num 6. de rescrip.* Et ita tempore meo fuit resolutum in caussa Zamoren. cannoicatus & præbendæ, coram domino Guidobono 29. Decemb. 1552. Et vide supra in verbo sententia est nulla, si nõ fuit seruatus.

TERTIVS.

SVMMARIA.

1 *Connexio iurium impedit tertium, si ex eisdem iuribus reus succumbit. & num. 2.*

3 *Diuersa ratio vbi non assignatur, ibi assignari nõ potest diuersum ius.*

4 *Emphyteota an possit defendere dominum directum.*

5 *Præceptores sunt speciales procuratores religionum, qui defendere possunt religiones. numero 6.*

DECISIO CCLIII. seu I.

TErtius seu magnus magister militũm Hierosolimitanorũ commisit caussam iactationis, & quam, & quas contra Episcopum Conuersanen. ad effectum retardandi exsecutionem sententiæ, & rei iudicatæ latæ contra Camillum Musceñulam præceptorem S. Stepha. super eadem re, & illam dictus magnus magister prosequitur cum eisdem iuribus & priuilegiis, cum quibus d. Camillus fuit superatus ab episcopo. Ideo cum eisdem pariter superabitur ipse magnus magister, faciunt notata per *Inno. in cap. veniens de sponsa.* vbi connexitas † iurium impedit tertium, si ex eisdem 1
iuribus reus succubuit, & iura Bauliorum 2
non † sunt diuersa ab illis, quibus vtitur magnus magister & religio. *Anto inc in literis. de restit. spol.* & facit, quod vbi non assignatur
† diuersa ratio, non potest assignari diuersum ius, & propterea fuit tentum quod magnus magister non possit impedire exsecutionem, quia diuersa ratio est in Emphyteota, & præceptore, quia Emphyteota † non 4
potest defendere dominum directum *secundum Cardin in clem. religiosus. de procur & Bisig. decis. 1. de iud. dicit*, quod isti præcepto
res † sunt procuratores speciales religionũ, 5
& propterea religiones possunt defendi p 6
istos Præceptores. *c. cum deputati. de iudi. vbi Fel. in fin.* Et ideo non potest venire per viã impedimenti, sed per viam restitutionis sic. Et ita fuit tentum die 20. Maii 1551. coram dom. Augustino in vna Napolitana iurisdictionis, sed die 9. Octob. 1551. fuit iterũ posita, & nihil resolutum.

SVMMARIA.

1 *Tertius si est actor, si vult opponere de iure alterius tertii, debet illud ius tertii plene probare.*

2 *Actore non probante reus absoluitur.*

DECISIO CCLIV. seu II.

TErtius si est actor, & vult opponere de iure tertii, debet † illud ius tertii plene 1
probare, & quod sit exclusiuum iuris alterius. *Socyn. in l. 2. col 2. ver. ex quib. conclusionib ff. de excep. rei iud.* Et tanto magis, quia
est actor, & actore † non probante reus ab- 2
soluitur. *l. qui accusare. C. de edendo.* Et ita tentum 15. Maii 1551. coram dom. Reomano in vna Palentint canonicatus & præbendæ.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata contra inferiorem Prælatum, non debet nocere superiori, quando tangit ius superioris.*

2 *Citandus est superior, & inferior prælatus in hoc casu.*

DECISIO CCLV. seu III.

TErtius potest se opponere exsecutioni sententiæ latæ contra aliũ ipso non vocato, quãdo agitur de suo interesse prout hic, vbi fuit lata sentẽtia in fauorem Episcopi Conuersan, cõtra quendam balliuum ordinis Hierosolimitani, de & super iure visitandi certas ecclesias, & mandabatur exsecutioni super quibusdam bonis, & iuribus magni magistri, & conuentus S. Io Hierosolimita. Comparuit magnus magister, & allegauit eius iura, & suũ deduxit interesse, & dicebatur, quod sententia lat

1 † contra inferiorem prælatum, non debet nocere superiori, quando tangit ius superioris, *ex Felyn. in cap. cum deputati. nu. 6. de iudi.* Ius autem magni magistri in hoc lædebatur, quia non poterat visitare. Imo dubitabatur, an eius ius læderet statib. eorũ stabilimentis, & decisum fuit quod eius ius læ debatur, quo ad visitationem tãtum, ex eo quia sententia est in petitorio, & sic retardatur exsecutio: quia quando res pertinet ad ecclesiam, & per illius amissionem læditur inferior, & superior prælatus, tunc de-
2 bet vterque prælatus citari, & sententia cõtra inferiorem prælatum non nocet superiori, maxime ignoranti caussam agi. *Innoc. in c. auditis. col. 1. versi. alii dicant, & forte melius, de præscript. & ibi Ab. col. 4. num. 9.* Et isto casu superior potest se opponere exsecutioni. *Abb. in cap. inter quatuor. colum. fin. versi. sed dubium est. de maio. & obed. Imol. in l. a sententia. col. 8. & seq. de appella. & Alex. in l. sæpe. col. 4. versic. pro qua opin. ff. de re iud.* Sed fuit etiam dictum, quod expediatur commissio prorogationis termini, ad docen. de interesse magni magistri, & de iure suo, quo elapso, procedatur ad exsecutionem rei iudicatæ in fauorem Episcopi Conuersan. Et ita tentum die 27. Nouemb. 1551. corã dom. Augustino.

SVMMARIA.

1 *Ius superueniens ex regressu, an debeat esse clarũ, & exclusiuum iuris agentis.*
2 *Regressum impugnans tenetur bene iustificare.*
3 *Apostolicas literas producens pro verificatione sui iuris, dare dicitur de iure claro.*
4 *Regressus damnatus per Rotam non dicitur afferre ius clarum.*
5 *Opponere de iure tertii an quis possit post sententiam.*
6 *Fructus condemnationem quando quis euadat.*

DECISIO CCLXVI. seu IV.

TErtius opposuit de regressu Episcopi Scalẽ. super Archidiaconatu de Mebla contra quem replicabat collitigans, quod
1 ius prouenien † ex dicto regressu non erat clarum, & exclusiuum ipso iure iuris agentis. *Bart. in l. 2. colum. 1. in medio vbi alii. ff. de except. rei indic.* & quod non esset clarum, allegabant, quia non erant probatæ habilitates episcopi: Tamen domini tenuerunt quod
2 ille qui † impugnabat regressum, tenebatur melius iustificare, quod regressus non intraret, quia ille qui † producit literas Apo-
3 stolicas pro verificatione sui iuris, dicitur dare de iure claro. *Sarnen. q. 1. num. 4. in reg. de non iudic. iux. forma suppl.* die 1. Iulii 1552. coram dom. Reomano in vna Ispalen. fructuum, sed nihilominus Domini die 4. Nouemb. 1552. in dicta caussa tenuerũt quod Martinus collitigans teneatur melius iustificare regressum, quia episcopus erat filius hęretici. Nec obstat dispensatio obtẽta per episcopum, quia fuit declarata subreptitia per tres conformes sententias in Rota, & cum ius regressus fuerit † damna- 4
tum per Rotam, non videtur taliter clarus, quod ipso iure excludat intentionem d. Francisci. *Bar. in d. l. 2. ff. de excep. rei iud.* prout etiam post † sententiam non potest reus 5
opponere de iure tertii. *Bal. in l. cum seruum. colum. 2. vers. scias tamen. C. de serui. fugi.* Et dixerunt quod quando regressus esset iustificatus, quod tunc heredes Christophori nõ 6
† tenerentur ad fructus, quia est exceptio de iure tertii, exclusiua iuris agentis ipso iure, prout in lib. dom. Reomani, & confirmata dicta die 12. Decemb. 1551.

SVMMARIA.

1 *Tertii ius clarum, & apertum quando dicatur.*
2 *Titulum bonum tribuit noua prouisio.*
3 *Titulum bonum caussat possessio decem annorũ, & vltra.*

DECISIO CCLVII. seu V.

TErtii ius clarum, † & apertum dicitur, 1
quando fuit iustificatum per testes in alia caussa, in qua fuit ostensum canonicum fuisse electum a capitulo, & deinde habuisse nouam prouisionẽ, quæ † de per se 2
solum tribuit bonum titulum. *Sarnen in reg. de anna. q 78. num 6.* & possedisse per decem annos vltra. quæ possessio † caussat bonũ 3
titulum. *Hostien. Card. Ab. & Felyn. in cap. illud, de præsumt. & per alleg. Lapi 89. & Cassad. decis. 2. & 4. num. 5. de caus. poss. & proprietat.* Et propterea est exclusiuum iuris alterius. Et ita fuit tentum die 5. Iunii 1551. coram domino Reomano, in vna Placentina canonicatus.

TESTAMENTVM.

SVMMARIVM.

1 *Testandi facultas Cardinali concessa, non validat testamentum antea factum & quare.*

DECISIO CCLVIII. seu I.

TEstandi facultas concessa Cardinali ad effectum disponendi de rebus acquisitis de fructibus ecclesiasticis, non validat testamentum † antea factũ. Quia d. facultas respicit actum faciendum & sumus in casu, 1
in quo requiritur, quod præcedat licentia, & auctoritas. *Alexand. consi. 17. num. 4. & 5. volum. 4. late Innoc. & alii in cap. dudum. de reb. eccl. non alien & in casu nostro videtur tex. appertus. in l. Titius. ff. de milit. testam.* vbi si est factum testamentum per paganum, qui postea efficiatur miles, per priuilegium militũ cõualidatur testamentum prius factum, si miles is declarauerit in vita hanc suam inten-

intentionem, alioquin secus, & *concordat. §. sed & si quis. Instit. eodem titu.* Nec illa licentia allegata probatur, quia erat inserta in testamento, quod erat suspectum de falso. Et ita fuit tentum die 15. Maii 1551. coram Domino Augustino in vna Florentina pecuniaria.

SVMMARIA.

1 *Probatur sententia condemnatoria ad mortem per scripturam, & non per testes, nu. 2.*
3 *Testamentum non dicitur factum ab infami infamia iuris, si de sententia condemnatoria non apparet scriptura, nec minus ab inhabili, numer. 5.*
5 *Infamia iuris insurgit ex sententia condemnatoria ad mortem.*
6 *Necessitatis tempore non attenditur ad testium qualitates.*

DECISIO CCLIX seu 2.

TEstamentum Raynaldi, qui fuit ductus ad furcas, tanquam condemnatus ad mortem naturalem, de qua condemnatione siue sententia condemnatoria in scriptis minime constat, cum tamen pro illius
1 subsistentia † scriptura requiratur, vt toto titulo, de senten. ex periculo recitandis, ne-
2 que per testes probari † potest. *Deci. in ca. quo-*
3 *niam contra. numer. 72 de probation.* non † dicitur factum ab infami infamia iuris, quæ in
4 fertur ex sententia † condemnatoria, *l. furti.*
5 *ff. de his qui notant infamia.* Nec minus ab † inhabili, & tanto magis, quia sumus in casu in-
6 solito, † & necessitatis, quia Gubernator Bononiæ noluit, quod ille conderet testamẽtum, nimirum si accepit illos testes, quos adhibere potuit. Et ita fuit tentum die 1. Iunii 1551. coram Domino Augustino in vna Bononien. testamentaria.

SVMMARIA.

1 *Testamentum non sustinetur vt nuncupatiuum, si testator in scriptis testari voluit, & de hoc protestatus est.*
2 *Clausula omni meliori modo sustinet testamentũ inualidum, intellige vt hic, & nu. 3.*
4 *Clausula omni meliori modo, in testamento apposita, intelligitur iuxta modum expressum, non autem non expressum.*
5 *Ponens an habeat votum.*

DECISIO CCLX. seu 3.

TEstamentum, quod in scriptis testator celebrare voluit, iubendo quod non aperiretur nisi cum debitis solemnitatibus requisitis a iure, & ita protestatus est omni
1 meliori modo, non sustinetur, † vt nuncupatiuum testamentum. *Afflict. decisione 143. numer. 9.* Ea ratione: quia testator coram Notario, & testibus non nominauit heredem, nec explicite, nec implicite per relationem ad aliquam scripturam, & quia apparebat testatorem voluisse in scriptis testari, ideo testamentum non potest valere vt nuncupatiuum. *Paul. in l. de Castro in l. heredes palam, numer. 5. C. de testamen.* Nec facit aliquid clausula omni meliori modo, ex qua testamentum † inualidum sustinetur. *Bart.* 2
in l. talis scriptura, ff. de leg. 1. Afflict. decisio. 144. num. 2. Quia dicta clausula non fuit simpliciter, & principaliter apposita, adeo vt respiciat totum testamentum. Imo apparet, quod fuit apposita † respectu protestatio 3
nis prædictæ, & sic vnius particularis tantum, & ideo ad alia non se extendit. *Felyn. in capitu. caussam quæ columna quarta, versic. limita 3. de rescript.* Et ista clausula intelligitur † re- 4
spectu modi expressi, non autem non expressi *Cassado decisio 7. de appellat.* Et ita quatuor ex dominis vna cum Ponente † tenu 5
erunt, licet tres reclamauerint, & propterea nihil fuit conclusum, allegabatur *Baren. decisio 240 incipien per decisionem, & Aegid. consil. 1. per totum.* Vbi ponit omnia requisita a testamẽto in scriptis. Et ita die 1. Feb. 1551. dictũ fuit in vna Tolletana testamenti corã Domino Decano.

SVMMARIA.

1 *Testamentum quando non sustineatur, vt nuncupatiuum, & nu. 3.*
2 *Testator non potest nominare heredem per relationem ad aliquam scripturam.*

DECISIO CCLXI seu 4.

TEstamentum non sustinetur, † vt nun- 1
cupatiuũ, quia apparet testatorem voluisse in scriptis testari, & mandauit testamentum non aperiri, nisi cum debitis solemnitatibus requisitis, & ita protestatus est omni meliori modo: & quia testator, coram Notario, & testibus non nominauit heredem, nec explicite, nec implicite, sed per
† relationem ad aliquam scripturam quod 2
fieri non potest, vt voluit *Bartol. in l. si ita scripsero in princip. de condit. & demonstrat. & Socin. consilio 173. versicu. 2 principaliter, lib. 2. & Gozad. consilio 3. colum. 3.* Et quando apparet testatorem in scriptis testari voluisse, etiam quod ad id non se arctauerit, testamentum non sustineter, vt nuncupatiuum. *Cyn. in l. hac consultissima, §. per nuncupationem, vbi Paulus de Castr. & Corn. C. de testamen. Bartol in l. fin. ff. de iur codicil. Alexand. consil. 176. volumine 5. & consilio 105. volum. 7 Alberic. in l. 1. § sin autem ff. de milit. testamen. Imol in l. 1. § sin autem ff. de hered. institu. vbi Angel. Afflict. decisio. 143. & Parisi. consil. 19 volum 3.* Sed aliqui ex dominis dicebant, quod ad hoc vt testamentum non valeat vt nuncupatiuum, requiritur,
† quod testator ne dum dixerit expresse 3
velle testari in scriptis, sed etiã quod arcta-

uerit se ad illud: alioquin licet tunc non valeat prout testamentum in scriptis, sustinetur tamen vt nuncupatiuum, *ex Angel. in l. 1. §. fin autem, circa princip. & ibi Imol. colum. 2. ff. de hered. institu. Socin. consilio 163. colum. 3. in prin. volum. 2.* Ea ratione, quia fuerant adhibitæ solemnitates requisitæ, & sufficientes ad nuncupatiuum. *Iason in d. §. per nuncupationē, in fi. Guilelm. de Bened. in repet. cap. Rayn. de testamen. versic. testamentum el 1. numer. 91. de testamentis. Boer. decisio. 140. colum. 6. Beltr. consil. 88. numer. 4. volumine 2. Grammat. decisio. 62. numer. 24. Ruin consil. 1. numer. 21. lib. 2. & communem dicit Gozad. consil. 3. colum. 3. versic. quibus tamen non obstantib.* Ideo Domini ex varietate opinionum, fuerunt & ipsi varii, sed pro maiori parte tenebant secundum primam opinionem. Tamen caussa non fuit neque in hac secunda positione resoluta, die 27. Martii 1553 in vna Tolletana testamenti, coram D. Decano.

TESTATOR.

SVMMARIA.

1 *Testator instituens vxorem in vita sua tantum, si viduitatem seruauerit: videtur vocasse venientes ab intestato, si vxor moriatur, vel ad secunda vota transierit, & quid si alium heredem post illius mortem instituerit nu. 2.*

3 *Clausula codicillaris apposita videtur fauore venientium ab intestato.*

DECISIO CCLXII. seu 1.

Testator instituendo propriam vxorem in vita sua tantum, si viduitatem seruauerit, videtur tacite † vocasse venientes ab intestato, si vxor moriatur, vel si transiuerit ad secunda vota. *Bartol. in l. quotiens, §. si duo. numer. 4. vsque ad fin. de heredibus instituendis. Paul. de Castr. in consil 241. numer. 3. volum. 3. Decius consilio 278. colum. 1. versic 3. intellectus.* Etiā si post mortem vxoris, † vel post transitum ad secunda vota alium heredem instituerit, dūmodo ille alius institutus defecisset, vt per eundem. *Bart. in d. l. quoties, §. si duo in fi.* Et idem si apposuit clausulam codicillarē, quæ † intelligitur apposita fauore venientiū ab intestato, *vt per eundem Bartol. in d. §. si duo. in fin.* Et ita fuit tētum, coram Domino Decano, in vna Forliuien. hereditatis die 30. Maii 1552.

SVMMARIVM.

1 *Testator prouidere dicitur venientibus ab intestato, quando instituit aliquem durante eius vita, & clausulam codicillarem apponit.*

DECISIO CCLXIII. seu 2.

1 Testator dicitur prouidere † venientibus ab intestato, quando instituit aliquem durante eius vita, & apponit clausulam codicillarem, *secundum Bartol. in l. quoties, §. si duo ff. de heredi. institu. & sequitur Castren. in consilio 241. numer. 3. volum. 3. Decius consilio 278. columna prima, versicu secundus intellectus,* Ita fuit etiam resolutum in d. caussa Forliuien. hereditatis, coram Domino Decano die 30. Maii.

TESTES.

SVMMARIA.

1 *Testes sustinentes litem, super qua deposuerunt, non sunt idonei, neque illis adhibenda est fides.*

2 *Testes non bonas rationes reddentes non probant.*

3 *Testis deponens de iudicio suo, non probat.*

3 *Testis deponere debet de communi extimatione vt probet valorem.*

5 *Valere tanti rem quanti fuit emta, non est bona consequentia.*

6 *Valor rei non probatur per testem deponentem de auditu, & quare, num. 7.*

8 *Testis de auditu ab aduersariis non probat.*

9 *Testis deponere debet de valore rei circa tempus de quo agitur.*

10 *Testis deponens per verbum, videtur, non probat.*

DECISIO CCLXIV. seu 1.

Testes sustinentes litem, super qua deposuerunt non sunt idonei, neque illis adhibenda est fides, *capit. 1. de elect. libr. 6. Rot. decisione 52. de appellat. in nou.* Quia in eorum † commodum præsumuntur deponere. *Bartol. communiter approbatus in l. deferre, ff. de iur. fisci.* Et testes † non bonas rationes reddentes nihil probant. Nec si testis deponit de iudicio suo, cum paria sunt putare & ignorare, *l. qui fundum, § seruum ff pro emt.* Præterea † testis deponens super valore non probat, si dicit, *ego expenderem mille pro illa re.* Sed debet deponere de cōmuni extimatione, *l. pretia rerum, vbi Bartol. ff. ad leg. Falcid. Corn. consilio 346. col. 3. lib. 1.* Nam † non valet consequentia, res fuit tanti emta, ergo tanti valebat. *Alexan. consi 28. col. 2 lib 5. Dec. consi 322. prope fin.* Nec valor † rei probatur per testē deponentem de auditu, quia valor † rei nō percipitur ex auditu. *Corn. consilio 3 6. col. 3. ver. et enim. li 2.* maxime quando deponit de auditu ab aduersariis. *Aymo consil. 6 num. 67.* Et debet testis † deponere de valore rei circa tempus de quo agitur. *Alexan. in d. l pretia rerum, ff ad l. Falc. columna secunda, in fin. Parisi. consil. 16. numer. 82. lib. 2.* Et testis † deponens per verbum videtur, non probat. *Iason in l. 1. colum. 6 ff. de iustit. & iur. in rubric. ff. de iureiuran.* Et ita fuit tentum die 29. Apr. 1552. coram Domino Chissan. in vna Tirasonēsi erectionis & attentatorum, & fuit confirmata die 9 dicti anni.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Testes in Hispaniis dicuntur legitimè examinati de stylo, licet iurauerint in manibus notarij.*

DECISIO CCLXV. seu. 2.

TEstes sunt legitimè examinati, licet iurauerint in manibus notarij, quia adest
1 stylus † in Hispanis, quod committatur receptio iuramentorum testium notariis, & ideo ex isto capite testes fuerunt bene examinati, & ita fuit tentum in vna Callaguritana parrochialis de Tarquella die 4. April. 1552. coram do. Reomano.

SVMMARIA.

1 *Testium iuramento sunt recipienda ab eodemmet iudice deputato ad examinandum, & in eodem loco.*

2 *Testes senes, & valetudinarii examinantur ad perpetuam rei memoriam.*

3 *Testes nulliter examinati, an possint repeti.*

DECISIO CCLXVI. seu 3.

TEstes non rectè examinati dicuntur, quando iuramenta ipsorum non fue-
1 runt † recepta per eundē iudicem per quem debebant examinari, & in alio loco in quo non fuit facta intimatio partis ad vidēdum illos iurare. Præterea quia iste qui volebat examinare ad perpetuam rei memoriam
2 tenebat testes senes, & valetudinarios † examinare, & isti non erāt tales, quapropter testes sic examinati, nullam fidem faciunt, ta-
3 men sunt repetendi † *per text. in l. fin C. de testib. omnes in l. admonendi. de iureiur.* Et ita fuit tentum in vna Tudertina Parrochialis. coram do. Augustino die 4. Maij. 1552.

SVMMARIA.

1 *Testis mediator in facto quod tractauit, est idoneus.*

2 *Testis de auditu à principali probat.*

3 *Testis de auditu, non probat.*

4 *Impensa facta præsumitur à principale.*

DECISIO CCLXVII. seu. 4.

TEstis deponens de facto quod ipse tra-
1 ctauit, tāquam mediator † est idoneus, & plenè probat. *Soc. in tracta. fall. in verbo testi*
2 *vni.* Pari modo testis qui de auditu † à principali testificatur, quia tunc non dicitur deponere de auditu, adeo vt nō probet, prout
3 non probaret † si diceret se audiuisse à tertio: propterea isti testes probant nouam prouisionem expeditam fuisse de mandato Didaei, quia vnus fuit mediator, & alij audiuerūt à principale quādo mandauit, cōcurrit etiā
5 modica impēsa quæ facta † à principali præsumitur, cum nemo suum iactare dicatur vt in vulgarib. & ita fuit tentum die 10. Octob. 1552. coram d. Augustino, in vna Calciaten. dimidiæ portionis.

SVMMARIVM.

1 *Testib. nulliter examinatis, & à parte in iudicio productis, fides adhibetur contra producētem.*

DECISIO CCLXVIII. seu. 5.

TEstibus nulliter examinatis, & in iudicio per aliquem productis, fides contra producentem adhibetur, ratio est, quia ex productione tacitè approbauit eorum † te- 1
stificata. *Fel. in c. cum causam. 49. de rescript. Rot. decis. 258. in non. Paris cons. 23. num. 1. lib. 4.* Et ita tētum in vna Leodien. Parrochialis, coram Augusti. 24 April. 1551.

SVMMARIVM.

1 *Testes singulares probant possessionem alicuius, dummodo sint contestes. nu. 2.*

DECISIO CCLXIX. seu. 6.

TEstes singulares † probant possessionem 1
alicuius, *gl. in l. ob carmen. § fin. ff. de testib. Fely. in c. licet ex quadam de testibus.* dummodo sint † cōtestes in quadam generalitate. *Abb* 2
Ant. & Imol. in c. licet causam. vers. in e. 1 gl. de probatio. in aliis casibus vide Iaf. in l. admonendi. ff. de iureiur. num. 253. & seq. in causa Lunen. Saoianen. spolij, coram Baren. primo Iulij. 1553.

SVMMARIA.

1 *Testes licet impugnati cum exceptionibus hic, nihilominus probant.*

2 *Testes debent distinguere tempora, vt probent.*

3 *Testes licet sint varii, vel falsi in circumstantiis, probant, dummodo super principali facto verum deposuerint.*

4 *Testis dictum sufficit vt concludat in à communiter accidentibus.*

5 *Testis deponens de indicio probat, quando dicta per eum non possunt alio sensu percipi, præsertim quando testis iudicium est coniunctum cum sensu visus. nu. 6.*

7 *Testis deponēs non vidisse pluere, intelligi debet aquas insolitas vt concordetur cum alio.*

8 *Testis deponens, quod in actu duo erant præsentes si postea interrogatus de præsentibus respondeat quòd nemo aderat, intelligi debet præter illos duos iam dictos.*

DECISIO CCLXX. seu. 7.

TEstes impugnati cum infrascriptis exceptionib. nihilominus probant † nam 1
prima exceptio prætensæ falsitatis, ex quo dicit non vidisse calicem, neque paramenta, nihil est, si distinguantur † tempora prout 2
distingui debent, cum agatur de cōcordando ipsorum dicta *gl. & Bart. in l. antiquos. C. de furt. in fi. Dec. cons. 602. nu. 6.* nam primus testis dicit non vidisse in 40 & 2. dicit de Mense April. seu Maij, & sic post quadragesimā, & per

Aa

per istam distinctionem eorum dicta saluātur. Præterea quādo testes super facto principali deponūt verum, licet sint varij in circumstantiis, vel in illis falsum deposuerint, dictum eorū verum impugnari non potest. *Alex. cons. 24. col. fi. vol. 2. & cons. 116. col. 3. & cons. 88. vol. 5. Dec. cons. 100. Imol. & alij omnes in c. fraternitatis. de hæreti.* Alia exceptio, quod secūdus testis deponat insolita, & propterea debeat reiici, non releuat, nam sufficit, † quòd
3 dictum testis concludat à communiter accidentibus, *gl. fin. & ibi Bald. in l. cum dotem. D. de iur. dot. Ias. in l. non hoc. col. 4. versic. 3. limita. de iureiur. Grat. cons. 12. nu. 82. vol. 1.* Tertia exceptio contra tertium qui deponit de iudicio in aliquibus pariter non refragatur, quia te-
5 stis deponens de iudicio probat † quando dicta per eum non possunt alio sensu percipi, prout dicit, *Ias. in rubric. de iureiur. col. 3. vers. quando testis. Paris. cons. 56. nu. 16. vol. 2.* Et maxi-
6 mè, quia † iudicium testis est coniunctum cum sensu visus, quo casu probat. *Bar. in trac. de testi. col. 4. Alex. cōs. 147. col. 4. ver. ex quib. vol.*
7 Quartus testis qui dicit non vidisse, † pluere, debet intelligi, hoc est aquas insolitas, prout alij testes deponunt, sicut dicimus
8 quando testis deposuit, quòd in actu † erant præsentes duo, & postea interrogatus de præsentibus, respondit, quòd nemo aderat, nam intelligitur nisi illi duo, iam per eū nominati. *Alex. cons. 56. col. 3. vol. 2. Loffred consil. 49. nu. 10.* Et huiusmodi exceptiones nō sunt releuantes, & ita tentum 25. Maij. coram do. Guidobono in vna Nursina Lacus.

SVMMARIA.

1 *Testi vni sine aliis adminiculis non est credendum.*
2 *Testi vnico in facto proprio an sit credendum, & nu. 3.*
4 *Consensus probatur per epistolam.*
5 *Voluntas declaratur ex sola cedula priuata.*
6 *Impensa partus facta in expeditione supplicationis probat eius voluntatem.*
7 *Præsumere semper debemus id quod est necessarium ad actus validitatem.*

DECISIO CCLXXI. seu. 8.

1 TEsti vni sine aliis adminiculis † non est plenè credendum. *Socin. iun. cons. 62. nu. 6. lib. 1.* & quamuis dicatur quod vni testi in
2 facto proprio sit † credendum, vt latè refert *Tiraq. in tract. lignag. §. 1. gl. 14 nu. 47.* vbi infi-
3 nitos citat † tamen contrarium tenet. *Ruin. cons. 65. nu... li. 5.* Et ita fuit tentum in vna Veronēsi monasterij, coram do. Chissan. die 12. Iunij. 1551. secus est quādo cum vno teste cōcurrunt adminicula, vt d. causa. in qua vnus testis deponebat, quod Cardinalis Cornelius mandauerat ad signandam supplicationem suæ primæ cessionis in fauorem Cardinalis Farnesij ante diem datę retrocessionis, & accessus eiusdem, concurrentibus Epistolis Cornelij, ex quibus † consensus pro- 4
batur. *l. consensu. ff. de act. & oblig. vt in terminis declarat Soc. cons. 41. col. 1. vers. 1. lib. 3.* & ex sola cedula † priuata declaratur voluntas. *So. yn. cons. 142. col. pen. vers. principaliter. libr. 1. Roman. cons. 27. col. 1.* & ex impensa † Cardinalis Cor- 6
nelij facta in expeditione supplicationis p̄dictæ, & propterea dixerunt probari supplicationem prædictam fuisse porrectam de consensu Cardinalis Cornelij, quia semper † præsumere debemus illud quod est neces- 7
sarium ad actus validitatem. *Cassado. decis. 21. de præben.* In causa Brixien. præposituræ, coram do. Augustino. 21. Martij. 1552. vt in libro do. Chissanen. fol. 170.

SVMMARIVM.

1 *Testes examinati per iudicem remissoria expedita parte nō citata, sunt nulliter examinati.*

DECISIO CCLXXII. seu. 9.

TEstes fuerunt nulliter † examinati à iu- 1
dice remissoriali, quia remissoria fuit decreta parte non citata, quod fieri non potest. *Rot. decis. 93. in not. & Egid. decis. 654. & decis. 10. etiam in nou.* Et ita fuit tentum die 15. Iunij. 1551. coram do. Chissanen. in vna Ariminen. bonorum.

SVMMARIA.

1 *Testes sunt bene examinati per iudices remissoriæ existentes in loco remissoriæ, licet coniudex existens extra locum remissoriæ monitus non venerit, dummodo pars in curia fuerit citata, quādo decreta est remissoria, præsertim si sunt examinati cum interrogatoriis partis nu. 3.*
2 *Remissoria coniudice existente extra locum remissoriæ, tenetur pars conducere propriis expensis, & ostendere illi remissoriam.*

DECISIO CCLXXIII. seu. 10.

TEstes fuerunt benè † examinati per iu- 1
dices remissoriales existentes in loco remissoriæ postquam alius iudex existens extra locum remissoriæ fuit monitus vt veniret ad assistendum executioni remissoriæ qui venire recusauit iuxta text. *in c. prudentiam. de offic. delega.* quia hic agitur de præiudicio partis, & pars in curia fuit citata quando decreta fuit remissoria, & propterea tenebatur † illū iudicem conducere suis ex- 2
pensis, & ostendere ei remissoriam, quia iudex tenebatur venire nō ostensa sibi remissoria, quare imputandum est parti, & eo magis, quia testes reperiuntur examinati † cum interrogatoriis partis aduersę, & ipsa 3
citata.

citata. Et ita tentum 13. Nouemb. 1551. in vna Bracaren. coram Anton. August.

SVMMARIA.

1 *Testes examinati vigore remissoriæ in partib. decrete, & cum citatione ad videndum iurare testes quos vellet inducere Titius sunt nulliter examinati. & nu 5.*

2 *Citatio vaga est nulla.*

3 *Citatio ad videndum iurare testes, est necessaria de iure.*

4 *Citatio an debeat continere locum postea quam si est iudex ordinarius, intelligitur quis citatus ad locum maiorum, & si est delegatus, intelligitur ad locum in principio deputatum.*

DECISIO CCLXXIV. seu. 11.

TEstes examinati vigore remissoriæ in partibus in quorum examine fuit cita-
1 ta pars ad vidẽdum iurare † testes quos vellet inducere Titius, opponebat pars contra quam testes fuerunt examinati ipsam non fuisse citatam, quia illa citatio fuit nimis generalis, & vaga, quia non dicitur in ea pro quibus diebus, & horis, & in quibus locis testes erant examinandi, & quòd testes iu-
2 rarunt in diuersis locis, & quòd citatio † vaga erat nulla. *Soc. in tract. citationum. articul. 18. num. 13. & artic. 19. num. 17.* & citatio ad viden-
3 dum iurare † testes, est necessaria de iure, *cap. 2. de testibus. Soc. in tract. de citatione. artic. 7. nu. 11. Felyn. & alij in c. 1. de testib.* At Titius replicabat, quòd iuxta stylum loci vbi erant testes examinati, citatio erat bene facta, q; que in citatione non erat necessaria expres-
4 sio † loci, quia si est iudex ordinarius, ille qui debet examinare, intelligitur ad locum deputatum suorum maiorum ad ius reddendum, & si est delegatus, intelligitur ad locum à principio deputatum. *Barto. in l. si vt personis, la 2. C. quomodo, & quando iudex. gloss. & Doct. in c. fin. de rescript.* tamen domini tenue-
5 runt testes fidem † nõ facere tanquam nulliter examinatos, quia illa citatio fuit vaga, & stylus non fuit probatus, & propterea fuit reuocata quædam sententia domini Nouati die 2. Decemb. 1550. in vna Auren. coram do. Chissanam. Vide aliam decisionem sup. in vers. citatio. Et vide Fabium dec. 19. lib. 2.

SVMMARIA.

1 *Testes deponentes, quòd aliqui erant priores Regii, non excludũt, quòd isti Priores potuissent etiam esse preceptores Parmæ & nu. 8.*

2 *Testis licet aliquid non dixerit, nõ sequitur, quod non sit, vt faciat probationem alterius partis dubiam, nu. 3.*

4 *Testis non concludit cum dicta per eum possunt esse, & non esse.*

5 *Testes deponentes preceptoriam vnitam habent plurimum iuris.*

6 *Testis deponere debet per causas specificas, inferentes necessario vera esse quæ deponit.*

7 *Testis facilimè decipi potest in his quæ sunt iuris.*

9 *Duo in eadem sella sedere non possunt.*

10 *Ecclesia qualibet vnius debet esse capitis, non plurium.*

DECISIO CCLXXV. seu. 12.

TEstes deponentes quòd N. & alij erant Priores Regij, non † excluduntur quòd 1
isti priores non potuissent etiam esse preceptores Parmæ, & cum hoc testes non dixe-
rint: non † sequitur quod non sit. *Bald. consil. 80. libr. 1.* Cum res aliter esse possit, & sic pro- 2
batio non concludit, ergo non † reddit du- 3
biam probationem certam alterius, nec de iure, nec de facto. *Bald. in l. 2 col. fin. C. de l ono. possess. Ias. in l. non hoc col. 2. not. 2. C. vnde legitim. Decius in c. in præsentia. nu. 13. extra de probat.* Et
cum possit † esse, & non esse, testis sic depo- 4
nens, non concludit. *Calcaneus cons. 121. nu. 17.*
& testis † qui deponit Præceptoriam non 5
esse vnitam, habet plurimum iuris, cum de-
ponere † debeat per causas specificas, infe- 6
rentes necessario nera esse quæ deponit, cũ
testis † posset de facili decipi in his quæ ius 7
habent admistũ. *Bal. cons. 283. in in fi. li. 1.* Et sic
decisum fuit, quòd † probationes prædictæ 8
non elidunt plenas probationes Iulij quæ probant immemorabilitatem vnionis, verum quia cum dictis imperfectis probationibus aderant quædam instrumenta locationum, in quibus dicebatur quòd quidam prior Regij locabit quæstas nomine præceptoris Parmę, & Regij, fuit responsum quòd licet in instrumentis dicatur quòd locauit quæstas pro Præceptore Parmæ, & Regij, tamen appellauit se priorem, & non præce-
ptorem Parmæ, cum duo † in eadem sella 9
sedere nõ potuissent. *l. si vt certo. §. duobus vehiculum ff. commod.* cum quælibet † ecclesia v- 10
nius debeat esse capitis, non plurium. *c. quoniam. de offic. ord. c. cum non ignores de præb. Cassado. decis. 11.* iuramento non obstante, & sic quòd ista locatio quæstarum nihil faciebat. Et ita tentum 14. Decembr. 1551. coram do. Decano in vna Regien. præceptoriæ sancti Antonij.

SVMMARIA.

1 *Testis vasallus deponens pro domino suo non est integer testis, præsertim si deponit super Castro, cuius est vasall., nu. 2. & maximè si sit rusticus, vilis, & pauper, nu. 3.*

4 *Paupertas testis consideratur respectu causæ.*

5 *Testis deponere dicitur animosè quando probat omnes articulos partis, etiam de præsentia.*

6 *Testis verisimilia deponens, redditur suspectus de falso.*

Aa 2 7 Testis

7 *Testis quilibet etiam in casu matrimoniali præsumitur idoneus, nisi contrarium probetur.*

8 *Testes consanguinei, & affines admittuntur in causa matrimoniali. Item mater. nu. 9. item domestici. nu. 10.*

11 *Testis vasallus respectu iurisdictionis tantum, non repellitur. Intellige tamen vt eius fides tantum debilitetur sed cum aliis habilibus admittitur. nu. 12.*

Decisio CCLXXVI. seu. 13.

1 Testis vasallus † deponens pro domino suo, non est integer testis. *Felyn. in c. insuper. col. fi. de testib.* eo magis si deponit in causa
2 vertente super Castro, cuius est vasallus. Al-
3 *ber. in tract. de testib.* & quia † rusticus, vilis & pauper. *Ancha. cons. 227. ante fin.* & paupertas
4 † consideratur respectu causæ. *Alex. cons. 15. nu. 3. vol. 3.* Deponit etiam multum animosè,
5 † quia probat omnes articulos partis, etiam de præsentia. *Castren. cons. 342. col. penul. vol. 1.*
6 *& Aymon. cons. 2. nu. 6.* Videbatur † etiam in verisimilia deponere & propterea reddebatur suspectus de falso. *Abb. in c. cum verisimile, & ibi Felyn. de testi.* Replicabatur quod quili-
7 bet † testis etiam in causa matrimoniali præsumitur idoneus, quando adhuc agitur de dissoluendo matrimonio, nisi contrarium
8 probetur, & admittuntur † in ea consanguinei, & affines. c. videtur. qui matri. accu. pos.
9 & mater † admittitur. c. super eo. il secundo.
10 de testibus. item domestici. † *c. in literis de te-*
11 *stib.* nec testis † vasallus, & subditus ratione iurisdictionis, repellitur. *Bartol. Alber. Fulgo. Bald. & Salyc. in l. eos. C. de test. Felyn. in d. c. in literis. col. 2. vers. fallit primo.* tamen Domini te-
12 nuerunt quod fides † testis vasalli, & patientis supradictis exceptiones, in casu de quo agitur debilitetur, sed quòd non sit reiiciendus in totum, ita vt cum aliis testibus habilibus coniungi non possit. 13. Aprilis. 1551. coram do. Banen. in vna Parmen. status.

Summaria.

1 *Testis socius raptoris an repellatur, & nume. 3. & 10.*

2 *Raptus non dicitur sine violentia*

4 *Ignorantia præsumitur.*

5 *Socius criminis quis non dicatur nisi probetur, quòd quis fuerit in tractatu cōmittendi maleficium.*

6 *Raptorem associans non tenetur pœna raptis.*

7 *Exceptio contra socium raptus, quando dicatur calumniosa.*

8 *Accusatus quando non prohibeatur petere honores.*

9 *Testis socius raptoris admittitur, quia est res difficilis probationis raptus.*

Decisio CCLXXVII. seu. 14.

Testis socius N. † raptoris mulieris nō repellitur à testimonio, quia ipse non fecit raptum, aut violētiam mulieri, & raptus 1
† non datur sine violentia, *c. de raptorib. 36. q. 1. l. quo naufragium. in fin. ff. de incend. Ruin. & naufra.* Imo mulier sponte accessit, & stetit cum N. raptore vsq; ad eius obitum, & quia ante raptum consenserat, ergo non potest dici delinquens. *Hippolit. in l. 1. nu. 13. C. de rap. Virg.* 2
Præterea testis † nihil aliud fecit nisi quòd 3
associauit dominum suum, nihil sciens de raptu, & ignorantia † præsumitur. *l. verius.* 4
ff. de proba. præsertim ad exclusionem delicti. l. merito. ff. pro socio, & socius † criminis quis nō 5
dicitur nisi probetur quod ad maleficium committendum præcesserit tractatus. *l. 3. §. homines. ff. vi bon. raptorum. Hippo. in d. l. 1. nu. 81.* & associans † raptorem non tenetur pœna 6
raptus. *c. consanguineorum 3. q. 4. & Salyc. in d. l. 1. de rapt. virg.* Accedit, quòd testis nūquam fuit inquisitus de tali crimine per 30. annos ante, & sic videtur, quod ista exceptio † nūc 7
sit calumniosa, ita vt reus accusatus † honores 8
petere non prohibeatur. l. reus delatus. ff. de muner. & hono. & maximè quia deponit † in his quæ sunt difficilis probationis. 9
Marsil. cons. 61. n. 24. & 28. Ideo domini tenuerunt quòd testis socius † in raptu dictæ mulieris 10
non repellatur à testimonio in casu de quo agitur, 22. Iunij. 1551. coram do. Baren. in vna Parmen. status.

Summaria.

1 *Testis de credulitate non probat.*

2 *Testis de auditu non probat.*

3 *Testis deponens per verbum, se non recordari, nō probat.*

4 *Testis deponens de tempore incerto decoctionis, non probat.*

5 *Tempus, vbi est fundamentum intentionis seu probationis, debet præcisè probari.*

Decisio CCLXXVIII. seu. 15.

Testes non probant decoctionē tali tempore factam, si deponunt vt supra, videlicet primus dicit enim decoxisse de anno 1545. vt credit. Nam testis de credulitate
† non probat. *Felyn. in c. quoties. col. 3. vers. glo. fi. de test. Alex. cons. 152. vers. secundus. testis. vol. 5.* 1
Secundus testis deponit de auditu, † qui pariformiter nō probat. *c. licet ex quadam de testib. c. tua. & ibi Abb. de consang. & affinit. c. tam literis. & ibi Felyn. col. 3. de testib.* Tertius testis 2
deponit per verbum, videtur † se recordari, 3
& sic non probat. *Ioan. And. Specul. in tit. de testib. §. nunc tractandum. Alex. cons. 15. col. 4. vol. 1.* Quartus testis deponit enim decoctū tempore veris qui non probat, quia non † deponit 4

ponit de certo tempore decoctionis, & vbi
5 tēpus † est fundamentū intentionis, seu probationis, debet præcisè probari per testem, alioquin non inducit fidem. *l. non solum. §. sed vt probari. ff. de nou. oper. nunc. Felyn. in c. in præsentia. de prob. col. 5.* & propterea dictæ probationes validæ non sunt, neq; possunt cōiungi, & ita tentum 29. Aprilis 1551. coram. do. Baren. in Ouentan. releuationis indemnitas.

SVMMARIA.

1 *Testis subditi regulariter non admittuntur pro domino Castri, secus si non essent subditi, nume. 2.*

3 *Famulus non habens salarium admittitur pro domino.*

4 *Testes non subditi admittuntur pro domino Castri, etiam quòd ipsorum intersit in cōsequentiam, & quid si sunt plures. num. 5. & quid si res est difficilis probationis. nu. 6.*

7 *Testes qui interfuerunt minis, & rixæ, sunt idonei, & quare.*

8 *Præsumptio iuris quæ sit.*

9 *Testes an esse possint delicti participes. & nu. 10.*

11 *Testium inhabilitas, suppletur habilitate aliorum.*

DECISIO CCLXXIX. seu. 6.

1 TEstes subditi † regulariter per dom. Castri non admittuntur. *Bal. in l. eos. C. de testib. Io. Crot. in tracta. de testibus. in 4. part. princ. quæst. 26. num. 184.* sed quando testes non sunt
2 † subditi, cessat suspicio, & admittuntur, put
3 dicitur de famulo non † habente salarium. *Bart. in l. Titius. ff. de milit. testam. Ioan. Crotus in d. tract. de testibus. parti. 4. q. 5. in fin. vers. 4. fallit,*
4 etiam quòd ipsorum † intersit dummodo eorum interesse non sit principale, sed in consequentiam. *Salyc. in l. quoties. col. fin. C. de*
5 *iudic.* maximè † quando sunt plures, quo casu dato etiam aliquo interesse, probant. *Alex. cons. 419. col. 5 n 17. & seq. lib. 5.* & etiā quan-
6 do res est † difficilis probationis. *l. consensu. §.*
7 *fin. autem. C. de repud.* † prout etiam testes qui interfuerūt minis, & rixæ, idonei sunt, quia non sequitur fuerunt præsentes minis, ergo etiam fuerunt participes delicti. Nam potuerunt esse ibi presentes casualiter aliud o-
8 pus agendo, & ista præsumptio † est iuris, cum delictum non præsumatur. *l. merito. ff. pro socio Bald. in l. præcipimus. colu. 5. vers. excusat ergo. C. de impub. & aliis substiti Aymo. cons. 18. col. fin. vers. & si dicas.* Præterea quamuis partici-
9 pes † delicti, testes esse non possint, tamen quia deponendo non excusant factū, & de-
10 lictum, sed deponunt † de personis possidētib. tempore delicti, & habent multos alios testes contestes qui in facto non interfuerunt, & qui nullum defectum patiūtur, probant, quia inhabilitas † aliquorum testium 11
suppletur ex numero aliorum habilium. *gl. in l. 3. §. 1. in vers. numerus. ff. de testib. Imol. in l. qui testamentum. in princ. ff. de testam. Alex. cons. 47. col. 1. vol. Ias. in auth. si vero. col. 1. vers. 3. fallit. C. de iud.* Et ita fuit tentum die 26. Iunij. 1551. in vna Castri Sarmati, coram do. Baren.

SVMMARIA.

1 *Testis impugnans instrumentum, an debeat esse omni exceptione maior, & an minimus defectus vitiet, nu. 2. declara vt nu. 4. 5.*

3 *Testis non potest esse patruus pro nepote.*

6 *Obliuio quando inducatur.*

7 *Obliuio facilius inducitur in facto alieno.*

DECISIO CCLXXIX. seu 16.

TEstis impugnans † instrumenrum, debet esse omni exceptione maior. *Abb. in c. cum Ioannes Heremita. col. 6. versic.* ergo con cordando. de fid. instrum. *& ibi. Felyn. col. 11. versic. 5.* declara, vbi dicit etiam, quod defe-1
ctus † vitiat dictum similis testis. propterea 2
patruus † in testem inductus ratione con- 3
sanguinitatis repellendus est. *Specul. tit. de teste. §. 1. vers. generaliter ergo excipitur. Alex. cons. 190. col. 2. nu. 14 lib. 6.* At pars ex aduerso dicebat, quòd testis impugnans † instrumētum, 4
si est de necessariis, & de scriptis in instrumento facit vacillare fidem instrumenti, *per text. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemadmodum testa. aperiantur. Felyn. in c. cum Ioannes. col. antepenult. nu. 46. & seq. vers. 2. conclus. & nu. 50. versic.* si est de necessariis, vbi asserit hanc esse communem opinionem, quibus *adde Socyn. consi. 229. num. 5. lib. 2. & cons. 20. in fin. lib. 3. & Marianus iun. consil. 189. nu. 92. libr. 2. qui pariter testatur de communi. Corneus consil. 26. num. 10. vers. quinimo dictum vnius testis. lib. 4. Ruin. cons. 8. nu. 1. libr. 3.* etiam † quòd talis testis impugnans patere- 5
tur aliquas exceptiones, licet non esset omnino inhabilis. *Ruin. d. cons. 8. num. 13. & 14. Aymon cons. 66. nu. 9. & 10.* Domini tunc inclinabant pro validitate instrumenti, quia aderant pro eo multa adminicula, & quia testis dicebat non interfuisse, & iam elapsi erant 16. anni, adeo vt obliuisci † potuissent 6
per l. sensus. ff. de probatio. *& l. peregre. de acquir. possess.* maximè in facto alieno † in quo 7
faciliter inducitur obliuio & volebāt, quod ille testis coadiuuaretur aliis testibus cum probatione, quod tunc temporis ille non erat præsens, sed causa non fuit totaliter resoluta propter prædicta 19. Octobris. 1551. in vna Romana reditionis computi administrationis, coram do. Baren.

SVMMARIA.

1 *Testis examinati in partibus vigore commis-*

sionis subreptitia sunt nulliter examinati.

2 *Subreptitia commissio quæ di atur.nu.3.*

4 *Commissionis verba sunt intelligēda secundum ius commune, ad quod rescripta debent reduci.*

5 *Testes senes, & valetudinarij an possint de stylo examinari, coram ordinario, in partibus ante litem contestatam, & nu.6.*

DECISIO CCLXXX. seu.30.

TEstes examinati in partibus vigore cōmissionis subreptitiæ, quæ non faciebat mentionem de litē etiam pendente in partibus sed continebat, quod committeretur Auditori, vt commissarium ad partem, suo arbitrio, decerneret, vt testes pro parte impetrantis producēdos cum interrogatoriis
1 aduersarij, examinaret, sunt nulliter † exa-
2 minati: qa cōmissio erat subreptitia, † & non faciebat mentionem de dicta litis pendētia in partib. & maximè quia cōmissio non lo-
3 quitur de testibus nulliter † examinatis in partibus, pendente lite, coram alio iudice in curia, quia Papa nō cogitauit de istis nul-
4 litatibus, cum verba † commissionis intelligenda sint secūdum ius commune, ad quod rescripta adduci debent. *l. rescripta. C. de precibus. Imperatori offer. Felyn. in c. non nulli. de rescript. nu. 2.* Nec facit quod dicitur de stylo
5 Rotæ, & Curiæ, quod testes † senes, & valetudinarij, ante litem contestatam, pendente lite in curia, possunt in partibus, coram ordinario examinari. ca. quoniam frequenter, vt lit. non contest. quia est verum sed si testes superuiuerent iterum essent postea examinandi vigore remissoriç. *Rot. decis. 3. de testibus. in antiq.* Et ita tentum die 6. Februarij. 1553. coram Decano, in vna Lucana Canonicatus, & præbendæ.

SVMMARIA.

1 *Testiū impugnatorū depositio, an iuuari possum.*

2 *Cap. ex eo, de regul. iur. in 6. intellectus.*

DECISIO CCLXXXI. seu 18.

TEstium ex depositionibus quas impu-
1 gnaui, iuuari † possum quoties recedere volo ab impugnatione, & stare probationi partis aduersæ legitimo modo factæ, allegando quia impugnaui per errorem. *Felyn. in c. capitulum. nu. 37. limit. 7. de rescript. Ang. consi. 255. in fin. & Alex. consi. 83. vol. 5. quem refert, & sequitur Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune.*
2 *nu. 124. ff. de acquir. possess. & regula.* † *c. ex eo. de reg. iur. in 6.* limitatur quando contrariū fuit legitimè probatum, vt sup. Et ita tentum 6. Martij. 1553. in vna Bononien. de Bucchis, coram domino Decano.

SVMMARIA.

1 *Testibus fides non est adhibenda quando in partibus sunt examinati contra commissionem.*

2 *Stylus quòd adhibeatur fides testib. nulliter examinatis. quomodo procedat.*

3 *Subreptitia quando dicatur commissio.*

4 *Rota an seruet dictum Innocentij in cap. causam quæ. nu. 10 de consit.*

5 *Manus Papæ appositio, facit quòd inferior se intromittere non possit.*

DECISIO CCLXXXII. seu. 19.

TEstibus fides adhiberi non † debet, quā- 1
do in partibus nulliter examinati sunt, vt quia commissio quæ dat authoritatem Auditori vt fidem testib. adhibeat arbitrio suo, sit surreptitia: qua in ea non narrabatur, quòd testes examinati super symonia commissa super aliis beneficiis, & non super canonicatu, & præbenda super quibus est lis, & sic testes erant examinati in alia causa, nō in ista, & stylus allegatus † quod adhibeatur 2
fides testibus nulliter examinatis, ad diuersa trahi non debet, quinimo nec ad similia, sicut dicimus in consuetudine. *Ias. post alios in l. de quibus. col. 3. ff. de legib.* ideo mutare votum non videtur inconueniens, neq; esse pœnitus in contrario voto, cum præsupposito quod testes essent examinati in hac causa, licet lite pendente in curia, ideo fui cum dominis: non ex quo constet de contrario, sed quia dicebā quòd pro Vinc. allegatur quòd est probata symonia realis super aliis beneficiis, & conuenientibus, & nō super Canonicatu, & præbenda, de quibus agitur, quòd si esset verum, commissio esset subreptitia: ideo dom. ponens volebat dubitare, an probetur symonia super Canonicatu, & præbenda, vel alibi. sed ꝑ nunc domini ꝑ maiori parte residerunt in hoc, quod commissio
† esset subreptitia. Fuit etiam dictum, quòd 3
Rota † non solet seruare. *consil. Butr. 47. col. 2.* 4
vers. nunc quando Papa. licet non fuerit firmatum, sed seruari dictum. *Innocent. in capit. causam quæ. num. 10. de consit.* quòd appositio
† manus Papæ facit quod inferior se intro- 5
mittere non possit, vt per Felynum in d. ca. tum præsertim, quia non constabat de pendentia litis in alia curia die 13. Martij 1553. in vna Lucana Canonicatus, & præbendæ, coram do. Decano.

SVMMARIA.

1 *Negatiuam coarctatam, quis teneatur probare*

2 *Dictio, nullus est, vniuersalis negatiua.*

3 *Testes deponens super negatiua non cohabitata sunt suspecti, & reiiciendi.*

4 *Dominium, & possessio quando dicatur ad aliquem pertinere.*

5 *Domi-*

5 *Dominium probatur ex deputatione Gubernatoris.*
6 *Testes dicuntur falsi quando deponunt contra principalis confessionem.*
7 *Testis non potest ad concordiam reduci, neque probat, quando deponit contra depositionem principalis.*
8 *Testes deponentes partim de auditu, partim de iudicio non probant.*

DECISIO CCLXXXIII. seu. 20.

TEstes examinati pro verificatione narratiuæ factę in literis huius tenoris. vers. 3. Nos ipsorum Didaci, & Francisci de Losconos asserentiū Archiepiscopū pro tempore existentē, & ecclesiam ex officio Præfecturæ de Cazolla nullum cōmodum pecuniarum percepisse, sed solum dictum officium, quod per noui Archiepiscopi promotionem pro tempore vacans concedendi, vel de illo prouidendi, seu ad illud personam idoneam deputandi, cum exercitio superioritatis proheminentiæ, & iurisdictionis habere consueuisse, &c. non probant dictam verificatio nem, cum illi de Loscanos teneantur probare quod erat dicta præfectura officiū, ex quo Archiepiscopus nullum cōmodum pecuniarum percipiebat, sed quod solum habebat facultatem dictum officium concedendi, & sic negatiuam debent probare coarctatā, & tamen di-
1 cti † testes hanc negatiuam nō probant, nec rationem concludentem reddunt. *ca. quoniā contra. de probat. cap. bonæ. vbi glo. & Doctores de electio.* & quod sit probanda negatiua, patet
2 ibi, nullum cōmodum, nam dictio † nullus, est vniuersalis negatiua. *Corn. cons. 70. n. 12. lib.*
3 *2.* & testes † deponentes super negatiua non coarctata, sunt suspecti, & reiiciendi. *Bal. in c. cum causam. de caus. poss. & proprie. Corne. cons. 105. nu. 14 lib 3.* Præterea dicti testes probant, q̄ præfectus percipiebat fructus post nominationem, & Archiepiscopus nō se ingerebat: nec concludunt quod Archiepiscopus non haberet dominium, præsertim cum probēt dictum officium vacare per obitū dicti Ar-
4 chiepiscopi, ergo sequitur quod † dominiū, & possessio ad eundē pertinet. *glo. & ibi Fran. de offic. ordinar. & in cap. nemo. de electio. libr. 6.* Et
5 dum Archiepiscopus deputat † ibi gubernatores, & iudices iurisdictionē exercētes, isti actus demonstrant dominium. *Corn. cons. 333. num. 3. volum. 1.* Præterea aliqui ex testi-
6 bus deponunt falsum, quia principales † fatentur officium huiusmodi vacare per obitum Archiepiscopi, & tamen ipsi vacare per eius obitum negant. Innocen. in cap. fraternitatis. de hæretic. *Dec. cons. 105. colu. 4. vers. si-*
7 militer testis. adeo vt nō possint † ad cōcordiam reduci, & eis nulla fides adhibēda est. *Dec. in l. creditum. colu. 2. post modum. ff. si cert. petat. Aymo. cons. 171. num. 10. accedit*, quod testes partim deponunt de auditu, partim † de iu- 8
dicio, & nihil certi probant. Ideo domini pro maiori parte inclinabant pro non verificatione: sed quia testes omnes nō fuerunt lecti, nihil fuit conclusum die 13. Martij. 1553. in vna Tholetana præfecturæ de Cazzolla, coram dom. Decano.

SVMMARIA.

1 *Testes examinati ex alia causa qui dicantur.*
2 *Mandatum restrictum ad certum iudicem, non extenditur ad alium.*
3 *Subreptitia dicitur commissio per expressionem falsi.*
4 *Calumniis nunquam est indulgendum.*

DECISIO CCLXXXIV. seu. 2.

TEstes examinandi occasione Canonicatus, si examinentur ex alia causa, non dicuntur examinati super Canonicatu quia ille qui ipsos induxit, possidebat Canonicatum, & non erat super lite mouenda super Canonicatu futurus actor, sed reus, & propterea non possunt dici † examinati in lite 1
in qua nunc agitur, & in qua est reus. *leg. conqueritur. cum. leg seq. ff. de excep. rei iudi.* nec minus in partibus fuit inducta lis super Canonicatu, quia ipse possessor constituit procuratorem ad comparēdum in causa mota, & mouenda, coram Arnulfino iudice delegato, & tamen coram Arnulfino nihil actum fuit, & mandatum restrictum † ad certum 2
iudicem, nō extenditur ad alium. *Io. de Grassis in tracta. de substantialib. procurator, in vers. cōram quocunque iudice, & seq.* & quia obtinuit cōmissionem sanatoriam, in qua dixit, quod lis pendebat in curia, vel in partibus tempore, examinis, & nō erat verum, vnde expressit † falsum, & commissio fuit subreptitia, & 3
illius vigore non est adhibenda fides testibus, argumento eorum quæ tradit. *Paul. de Castr. in l. de die. §. fi. ff. qui satisdat. cogan.* Item quia calumniis † nunquam est indulgendū. 4
Felyn. in cap. de cætero. num. 12. de re iudic. Et ita tentum die 14. Aprilis. 1553. in vna Lucana Canonicatus, & præbendæ, coram dom. Decano.

SVMMARIA.

1 *Testis non dicitur iuratus eodem die pro quo pars est citata ad videndum iurare, nisi notarius dicat, N. testis iurauit tactis sacrosanctis scripturis.*
2 *Notarius dicens in examine, testis iuratus, facit præsumit quod testis non fuerit iuratus eo die, quo tenebatur.*
3 *Testes de iure debent iurare eadē die & hora qua pars citatur, non autem postea.*

4. No-

4 *Notario non creditur dicenti in examine, talis testis iuratus super crucem sui habitus, dixit, &c.*

DECISIO CCLXXXV. seu. 22.

1 TEstis iuratus † non dicitur, quando non constat q. eo die pro quo pars citata est ad videndum illum iurare, iurauerit, quodque notarius dicat dispositiue quod testis iurauit tactis sacrosanctis scripturis: nec sufficit quod enunciatiue in principio examinis dicat, testis iuratus &c. quæ assertio enūciatiua, magis dat præsumptionē † quod testis
2 nō fuerit iuratus, ea die qua fuit citata pars. *Bal. in l. iuris iuran. col. 1. C. de testib. Brun. in tract. de forma. fol. 27. col. 1. vers.* & est aduertē. de iu-
3 re. n. testes debent iurare die † & hora, pro quibus pars citatur ad illum actum non autem post. *Rot. decis. 465. colu. pe. circa medium. in nou.* Examen bene potest quandocunq; fieri, si in termino iurarunt. *Rota dicta decision. 468. col. fin.* & hoc adeo verum est, quod notario enuncianti non creditur etiam si dicat
4 illa verba, videlicet, talis testis iurātus † super Crucem sui habitus, deposuit, &c. quia non attestatur iuramentum dispositiue, sed
5 enunciatiue, & notario enuncianti † nō creditur, & ita tentum die 29. Maij. 1553. in vna Meliten. iurisdictionis, corā dom. Decano: vide sup. conclusio. quod creditur.

SVMMARIA.

1 *Testes inducti contra matrimonium debent esse omni exceptione maiores sicut in criminalib. & num. 2.*

3 *Compaternitas non probatur si non constat de tactu pueri.*

DECISIO CCLXXXVI. seu. 23.

TEstes inducti contra matrimonium de-
1 bent † esse omni exceptione maiores,
2 sicut † in criminalibus. *c. 1. de consang. & affin. & not. gloss. in verbo idoneos. in §. item verborum. Instit. de inutil. stipul. Fely. in cap. 1. col. 1. vers. super glo. vt lit. non contest. Dec. in consilio 163. col. 5. in 8. oppo. Alex. cons. 146. colu. penul. nu. 19. vol. 5. Alex. cons. 143. col. 2. num. 6. volu. 2. Dec. cons. 133. num. 3.* Et per supradicta ita fuit resolutum tactum pueri non probari, & sic quod compaterni-
3 tas † non erat contracta in vna Veneta matrimonii, coram Decano Veneris 11. Martii. 1552.

SVMMARIA.

1 *Testes si in repetitione referunt se ad examen primum in omnibus, & per omnia, probant, licet primum examen esset nullum ex defectu solennitatum, & quare nu. 2.*

DECISIO CCLXXXVII. seu. 24.

TEstes quando repetuntur, si referunt se
1 ad † examen primū in omnibus, & per omnia, licet fuerit nullū ex defectu solēnitatis, tamen probant. *Saly. in l. iusiuran. nu. 9. vers. sed iuxta hoc. C. de testib. Ancharan. in clem. testibus. in fin. de testib. Alex. post Bart. & alios in l. legata inutiliter. nu. 7. de leg. 1. vbi Claud. de Seysello. n. 8.* dicit hanc esse magis communē opinionem, & veriorē. *Alex. cons. 16. num. 6. vers. postea repetitus. vol. 1.* Ratio est, quia non possunt dici incerti, † quia habent relationem certam. 2
Ita tentum in vna Salamantina de Villauerdo, coram dom. Fabio Decano, Veneris. 18. Martij. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnus cum fama concurrentibus aliis adminiculis, facit plenam probationem in criminalibus & matrimonialibus.*

DECISIO CCLXXXVIII. seu 25.

TEstis vnus † cum fama, concurrentibus 1
aliis adminiculis, in criminalibus, & in causa matrimoniali, facit plenam probationem, vt dicit *Aret. in cons. 13. colu. 4. vers. in criminalib.* quod consilium sequuti sunt domini in causa Ispalen. matrimonii. 11. Maij. 1551. coram domi. Vestano, & in causa Veneta matrimonii, coram dom. Fabio Decano Lunæ. 2. Maij. 1552. vt in eorum libris. fol. 71. & fol. 177.

SVMMARIVM.

1 *Testes probāt famam, si dicunt, publice audiuisse, licet non dicant à quibus, de stylo Rotæ.*

DECISIO CCLXXXIX. seu. 26.

TEstes si dicant publice † audiuisse, licet 1
non dicant, à quibus, & non dicant requisita posita per *Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de q.* probant famam publicam, & ita seruat Rota, quæ attendit dictum *Bald. in ca. praterea col. 1. in fi. & in prin. 2. col. de testi. prout refert Cassad. decis. 3. de probat.* Et ita tentum fuit in vna Bononien. bonorum de Bucchis, coram dom. Decano. 20. Maij. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Testes vt probent immemorabilitatem debent ad minus agere 54. annum.*

DECISIO CCXC. seu. 27.

TEstes vt probent immemorabilitatē de visu per 40. annos, *iuxt. doctr. Paris. cōs. 104 n. 121. lib. 1. per gl. in c. 1. de rescri. in 6.* debēt † ha- 1
bere ad minus annos 54. *Rebuff. in trac. de decimis. q. 13 n. 99.* Ita fuit tentum in vna Tolletana de Cazorla, coram domi. Fabio Decano, die 8. Mensis Iunij 1552.

SVMMARIVM.

1 *Testes qui debent probare immemorabilitatem debent reddere rationem dicti concludentem neque sufficit vt dicant articulum verum.*

Deci.

Decisio ccxci. seu 28.

1 TEstes qui debent probare immemorabilitatem, non † probant, si tantum dicunt articulum verum. ratio est, quia debent reddere rationem dicti concludentem, itaq; fuit decisum in Tolletana de Cazorla coram dom. Decano. 8. Iunij 1552.

SVMMARIVM.

1 Testes examinati nulliter vigore remissoriæ per notarium iuratum suspectum non sanantur per commissionem.

Decisio ccxcii. seu. 29.

TEstes nulliter examinati vigore remissoriæ, per notarium iuratum suspectum
1 per vnam partium, † non sanantur per commissionem. Ita fuit dictũ per do. Antonium Augustinum, alias fuisse resolutum in Rota, quando fuit posita causa Melentana iurisdictionis, corã dom. Decano. 7. Nouemb. 1552.

SVMMARIA.

1 Citatio vaga est nulla.

2 Testes dicuntur bene examinati, vigore remissoria, licet in eius executione pars sit citata ad videndum iurare testes, & ad dandum interrogatoria, per citationem vagam, dummodo citatus comparuerit.

3 Comparitio partis conualidat examen.

Decisio ccxciii. seu. 30.

TEstes examinati vigore remissoriæ, in cuius executione pars fuit citata ad videndum iurare testes, & ad dandum interrogatoria per citationem vagam, quæ nulla
1.2 † est. *Rot. decis. 342. in nou.* dicuntur † bene examinati, si pars ita nulliter citata, cõparuerit, & dederit interrogatoria, vel noluerit
3 dare; quia per comparitionem dicitur † validare examen. cum comparendo ostenderit se esse certam de eo de quo fuit facta citatio. *Bal. in l. si. C. de procur. & in l. 1. ff. de feriis.* Et ita tentũ fuit in vna Meleuitana iurisdictionis, corã do. Decano die 12. Decemb. 1552.

SVMMARIA.

1 Testes examinati inter Cardinalem & Franciscum & Thomam, non faciunt fidem inter Franciscum, & Thomam. & quare?

2 Intellectus ad Castren. in l. filius. in prin. de verb. oblig.

Decisio ccxciiii. seu. 31.

1 TEstes examinati inter Cardinalẽ & Frãciscum & Thomã, non † faciunt fidẽ inter Franciscũ, & Thomam, & illa est ratio, quia res inter alios acta &c. & quia inter Frãciscum, & Thomã non aderat iurisdictio. *vt per Rotam decis. 12. in nou. de rescript. & 2. in anti-*
2 *quis. eod. titu. Egid. decis. 448.* Non † obstat *dictum Pauli de Castro in l. filius. in prin. de verb. oblig. quod refert Dec. in l. 3. n. 44. C. de edẽdo.* quia loquitur quãdo inter omnes aderat iurisdictio, quod non est in casu nostro. Et ita fuit decisum in causa Terraconen. Canonicatus & præbendæ. 3. Iunij. 1552. coram do. Vestano.

SVMMARIVM.

1 Testis non probat, si non constat illum iurasse tactis scripturis, neq; sufficit quod de hoc enunciatiue notarius attestetur.

Decisio ccxcv. seu. 32.

TEstis non probat † si non constat illũ iurasse tactis scripturis, neq; sufficit, q. de hoc enũciatiue attestetur notarius in ipsius testis iuramento, dicendo, testis iuratus &c. itaq; seruant domini de Rota, *secundũ gl. in c. vt circa. de elect. quam sequitur Lanfran. in ca. quoniã contra. in verbo testium. n. 4. de probat.* Et ita fuit in specie dictũ, & tentũ in causa Senogalien. Castri Procossorii, corã dom. Vestano. 10. Octob. 1552. 1

SVMMARIVM.

1 Testis vnus de veritate cũ fama publica, nõ pbat in criminalibus, etiam si ciuiliter agatur. n. 2.

Decisio ccxcvi. seu. 33.

TEstis vnus de veritate, cum fama publica, non pbat in criminalibus, si non adsunt alia adminicula. *glo. in c. veniens. el primo. de testibus. & ibi per omnes. Alexa. cons. 147. lib. 2. Dec. cons. 429. n. 9.* Quod pcedit etiam si agat † de crimine ciuiliter, *vt p Anto. in d. c. veniens. & per Abb. in fi. de testib. Io. de Anna. cons. 59. Dec. cons. 211. ante finẽ.* Et ita fuit tentũ in causa Meten. monasterij corã do. Guidobono, Aprilis 1552. & fuit confirmatum. 4. Maij. 1552. 1

SVMMARIVM.

1 Testes in curia nunquam prohibentur examinari de stylo, quamuis ponatur ad partes.

Decisio ccxcvii. seu 34.

TEstes inducti in curia, nunquã † prohibentur examinari, licet suspensum sit petitoriũ, & agatur super mero spolio, & obijciatur q. articuli tangunt petitorium, sed auditor facit illos examinari, & poni ad partes, quo ad videatur super articulis petitoriũ tangentibus, & ita est de stylo dominorum quia nunquam domini prohibent testes in curia examinari, ne probationes pereant. Ita dictum fuit in causa Romana castrorum de Comitibus, coram dom. Guidobono. 1. Iulij. 1552. 1

SVMMARIVM.

1. Testes deponentes super facto per 60. annos ante, dicuntur deponere de antiquo de stylo Rotæ.

Decisio

Decisio ccxcviii. seu. 35.

1 Testes qui deponunt de facto per 60. annos ante, dicũtur probare † in antiquis, secundum interpretationẽ, & stylum dominorum, vt dixerunt in causa Romana Castrorum de Gaetanis coram do. Guidobono. 10. Octob. 1552.

SVMMARIVM.

1 Testes super valore fructuum liquidando si sunt diuersi, accipit minor summa in qua sunt concordes: sed si de magna, mediocri, & parua summa loquuntur, tunc liquidatio fit secundum mediocrem summam. & n. 2.

Decisio ccxcix. seu. 36.

Testes qui deponunt super ualore fructuũ, examinati in causa liquidationis, si
1 deponũt diuersimode, tunc accipitur † minor summa in qua sunt concordes, sed si testes deponunt de parua mediocri, & magna
2 summa, tũc liquidatio † est facienda, secundum mediocrẽ summã, & ita obseruant, domini de stylo in liquidationib. fructuũ, ꝓut dictũ fuit in causa Tyburtina melioramentorum, coram R. dom. Montisflauonen. 17. Octo. 1552.

SVMMARIA.

1 Testis vnus potest probare vnum de visu, necnon de publica voce & fama.
2 Testis de visu inducit semiplenam probationem.
3 Testes duo de publica voce & fama inducunt semiplenam probationem.
4 Probationes duæ semiplenæ faciunt vnam plenã in ciuilibus.

Decisio ccc. seu. 37.

1 Testis vnus potest probare † vnum de visu, & pariter idẽ testis potest probare de
2 publica voce, & fama; & faciet † semiplenã probationẽ, quando de visu deponit: & quãdo de publica voce & fama, cum alio pariter de publica voce & fama faciet aliã semiple-
2.3 nam † probationem quæ duæ simul iunctæ † faciunt plenã probationẽ in causa ciuili, *secundum Bald. in l. Gallus. §. ille casus col. 3. not. 4. de lib. & posthu. quẽ sequitur Ias. in l. admonendi. n. 99. ver. limita doct. Bart. & in repet. eiusdem legis, admonendi. num. 257. ver. istam conclusionem not. ff. de iur.* Et ita fuit decisum in vna Tolletana prætensi spolii, veneris. 19. Aprilis. 1552. corã do. Capisucco.

Titulus.

SVMMARIA.

1 Titulus authoris sola supplicatione iustificatur.
2 Supplicatio sufficit ad docendum de iure tertii.
3 Resignatio facta per illum qui habet supplicationem tantum valet.
4 Supplicatione sola ius acquiritur.
5 Possessio triennalis non est necessaria si constat de titulo.

Decisio ccci. seu 1.

Titulus authoris nõ est iustificandus per literas, sed sufficit † sola supplicatio. *Egid. decisio. 112.* cum non agatur de canonizãdo titulum auctoris, sed episcopi, & supplicatio † ad docendum de iure tertii sufficit. *Cassado. decis. 8. num. 8. & 13. Gomes. in regu. de non iud. iuxta formam supplicationis. q. 7. n. 6.* Et resignatio † facta per illum qui habet supplicationem, tantum valet. *Gomes. in regu. de infirm. resign. q. 18. nu. 3.* & ex sola † supplicatione ius acquiritur. *Abb. in cap. nostri. de election. Comes. vbi supra, & facit, quod dicit Rot. decis. 88. in ant.* Et ideo non † est necessaria possessio triennalis, si constat de titulo authoris. *Cassad. deci. 2. & 3. de caus. poss. & proprie.* Et ita fuit tentum die 16. Decembris. 1552. in vna Parmen. prioratus sancti Francisci, coram Baren.

SVMMARIA.

1 Titulum coloratum an det gratia, si neutri, ad effectum obtinendi restitutionem in spolio.
2 Gratia si neutri est conditionalis, & nihil ponit in esse.
3 Data tempus quando non attendatur.

Decisio cccii. seu. 2.

Titulum coloratum non † dat gratia, si neutri, ad effectum obtinendi restitutionem in spolio: quia gratia si neutri † est conditionalis, & nihil ponit in esse, & in ea attenditur tempus quo beneficium conferri potest, non autem tempus † datæ. *Sarnen. in regul. de public. resig. q. 16. in fin. & in reg. de obten. & impetrã. beneficium vacans per obitum fam. Cardina. quæstio. 8. in fine. Ruinus consilio. 79.* Et ita fuit tentum die 20. Iunij. 1552. in vna Alexandrina præpositura, coram domino Augustino.

SVMMARIVM.

1 Narratiua quando stetur, & quando iustificanda. tit. num. 2.

Decisio ccciii.

Titulum, & ius episcopi Caietani non tenetur Anton. verificare, neque de eo docere, quia sua prouisio est narratiua cum data, ita vt non sit opus iustificatione, neque quod doceatur de dicto iure, cum stetur narratiuæ † hoc modo factæ. *cap. dudum. in versi considerantes. de probat. li. 6. Dec. in c. postulasti in. 4. no.*

4.no.de rescript.Pari.cons.4.nu.53.vol.4. Et ita fuit tentum die 22.Iunij. 1554. in vna Calaguritana Canonicatus & præbendæ coram D.Oradino.Sed die 25.dicti mēsis in eadem causa fuit dictum, quod decisio supradicta
2 non procedit in casu isto,quia dicta † narratiua non est prouisionis,sed cessionis Castellamaris in Antonium. & ideo iustificare tenetur ius illius saltem de facto, vel per bullā, vel per supplicationem, vel nouā prouisionem,vel per instrumentum possessionis.

SVMMARIA.

1 Titulus præsumptus ex possessione immemorabili non dicitur, quando fuit productus titulus, sed infectus.

2 Possessio sine titulo in iurisdictionalibus non operatur, maxime in volentibus præscribere, in aliena Diœcesi,quibus ius restit.nu.3.

DECISIO CCCIV.

1 TItulus præsumptus ex possessione immemorabili,non † dicitur, quando fuit productus titulus, sed infectus. *Egid.cons.10. col.9.10.12.13.Cur.Iun.consi.130.num.4.Aym.cons. 134.num.24.*tanto magis in possessione iuris-
2 dictionaliū,† in quibus possessio sine titulo nihil operatur.*Cassad.decis.1.num.10. de restit. spoliat.* & maxime in volentibus præscribere
3 in aliena † diœcesi, quibus ius resistit.*cap. ad decimas.de restit.spol.in 6.* Et ita tentū per maiorem partem dominorum,die 5. Iunij.1551. in vna Theatina iurisdictionis corā D. Augustino.

SVMMARIVM.

1 Titulorū multiplicatio in beneficialibus admittitur,nec tenetur quis specificare, nec eligere ante sententiam n.2.

DECISIO CV.

1 TItulorum multiplicatio † in beneficialibus admittitur.*Cassad. decis.21.nu.5.super reg. Cancell.in Dec.bon.not.4.de appel.& in reg. nemo ex his.ff.de reg.iur.Ioan.de Sylua,in tract.de*
2 *benefic.q.19.col.3.*Nec tenet quis specificare,† neque eligere ante sententiam, ex quo si nō potest iuuari vno titulo,iuuatur ex altero, ita dicit *Cassado.decis.21 super regu.* Et ita seruat Rota prout fuit tentum in vna Calaguritana Canonicatus,& præbendæ die 22. Iunij. 1551.coram D.Guidobono.

SVMMARIA.

1 Titulum coloratum habere debet agens ad spolium decimarum prout in beneficialibus.

2 Decimas petens quid probare debeat in spolio.

3 Decima an debeantur parochiali ecclesiæ.

4 Intell.tex.in c.cum contingat.de decim.

5 Beneficiatum viuere debere de fructibus ecclesiæ in qua est beneficiatus perspicuum est.

6 Intell.c.1.de præscript.in 6.& in nu.8.

7 Consuetudo percipiendi dicimas quibus prosit.

DECISIO CCCVI. seu. 6.

TItulum coloratū habere debet † agens 1
ad spolium decimarum, prout quis in beneficialibus habere debet.*glo final.in clem. 1.de caus.poss.& propriet.Rot decis.237.in non.Guido Papa decis. 85. Egid.decisio 49.& sequen.* Et
sufficit, quod agens † spolio super decimis 2
doceat de literis suis expeditis vel ex causa resignationis seu alias,& probet quod ecclesia sua solita sit percipere dictas decimas,& nunc sit spoliata.Nec obstat tex.in cap.cum contingat.de decim. quod scilicet decimæ
† debeantur parochiali ecclesiæ: quia pro- 3
cedit † ille tex.ad excludendum alias eccle- 4
sias non parochiales,non autem vbi quis est beneficiatus in parochiali ecclesia,quę per-
cipit decimas,quia certum † est quod de fru 5
ctibus dictæ ecclesiæ viuere debet.*c. vt quisque.de vit.& honest.cler.c.conquerente.de cleri.nō resid.& ibi Abb.col.1.Cassador.decis.19.de præben.*
Nec obstat † c.1.de præscript.in 6. quod de- 6
beat docere de titulo vel præscriptione centum annorum,quia respōdebatur quod ad-
erat consuetudo † etiam 70. annorum pro- 7
bata pro beneficiatis percipiendi ipsas decimas,adeo vt cesset dispositio dicti tex. *Alex. cons.124.col.7.volum. 4. Aymo.in trac.de antiqui.*
temp.par.4.nu.179. Præterea quando † bene- 8
ficiatus non intendit excludere Rectorem, & perceptorem decimarum in totum, sed vult tantum concurrere,nō habet locum *d. c.1.de præscrip.in 6.Abb.in c.si diligēti.de præscrip. & ibi Felyn.colum.3. & sequent.refert*, & sequitur Balb. in trac. de præscript. in par. prima quintæ part.principalis in octaua quæstio. num.6.& 7. & sic conclusum,quod constet de titulo colorato pro restitutione decimarum in spolio.die 30.Octobris.1551. coram do. Vestano in vna Conchen. decimarum de Carboneros.

SVMMARIA.

1 Titulum coloratum an inducat nuncii noua prouisio.

2 Nuncii prouisio non dat titulum coloratum in spolio,quando non constat de facultatibus.

3 Titulum coloratum non tribuit sola præsentatiō sine institutione.

4 Decretum irritans positum in regulare vocatoria indultorum inficit titulum, & possessionē discolorat.

5 Spolia-

5 *Spoliatus quando non restituatur.*
6 *Expectatiua reuocata an tribuat titulum coloratum. & nu. 10.*
7 *Hieronymi Veralli fratris germani collectoris istarum decisionum mentio.*
8 *Titulus an de iure requiratur in restitutione in spolio.*
9 *Titulus coloratus requiritur de rigore in spolio, ne detur vitiosus ingressus.*

DECISIO CCCVII. seu 7.

Titulum coloratū agentis spolio beneficii de iure patronatus laicorum ex do-
1 tatione, & fundatione, non probat † noua prouisio siue institutio nuncii Apostolici, cuius facultas ad conferendum beneficia erat reuocata per regulā reuocatoriam indultorum nuncii, prout dicebant quinq; ex dominis. Ratio ipsorum erat, quia institutio siue noua prouisio procedebat à non habēte
2 potestatem, & Rota tenet quod † prouisio nuncii non dat titulum coloratum in spolio quando non constat de facultatibus. *Rota decisio. 65. in antiquis Sarnen qui alios refert in q. 27. in regul. de triennali in prin.* prout nec sola præ-
3 sentatio † sine institutione, tribuit titulum coloratum. *Sarnen. in d. regul de triennali. qu. 53.* quæ regula reuocatoria indultorum habet
4 decretum irritans, quod inficit titulum, & possessionē discolorat, & propterea spolia-
5 tus † propter tale decretum non restituitur. *Rot. decis. 16. in nou. & Corset. ad sing. in ver. spoliatus ante omnia. fallent. 4.* & res de plano procedit quando apponitur in lege, vel in regula, quia inficit possessionem, & facit eam intestituibilem. *Cassado. decision. 1. de restitut. spolia.*
6 Nec facit quod dicebant alii de † expectatiua reuocata, quod tribuat titulum coloratū, & asserebant ita alias fuisse decisum, corā do.
7 Hieronymo † Verallo fratre meo tunc episcopo Britonoriē. & Locū tenēte Rotæ postea Cardinale, vt refert domi. Peregrinus coauditor in recollectis suarum decisionū, & est posita dicta decis. in libro meo decisionum recollectarum. decisio. 19. in titu. de restitu. spoliat. quia dicebant illi primi quinque quod erat casus diuersus ab illo de expectatiua reuocata, nam hæc expectatiua data fuit ab illo qui habet facultatem illam concedendi, sed secus est in collatione facta à nuncio, cuius facultates reuocata sunt. Alii quinque inter quos ego eram, dicebant,
8 quod de iure non † requiritur titulus ad restitutionem in spolio, licet Rota de rigore
9 in beneficialibus † ne detur vitiosus ingressus decreuerit titulum saltem coloratum
10 requiri, & titulum † coloratum per expectatiuam reuocatam concedendi, quia reuocationes fiunt ignorantibus, & inuitis expectantibus, quapropter in odium spoliantis conueniens est per eum titulum coloratum dari, vt dicitur *in d. decisio. domi.* Peregrini Fabii. Nec est bona ratio diuersitatis inter expectatiuam reuocatam, & facultates nuncii, quæ sufficiunt pro colore tituli in spolio, & quamuis dicerent illi primi, quod fuerūt reuocatæ: Respondebant vltimi quinque, quod potest etiam esse quod fuerint reualidatæ, & ita post multa hinc inde dicta die 16. Nouembris. 1551. diuisi permanserunt in vna Compostellana spolii parochialis de Baronna, coram dom. Baren.

SVMMARIA.

1 *Tituli colorem in spolio an probet supplicatio resignationis beneficii.*
2 *Mandati fines sunt diligenter custodiendi.*
3 *Consensus non est extendendus vltra expressa in mandato.*
4 *Renunciatio est stricti iuris.*
5 *Supplicatio sola an sufficiat per colorem tituli.*

DECISIO CCCVIII. seu 8.

Tituli colorē in spolio non † probat supplicatio resignationis beneficii, quæ 1
habet subrogationem, etiam quoad causam spolii, si resignans nō dedit mandatū adhuc ad cedendū actionē spolii, ea ratione, quia obiectio data respicit causam spolii, videlicet quod ille non est surrogatus, nec poterat subrogari quoad spolii causam, quia mādatum non continebat facultatē cedendi actionem spolii, & fines † mandati sunt dili- 2
genter seruandi. *l. diligenter ff. mandat. ca. cum olim. de offic. deleg. Rot. decision. 23. de concessione prabend. in nou.* Præterea consensus † non est 3
extendendus vltra expressa in mādato. *l. iubemus. C. ad velleia. Alex. cons. 132. in fin.* Ratio est, quia renunciatio † est stricti iuris. Bald. 4
in leg. prima. C de edicto diui Adria toll. Gozad. cons. 1. col. 3. Et qui intendit latissime cedere, dat mādatum generale ad cedendum cum clausula, iuxta formam supplicationis signatæ, vel signandæ. Nec obstat quod dicitur, quod sola † supplicatio sufficit pro colo- 5
re tituli, cum solo consensu tacito resignantis, ex *Sarnen. in regul. de public. q. 7. num. 2.* quia obiectio respicit causam spolii, vt dictum est, & ita tentum die 24. Martij. 1553. in vna Lucana Canonicatus, & præbendæ, coram dom. Decano, & vide supra, subrogatio gratiosa.

SVMMARIA.

1 *Titulus requiritur vt competat interdictū adipiscenda, sed sufficit, quod sit inutilis. nu. 2.*

3 *Possidere*

3 *Possidere quis præsumitur ex titulo præambulo.*
4 *Iurispatronatus quasi possessio cum bona fide, sufficit vt quis immittatur in possessionem præsentandi.*

DECISIO CCCIX. seu. 9.

Titulus requiritur ad hoc vt competat
1 † interdictum adipiscendæ, & sufficit,
2 quòd sit inutilis † vt excludat possessorem iure familiaritatis, quia præsumitur posside-
3 re † ex titulo præambulo. *l. quædam mulier.*
4 *ff. de rei vendicat.* & bona fides † etiam sufficit in quasi possessione iurispatronatus, vt quis immittatur in possessionem præsentandi, de quo vide supra in verbo bona fides. Et ita fuit dictam, & tentum est in vna Burgen. iurispatronatus. S. Dorotheæ, coram do. Decano. 1. Iulij. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Titulus coloratus in fauorem possessoris cui ius resistit, non præsumitur ex decennali possessione.*

DECISIO CCCX. seu 10.

1 Titulus coloratus non præsumitur † ex decennali possessione in fauorem possessoris, cui ius resistit. Ita fuit tentũ in causa Carthaginen. decimarum, coram do. Vestano 16. Nouemb. 1552. Et vide supra in verbo, possessio decennalis.

SVMMARIVM.

1 *Titulus coloratus oritur ex collatione Vicarij Episcopi adminiculata cum aliquali probatione potestatis ipsius.*

DECISIO CCCXI. seu. 11.

1 Titulus coloratus oritur † ex collatione facta per Vicarium Episcopi, quando collatio est adminiculata cum aliquali probatione potestatis ipsius Vicarij secundum decisio. *Egid. 50.* quam sequuti sunt domini in vna Bassanen. Parrochialium, coram do. Guidobono. 18. Ianuarij. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Titulus coloratus prouenit ab expectatiua reuocata.*

DECISIO CCCXII. seu. 12.

1 Titulus coloratus prouenit ex † expectatiua reuocata. Ita fuit dictum per dominos pro constanti, & aliàs resolutum in vna Giernen. beneficij de Torres in campo, coram do. Guidobono. 24. Februa. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Titulus coloratus licet oriatur ex expectatiua reuocata: fallit tamen vt nu. 2.*

DECISIO CCCXIII. seu. 13.

Titulus coloratus licet † sumatur ex expectata reuocata, secundum quòd sæpius aliàs decisum fuit in Rota, tamen quã- 1
do † acceptans acceptauit sub conditione, 2
si beneficium caderet sub sua gratia, aliàs non, & ita petiit prouisionem, & possessionem, & probetur quòd tempore acceptationis conditio defecit, cum expectatiua esset reuocata, tunc non oriretur titulus coloratus ex expectatiua reuocata, per iura, & rationes allegatas in causa Giernen. de Torre del campo, coram dom. Guidobono. 14. Martij. 1552. Et vide supra in ver. expectatiua reuocata. Et ita fuit confirmatum in eadem causa. 28. Martij. 1552.

SVMMARIA.

1 *Titulum præsumi ex cursu longi temporis intelligitur, dummodo non constet de contrario, vel de titulo inualido per inspectionem. nu. 2.*
3 *Constare de inualiditate tituli per inspectionem quomodo dicatur.*

DECISIO CCCXIV. seu. 14.

Titulum præsumi † ex cursu longi tempo- 1
ris, hoc intelligitur, † dummodo non 2
constet de contrario, vel de titulo inualido per inspectionem. *Aymo. in tract. de tempo. antiquitat. 3. part. nu. 27. vers. 7 limitatur.* Et ita tẽ- 3
tum fuit in causa Ispalen. matrimonij, coram do. Guidobono 4. Nouembris. 1552. vbi fuit contractum matrimonium intèr eos quibus obstabat impedimentum publicæ honestatis, tamẽ fuit producta dispensatio cuiusdam præpositi à Fabrica S. Petri, sed ex eius lectura † apparebat de inualiditate, qa non cõstabat de facultate ipsius dispensantis, licet coniuges permãserint in possessione matrimonij per 26. annos. Tamen fuit dictum quòd non præsumebatur illa solemnitas extrinseca, vel titulus, cum ex inspectione constaret de eius inualiditate: vide in lib. Guidoboni anni. 1552.

TRANSACTIO.

SVMMARIVM.

1 *Transactio quo pacto adimpleta non dicatur, & quid si contineat pactum resolutiuum.*

DECISIO CCCXV. seu 1.

Transactio non fuit adimpleta per Gentilem facto suo, ex quo post factam trãsactionem, per paucos dies patrem interfecit, & ideo Anton. ipse non potuit exigere mille scu. in transactione † promissa. *l. dedi.* 1
§. fin. ff. de condi. cau. dat. & ibi not. Bart. Et quia transactio habet pactum resolutiuum † quo 2
cauetur, quòd in euẽtum quem scuti 1000. non exigantur per Antonium, partes repo-

sitæ sint in pristinum statum, quare videtur quodammodo electam fuisse industriam personæ ad recuperandum illos 1000. scutos, ex quibus sequitur, quòd Simon filius Gentilis non possit se iuuare ista transactione, & ita fuit tentum die 5. Iunij. 1551. coram do. Fabio Decano in vna Romana hæreditatum, & bonorum.

SVMMARIA.

1 *Transactio correspectiua non prodest agenti, nisi doceat se pro parte sua adimpleuisse, nec sufficit docere de adimplemento in parte etiam maiori, nu. 2.*
3 *Transactioni contrauenies etiam in minima parte potest priuari.*
4 *Emphyteuta potest ex secunda caducitate priuari, licet prima fuerit sibi remissa.*

Decisio cccxvi. seu. 2.

TRansactio quando est correspectiua, & vnus vult se ex illa iuuare, debet docere
1 † se adimpleuisse, p parte sua. *l. quæro.* §. *inter locatorem, vbi Bart. & Alex. ff. locat. l. Iulianus.* §. *offerri. ff. de act. empt. l. cum proponas la 2. C. pact.*
2 *& in c. 3. de iureiuran.* Nec sufficit † docere de implemento in parte etiam maiori. *Bald. in l. fin. C. de commod. Ias. cons. 3. col. penul. vol. 4.* nec remissa videtur caducitas propter receptio-
3 nem partis, quia nihilominus ille † qui contrauenit, perseuerauit in sua contumacia, & si ex vlteriori cessatione agi poterat contra non adimplentem, vt caderet à commodo transactionis, vt in simili dicitur in emphyteuta, cui licet remissa fuerit prima caduci-
4 tas, nihilominus ex vltima † potest priuari, vt concludunt omnes, *in l. 2. C. de iur. emphyt.* Et ita fuit resolutum in causa Romana hæreditatis, & bonorum die 20. Nouemb. 1551. coram do. Decano.

SVMMARIA.

1 *Transactio resoluitur ob non adimplementum vnius partis.*
2 *Transactione resoluta, an accepti restitutio sit facienda.*
3 *Exceptio transactionis est litis finita.*
4 *Transactioni iuratæ contrauenies, cadit ab omni actione.*
5 *Ias in l. si diuersa. C. de transact. declaratur.*
6 *Contradictor legitimus quando quis dicitur possit.*

Decisio cccxvii. seu. 3.

TRansegit Liuia cum Gentili super hæreditate Episcopi Ariminen. & in ipsa transactione Gentiles dederat Liuiæ vnam cedulam bancariam 2000. ducatorum, & soluerat ducat. 600. & promisit facere multa alia, quæ nō fecit, & propterea transactio ob nō adimplementum † Gentilis, resoluta 1
fuit. Liuia post obitum Gentilis petebat se immitti in possessionē hæreditatis Episcopi, ex remedio. *l. final. C. de edict. diui Adrian. toll.* Simon filius Gentilis replicabat de trāsactione, in qua renunciauerat dictæ hæreditati. Duplicabat Liuia quod transactio fuit resoluta, quoniam nō fuit impleta pro parte Gentilis, quare debet immitti in possessionem. Triplicabat Simon quod si transactio erat resoluta, quòd Liuia tenebat † re- 2
stituere cedulam 2000. ducatorum, & ducatos 600. soluta tempore transactionis. per tex. *in l. si diuersa, vbi Barto. & Salycet. & Paul. de transac. & ibi Ias.* post alios, & quousq; non restitueret, quòd accepit, obstabat parti exceptio transactionis, quæ † est exceptio litis fi- 3
nitæ. *l. fratres. vbi omnes. C. de transact.* respondebatur pro Liuia, quòd ipsa non tenetur restituere dicta 1000. & 600. ducata antequam esset immissa in possessionem, quia Liuia non venit contra transactionem, sed dicit, quòd transactio est resoluta culpa partis aduersæ, quia Gentiles non adimpleuerat pro parte sua, & sic propter moram, & contumaciam suam, quo casu intrat dispositio. *l. si quis maior. C. de transactio.* qua cauetur venientem † cōtra transactionem iuratam, 4
cadere ab omni actione, cum fuerit in dolo non faciendi, & seruandi ea ad quæ erat obligatus. *l. procuratorem,* §. *dolo. & l. dolo. ff. mandat. Roman. cons. 332. 2. dub. Corneus cons. 116. ad fin. volum. 1.* Nec obstat † dictum Ias. *in d. l. si* 5
diuersa. C. transact. quia loquitur quando mutuo cōsensu partium dissoluitur transactio, quia tunc sub illa conditione resolui videtur, vt omnia restituerentur, non autem quando resoluitur culpa alterius partis non adimplentis. *& Curt. iun. in d. l. si diuersa nu. 2. reprobat Ias.* Quare cum Liuia petierit tantum se immitti in possessionem ex. *l. fin. C. de edict. diui Adrian. toll.* & Simoni obstet inobseruantia dictæ transactionis, non potest † dici legitimus contradictor, quia nullum 6
habet titulum à defuncto vt est tex. *in d. l. fin. in ver. legitimo modo. vbi glo.* & omnes Doctores declarant, & ita tentum 9. Decembris. 1551. coram domi. Decano, in vna Romana hæreditatis, & bonorum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Transactio seu cessio rei immobilis ecclesiæ non est de iure valida sine solitis solemnitatibus adhibendis in alienatione, & nu 3. nam dicitur alienatio. nu. 2.*

DECISIO CCCXVIII. seu. 3.

TRansactio seu cessio rei immobilibus Ecclesiæ non est de iure valida, si in ea
1 non interuenerint solemnitates † requisitæ de iure in alienationibus rerum Ecclesiæ, prout est decretum iudicis, & consensus capituli, & ratio est quia dicitur quodammo-
2 do alienatio † quæ fieri non potest sine solemnitatibus, de quibus. *in c. sine exceptio. 12. q. 2. & per Abb. in c. contingit. nu. 3. vers.* concluderem. de transact. & ideo fuit tentum pro
3 nullitate † cessionis litis, & causæ factæ super re immobili ecclesiæ, ex eo quia non interuenerunt solemnitates requisitæ in alienationibus rerum ecclesiarum, *vt per Abba. in c. 1 nu. 8. vers.* & nota bene hoc dictum. de deposito. Et ita fuit tentum in causa Aquilana legati seu bonorum, coram do. Capisucco Veneris. 12. Februa. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Transactione pura existente, intrant consilia Ruini, de quibus hic.*

DECISIO CCCXIX. seu. 4.

TRansactio si est plura, licet resolubilis ex post facto, & non sit conditionali tūc in-
1 trant † consilia. *Ruin. 32. & 33. vol. 1.* Et fuit dictum in causa. Asculana bonorum, coram domino Augustino 1. Decemb. 1552.

Translatio.

SVMMARIVM.

1 *Transferendi facultas concessa in prima constitutione pensionis, an intelligitur retenta in cedula retensionis promotorum ad ecclesias.*

DECISIO CCCXX. seu. 1.

TRansferendi facultas concessa in prima cōstitutione siue assignatione pen-
1 sionis facta alicui, non † intelligitur retenta in cedula retentionis beneficiorum, & pensionum, quæ datur promotis ad Ecclesias, nisi expresse in cedula retētionis dicatur sic videlicet. Et cum retentione pensionis, & cum eadem facultate transferendi, per rationes adductas supra in verbo retentio, & ita decisum fuit in causa Aretina siue Sarnē. pension. coram do. Decano, die 16. Decembris. 1552.

Transumptum.

SVMMARIA.

1 *Probandi facultas perire non debet.*

2 *Transumptum ex registro bullarum sufficienter recognito, an dicatur benè factum.*

3 *Iura transumptata quando sint in forma probanti.*

DECISIO CCCXXI. seu. 1.

TRansumptum ex registro bullarū sufficienter recognito, quod fuit publicatum, coram iudice ordinario, parte citata, ne facultas probandi periret iuxta disposi- 1
tionem cap. fin. de fide instrum. dicitur be- 2
nè factum. Nec obstat litis pendentia, coram alio iudice, iuxta dictum, *Belenz. in tract. de caritatiuo subsidio. q. 113.* nam ad illud domini responderunt, quod non habebat locum in isto casu, quia coram Auditore Cameræ fuit citata ista pars contra quam tunc pendebat lis, & ideo fuit tentum, quòd iura
† transumptata sunt in forma probantia die 3
1. Iulij. 1552. in vna Fundana prætensi iurispatronatus, coram do. Augustino.

Triennalis possessio.

SVMMARIA.

1 *Triennalis possessio non dicitur pacifica stante lite.*

2 *Triennalis possessio rumpitur per litem in partibus intentatam.*

DECISIO CCCXXII. seu. 1.

TRiennnalis possessio non dicitur pacifica stante † lite, quæ tamen licet fuerit in 1
partib. intentata, sufficit † ad interrum, pen- 2
dum triennalem possessionem. Ita fuit dictum in causa Burgen. de Cotro, coram Episcopo Mōtisflasconen. Lunæ. 5. Decemb. 1551.

Tutor.

SVMMARIA.

1 *Tutor qui nō permisit in specie pupillum in defensum non relinquere an dicatur legitimus, si alia de quibus hic adimpleuit.*

2 *Adimpleri aliquid quando per æquipollens sufficiat.*

3 *Tutoris gesta an valeant, quando fuit habitus vt tutor, & nu. 5.*

4 *Repudiatio communis facit ius.*

DECISIO CCCXXIII. seu. 1.

TVtor qui in deputatione promisit vtilia facere, & inutilia prætermittere, & rem pupilli saluam fore, & omnia alia ad quæ de iure tenetur, licet non promiserit in specie pupillum indefensum non relinquere, tamen dicitur † legitimus non obstante text. 1
in l. fin. §. omnem. C. de admin. tut. vt per Bar. Cun. Roman. & Alex relatos per Brun. in tracta. de forma. fol. 23. versi. cæterum fortificantur nam
sufficit † quòd per æquipollens adimplea- 2
tur. *Guido Papa. q. 330. Capell. Toll. quæst. 63. Alex. cons.*

conf.80.num.14.lib.5. Et eo maximè gesta per
3 talem tutorem valent, quia † fuit habitus,
4 tentus,& reputatus vt tutor,quo casu communis reputatio † facit ius. *l. Barbarius.de of-*
5 *fic.prato*. & præsumitur, † quòd omnia fecerit. *Soc.in conf.153.col.2.ver. ad hanc obiectionem. vol.2.* Et fuit tentum die 4.Nouembris.1551. in vna Vrbeuetan.hæreditatis,& bonorum, coram do.Fabio Accorambono Decano.

SVMMARIA.

1 *Tutor non potest praiudicia pupillis facere ante inuentarium confectum.*

2 *Processus dicitur nullus, quando est factus cum tutore pupilli qui nō confecerat inuentarium.*

DECISIO CCCXXIV. seu. 2.

1 TVtor non potest præiudicialia † pupillis facere ante inuētarium confectum, vt per *Specul. in titul. de senten.* §. *inuent. versic.* item est nulla ratione litigatorum. *& per Bart.in l.si tutor not.1.C.in quibus caus.restitut.in integer. non est necess. Boer. decis. 53.* & per hæc tenuerunt domini, quòd processus factus
2 cum tutore † pupilli,qui non confecerat inuentarium sit nullus, in vna Anconitana fideicommissi, coram domi. Vestano die 23. Maij.1552.

VACATIO.

SVMMARIA.

1 *Vacare quando dicatur beneficium in curia.*

2 *Priuilegium concessum portionariis, loquens de vacatione in curia, comprehendit vacationem per obitum,& per resignationem.*

3 *Vacare verbum comprehēdit etiam vacationem per resignationem.*

4 *Annata soluitur tam de vacatione beneficij per obitum,quàm per resignationem.*

DECISIO CCCXXV. seu. 1.

1 VAcare † dicitur beneficium in curia, siue beneficiū vacet per resignationem, siue per obitum, & super huiusmodi vacatione non fit aliqua differentia: & priuilegium concessum portionariis loquēs de va-
2 catione in curia comprehendit † vtrumq; casum,& ex quo portionarij habent funda-
3 tam intentionē,quia verbum,vacare † comprehendit etiam vacationem per resignationem. *c.si propter. in glo. in verbo vacabunt. de*
4 *rescript.6.* & quia vtraq; † vacatione soluitur annata,& ita tentum die 5.Iunij.1551. in vna Tolletana fructuum, coram domino Chissanen.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio an sit probanda in noua prouisione etiam quod prouisio de facto praecesserit.*

DECISIO CCCXXVI. seu2.

VAcatio est probanda † in noua prouisione,non certus modus vacādi, etiam quòd prouisio de facto præcesserit. Ita tentum fuit in vna Tullen.prioratus de Telangiis,coram Decano Veneris.29.April.1552. 1

SVMMARIVM.

1 *Vacatio in curia inducitur, si beneficium vacat per sententiam priuationis latam in curia cōtra praesentem secus si contra absentem, vel non verum contumacem.nu.2.*

DECISIO CCCXXVII. seu.3.

VAcatio in curia † inducitur si beneficiū vacat per sententiam priuationis latam in curia contra præsentem personaliter citatum,defendentem se per se ipsum,vel per procuratorem,vel contra verum contumacem, *vt est decis. 86. aliàs 35. de praebend. in antiq. Franc.in ca.praesenti.§.sanè. vers.4. adde. de praeb. in 6. Abb.in c.ad petitionem not. 3. & Fel. ibidem, nu.2.de accusat. gloss. in verbo moti, in cle.1.vt lit. pend.secus.* contra † absentem,vel non verum contumacem, quia tunc non habetur pro præsente, vt pro *Sarnen.in reg. de Imper. benef. vacan.pro obitum famil.Card.q.7.nu.7. & seq. & per Pautnum in septimo praludio. nu. 8. de offic. & pot. cap. sed vacan.* Et ita fuit tentum in causa Compostellana Canonicatus coram dom. Vestano.19.Decem.1552. 1 2

Valor beneficij.

SVMMARIA.

1 *Valor beneficij expressus in supplicatione, quo pacto sit verificandus.*

2 *Fructus intelligendi sunt deductis oneribus perpetuis.*

3 *Pensio secunda quando remaneat valida.*

DECISIO CCCXXVIII. seu.1.

VAlor beneficij expressus in supplicatione est † verificandus deductis oneribus perpetuis impositis super fructib. eiusdem beneficij. *Cassad.de praeben.decis 19.& Fel.in cap. ad aures.de rescript.col.3.* Verum cum aliàs fuerit reseruata Andreæ Carillo pensio. 100. ducatorum super fructibus Archidiaconatus de Zatina Ecclesiasticæ Valentinæ, cum facultate transferendi,& cum accessu, in euentum non solutionis pensionis, cumque super illis fructibus esset assignata per prius alia pensio. 400. duc. perpetua præceptori dictæ Ecclesiæ, præceptoriam huiusmodi pro tempore obtinenti, pro dote eiusdem præceptoriæ & in reseruatione secundæ pēsionis 100. duca. Archidiaconatus ad 800. ducat.ascendere fuisset expressum,cum verè essent valoris 1200.ducat. & quia dictum fuit in supplicatione, quòd d. pensio cum 1

aliis

aliis medietatem fructum non excedebat, Cõstantinus & Castello Archidiaconus volens annullare pensionem illam secundam iam translatam ab Andrea in alios, dicebat pensionem illam centum ducat. excedere medietatem fructuum, quia illa 400. quæ soluebantur præceptori perpetuo cum istis 100. postremo loco impositis, excedebant medietatem fructuum respectu summæ expressæ, videlicet, dictorum 800. duc. Replicabant pensionarij, quod illi quadringenti assignati pro dote præceptoriæ, non erant Archidiaconatus, sed dictæ præceptoriæ, qui quidem erant deducendi ex fructibus Archidiaconatus tãquam onus perpetuam. vnde sequitur quod expressio fructuum ad 800. duc. facta fuit in assignatione istius vl-
2 timæ pensionis, cum fructus intelligi † debeant deductis onerib perpetuis. *Cassado. decis. 19 de praben.* & sic illi quadringenti ducati non comprehendantur in illis 800. expressis in supplicatione pensionis centum ducatorum, & sic iustè dictum fuit, quòd pensio hæc 100. ducatorum cum aliis non excedebat medietatem fructuum, & ideo rema-
3 nebat valida, & ita fuit tentum die 23. Octo-ctob. 1551. coram do. Chissanen. in vna Valentina pensionis 100. ducatorum.

SVMMARIA.

1 *Probare ille debet valorem beneficij, qui agit ad annullationem pensionis.*

2 *Valor male expressus quando non vitiat pensionem.*

3 *Clausula adiecta ad vnum qualificandum ad alia non refertur.*

DECISIO CCCXXIX. seu. 2.

1 VAlor beneficij probandus est † per eum qui agit ad annullationem pensionis.
2 *Gig. in tract. de pens. q. 19 num. 9* & si valor † pro validitate gratiæ regressus reseruati in eisdem literis reseruationis pẽsionis malè expressus sit non vitiat pensionem, quia clau-
3 sula † adiecta ad vnum qualificandum, ad alia non refertur. *Bart. in l. fin. ff. de reb. dubi.*, & *ibi. Socin. col. 2. Alexan. cons. 48. col. 2. lib. 1* Et ita tentum die 21. Martij. 1551. coram domin. Chissanen. in vna Valentina pensionis.

SVMMARIA.

1 *Valor beneficij probandus est de tempore prouisionis, & non de antiquo tempore.*

2 *Præsumitur in eodem statu non esse illa quæ sunt mutabilia cursu temporis.*

3 *Valor præteritus infert ad præsentem.*

4 *Confessio facta in precibus per me porrectis iam sunt 30. anni, non probatur valor expressus ab aduersario meo nunc.*

DECISIO CCCXXX. seu. 3.

VAlor beneficij probandus est de tempore prouisionis, † & non sufficit pro- 1
bari de antiquo tempore. *Oldra. cons. 58. Felyn. in c. ad aures. col. fin. vers. 16. conclude. de rescript. Sarnen in reg. de valore. q. 1.* cõcurrit iuris præsumptio, quod ea quæ sunt mutabilia † cur- 2
su temporis, non præsumuntur in eodẽ statu esse. *l. spadonem. & ibi glo. & Doct. § qui absoluitur.* de excusa. tutor. & ex valore de † præ- 3
terito infertur ad valorem de presenti. *l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid.* Nec obstat confessio facta in precibus iam sunt anni 30. quia nihilominus magnus magister expressit nunc maiorem valorem, quem probare tenetur. *Cardin. Io. And. alii relati per Felyn. in c. ad aures. col 3. vers. 3. conclu. de rescrip.* Et propterea tentum fuit quod ex † confessione facta in prę- 4
cibus per me porrectis iam sunt 30. anni, nõ ꝓbatur valor expressus ab aduersario meo nunc. Et ita tentum fuit die 13. Martij, corã domino Baren. in vna Augustam. præfectoriæ.

SVMMARIA.

1 *Valor semel expressus, exprimi non debet: quid si exprimitur sed falsus? ibidem.*

2 *Stylus curiæ pro lege habetur.*

DECISIO CCCXXXI. seu. 4.

VAlor semel expressus, exprimi non † de- 1
bet. Sed si exprimitur, & expressio falsa sit, non potest in alia sequenti expeditione augeri, & si augeatur expeditio est nullius roboris, & momenti, prout est regul. cãcell. Paul. Papæ Tertij. nec minus de stylo curiæ expediuntur etiam in forma rationi congruit, qui stylus pro † lege habetur. cap. tam 2
grauide crimine falsi. latius. *in cap. ex literis. de consuet. & per scribentes in c. ad audientiam. de rescript.* ita fuit tentum in causa Augustana dimidiæ portionis, corã Capisucco secunda Martij. 1552.

SVMMARIVM.

1 *Valor quamuis non sit sufficienter in prima instantia probatus, potest in secunda probari.*

DECISIO CCCXXXII. seu. 5.

VAlor licet non sit sufficienter probatus in prima instantia, tamen sententia illa non † est per hoc reuocãda in 2. cum ex no- 1
uiter deducendis sententia prædicta iustificari possit, & ita seruatur in Rota prout di-

ctum fuit in vna Vicen. beneficij Sancti Sebastiani Veneris 2. Decemb. 1551. coram do. Fantuccio.

Venditio.

SVMMARIA.

1 *Periculum, & commodum rei æstimatæ datæ in solutum ad quem pertineat, & nu. 2.*
3 *Commodum regulatur ab onere.*
4 *Vendere est datum in solutum.*
5 *Vendita res pertinet ad emptorem, vna cum fructibus.*
6 *Aestimata res si est data in dotem, & nuptiæ sequutæ non sunt, res repeti potest, non pretiũ.*
7 *Mala fides causatur ex scientia rei alienæ.*
8 *Minoris rem habens cum mala fide tenetur rem restituere vnà cum fructibus.*
9 *Interesse pretij per emptorem soluti, quando venditor soluere teneat.*

DECISIO CCCXXXIII. seu 6.

VEndiderant illi de Cytera, certis nobilibus tunc in infantili ętate constitutis, quoddam Casale, pro quibus venditionib. dicti nobiles pro parte pretij soluerunt summam bis mille duca. in pecunia numerata, & vsque ad summam 3500. scut. dederunt in solutum multa animalia æstimata; post venditionem, ipsi de Cytara venditores rem & pretium retinuerunt, & dum emptores agerent pro habenda possessione rei emptæ, replicabant venditores cõtractum nullum extitisse, emptores repetebant pretium, & animalia data in solutum cum fructibus, & fętibus, & sic orta fuit dubitatio an ad id de iure tenerentur? dicebatur per venditores, quòd ipsi non tenebantur, ex eo quia erant
1 data in solutum animalia æstimata, † & propterea erat in eos translatum dominium, & periculum, & commodum ad eos pertinebat. *l. quoties. l. cum dotem. C. de iure dotium. l. æstimas. cum l. seq. & ibi Bar. Paul. & alij. solut. matri. Socy. cons. 56. col. pen. Affli. decis. 270.* & peri-
2 culum animalium † stante æstimatione pertinet ad dictos venditores. *l. plerunq. ff. de iur. dot.* Ideo ad eos commodum pariter specta-
3 re debet, cum cõmodum † ab onere regulatur, *l. secundum. ff. de regul. iuris. Bald. & Doctor. in l. planè. §. si duobus. ff. de legat. 1.* & ex eo quia
4 dare † in solutũ, est vendere. *Bart. in l. 1. §. cum tradiũ. ff. de pigno. Oldr. cons. 248.* Et ad empto-
5 rem res, vendita cum fructibus spectat. *l. id quòd. ff. de pænicul. & comend. rei vend.* At emptores replicabunt dubitationem prædictã decisam esse per text. in l. iuribus. *la 1. §. 1. de*
6 *iur. dotiũ.* qui dicit quòd si res æstimata † data est, & nuptiæ sequutæ non sint, res repeti potest, non pretium, & quamuis res æstimatæ regulariter faciant emptionem per. *l. 1. §. æstimatarum. & §. æstimatas. C. de rei vxoriæ actione.* & res datæ in dotem æstimatæ sint, tamen Iurisconsultus ibi vult, quod si nuptiæ non sequantur, quod res data restituatur, nõ autem pretium, & ex eo quia ipsi de Cytara habebant rem venditam, & dictas pecunias, & animalia, & sciebant quod non licebat eis retinere rem, pretium, & animalia. *l. curabit. C. de actio. empt.* & sic erant in mala fide † cum scirent animalia esse aliena. *l fin.* 7
C. vnde vi. Fely. in c. si dili genti. nu. 5. de præscript. non videtur fouere iustam causam, posteaquam de iure qui habet † rem minoris cum 8
mala fide, tenetur restituere rem vnà cum fructib. *l 2. C. si quis ign. rem min.* & *ibi Bald. Salic. & alij facit. l. ubi lex, & ibi gl. in prin. ff. de vsufruct.* & etiam de pretio eisdem venditorib. soluto in pecunia numerata, debet soluere 9
interesse. per *d l. curabit. C. de actio. empt. & ibi gloss. in verbo ratio.* & facit quod dicit Abbat *cons. 62. col. fin. in fin. lib. 1.* & ita tentũ 16 Martij in vna Rom. Casaliis coram dom. Baren. 1551.

SVMMARIVM.

1 *Venditio an sit rescindenda propter pactum de retrouendendo, & modicitatem pretii, & nu. 2. & 3.*

DECISIO CCCXXXIV. seu. 2.

VEnditio officij Notariatus do. Auditoris per Georgium de itinere tunc notario Iulio Gentili, pro duc. 4000. in qua venditione adest pactum de retrouendendo, non † est rescindendum propter modi- 1
citatem precij, & pactum prædictum, licet postmodum dictum officium venditũ fuisset pro duc. 5000 Quia ista modicitas pretij, cum pacto redimendi non † est talis quæ 2
rescindat dictum contractum venditionis. *Iuxta decis. Cassad. prima. de vsur.* & quod pariter dic. venditio non est simulata † cum illa 3
modicitate pretij, & pacto redimendi. Ideo erat standum concordiæ quæ erat bona, & ita fuit tentum in vna Romana coram do. Chissanen. die 20. Iunij 1552.

VERBA.

SVMMARIA.

1 *Verba enunciatiua non probant nisi inter easdem personas, etiam si per modum causæ sunt prolata.*
2 *Verba narratiua etiam iurata quando probent.*

DECISIO CCCXXXV. seu. 3.

VErba enunciatiua † non probant nisi 1
inter easdem partes, etiam quando sunt prolata per modum causæ. *Bart. in l. cum taber-*

tabernam.§.idem quæsiuit.nu.3.ff.de pign. Et ita tentum fuit coram dom. Chissanen. die 18. Martij.1552. in vna Bononien.bonorum &
2 quando verba† narratiua,etiam iurata probent. Vide supra in ver.possessio spoliati.

SVMMARIA.

1 *Verba enunciatiua geminata etiã iurata an probent quando sunt principaliter prolata propter aliud.*
2 *Verba pluries geminata, an pro vna vel pluribus confessionibus habeantur.*
3 *Verba enunciatiua sicut non probant propter se, ita nec propter iuramentum.*

DECISIO CCCXXXVI. seu. 2.

1 VErba enunciatiua geminata,† & iurata, quando nõ sunt prolata propter se principaliter, sed propter aliud, non probant. *Anto. Abba.& alii in c.illud.de præsump. Dec.cons. 26.Aymo.cons.174. & Felyn.in d.cap.illud.not.2. & vide supra in versic.possessio spoliati.* Nec obstant verba geminata, quia erant dubia, & non figebant pedes in occupatione Lucæ tantum, sed in occupatione Liuiæ, & aliorum, & propterea non poterant diuidi. *leg. Aurelius.§ idem quæsiit.ff.de libe. leg.* & quia et-
2 iam quod fuissent pluries † dicta verba geminata, pro vna tantum confessione habebantur.*Dec.in l.ex his limi.1.num.10. C.de milit.*
3 *testamento.* Nec obstat iuramentum, quia† sicut verba enunciatiua nõ probant,propter se, ita non probant propter iuramentum. *Dec.in d.l.ex his.limi.6.C.de milit.testam.Vitalin. de Gambar.in tract.clausularum, in verbo de verbis enunciatiuis.circa finem.Ias.consilio 36. volum. 3.Egid.decis.91.in 7.fallent.* Et ita fuit resolutum, coram dom.Chassanen. in vna Bononien.bonorum die 13.Maij.1553.

SVMMARIA.

1 *Verbis narratiuis priuilegii absque alia probatione non statur, quando illa narratiua fuit facta ad partis instantiam.*
2 *Narratiua probat in antiquis, quando facta fuit ad instantiam partis.Intellige vt nu.3.*
4 *Credendum non est parti testificanti in causa propria.*
5 *Narratiua Principis non statur, quando narrata tangunt interesse partis.*
6 *Narratiua vt probet contra tertium quid requiratur.*
7 *Narratiua plurium instrumentorum antiquorũ æquiparatur publicæ voci,& famæ.*
8 *Fama probat in antiquis.*
9 *Probationes leuiores sufficiunt.*

DECISIO CCCXXXVII. seu. 3.

VErbis narratiuis priuilegii absque alia probatione standum non † est, quando 1
illa narratiua facta fuit ad instantiam partis. *Roma.cons.336.Ripa responso 9. libro 2.* & licet in antiquis † narratiua probet, quando est fa- 2
cta ad instantiam partis, tamen intelligitur † quando constat de pluribus instrumentis, 3
vel plures testes adducuntur. *Aretin.cons. 163. colum.3.*alias crederetur parti † testificanti in 4
causa propria,quod non est dicendum.*l.nullus ff.de testib.* & tunc neque statur narratiuę † Principis,quando scilicet narrata tangunt 5
interesse partis.*Dec.consilio 544.num. 11.* & ad hoc vt narrata de antiquo probent contra tertium,requiritur, † quod sint plurium in- 6
strumentorum, quæ non habeant originem ab eisdem personis.*Socynus consilio 194.num.9. lib.2.Aymo in tract.de antiq.tempor.in 1.par.nu. 76.*quia tunc æquiparatur † publicæ voci,& 7
famæ quæ † probat in antiquis.*Dec.in ca.cum* 8
causam.num.3.de probat. Et ita fuit tentum 14. Martij.1552.coram domi. Reomano in vna Lugdunen.prioratus, quæ decisio fuit confirmata die 23.Martij dicti anni,& fuit dictũ quod in casu nostro sufficiunt leuiores † 9
probationes, tanto magis quia sumus in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua instrumenti etiam coram tertio probant dotem semiplene,& quare. Et quid si sunt enunciatiua inter diuersas personas.*

DECISIO CCCXXXVIII. seu 4.

VErba enunciatiua instrumenti coram tertio probant † dotem semiplene,quia 1
hoc est inductum fauore dotis. *Dec. in leg. ex his.num.11.cum.seq.C.de milit. test. & in cons 35. num.3.& 4.Bart.cons.123.Roman.sing.534.& Alexand. in consil. allegato per Decium.* vbi dicit procedere etiamsi essent † enunciatiua in- 2
ter diuersas personas, & ita fuit tentum die 20.Maij.1551.in vna Ecriuẽ.pecuniaria, coram domino Guidobono.

VICARIA.

SVMMARIA.

1 *Vicaria perpetua in eccles.curata, & parochiali, non datur quando habet rectorem, nisi prout hic.*
2 *Vicarius perpetuus solus an possit agere ad decimas. & num.7.*
3 *Vicario si assignatur certa portio,habitus, & possessio dicitur esse penes rectorem.& num.5.*
4 *Vicarius perpetuus non potest agere ad decimas sibi non assignatas.*

6 *Vicaria probatur ex eo quod quis recipit congruentem portionem pro victu.*

DECISIO CCCXXXIX. seu. 1.

1 VIcaria perpetua in ecclesia curata, & parrochiali, non datur † de iure, quando habet Rectorem, nisi illa parrochialis sit annexa alteri ecclesiæ. *ca. extirpanda.* §. *qui vero. vbi glo. in verb. perpetuo. de præbend. & glos. in clem. 1. in vers. parrochialium. de offic. Vicarii. Gemi. consi. 86. in princip.* Sed si Parochialis est an-
2 nexa alteri ecclesiæ, Vicarius solus nō † potest vendicare decimas quando datur illi certa portio, sed datur vendicatio ipsarum illi, cui est annexa. Card. in clem. *1. in 9. qu. de offic. Vicar.: Abb. in repet. dicti* §. *quia vero. num. 25.* Ratio est, quia quando est annexa portio fructuum ipsi parochiali, & datur certa por-
3 tio Vicario, tunc habitus † dicitur esse penes habentem dignitatem, non autem penes Vicarium. *Abb. in dicto* §. *quia vero. num. 10. & Franc. in cap. super eo. in princip. de præbend.*
4 *lib. 6.* propterea Vicarius † non potest agere ad decimas, quæ non sunt sibi assignatæ. *cap. cum. H. perpetuus. de fid. instrum.* & ibi ideo agit, quia erant sibi assignatæ. *Rota decis. 341. in antiq. Fel. in d. cap. num. 9. colum. 2. num. 4.* Et quia
5 non ipse, sed rector † possidet. *Bonif. in d. Clem*
6 *1. de offic. Vic. num. 13.* & vicaria † probatur ex eo, q uia quis recipit congruentem portionem pro victu ab alio. *Rot. d. deci. 341. in antiq.* Præterea in casu isto cum Canterius, sit in quasi possessione percipiendi decimas & dandi tertiam partem Vicario perpetuo, se-
7 quitur † quod Vicarius non possit agere ad ipsas decimas. & ita fuit tentum die 27. Aprilis. 151. coram D. Guidobono in vna Cæsaraugustana decimarum de Longares.

SVMMARIA.

1 *Episcopus habetur per Rectore Vicariæ, perpetuæ parochialis ecclesiæ, nullo alio apparēte rectore.*
2 *Episcopus dicitur curatus totius diœcesis.*
3 *Episcopi sub cura est tota ipsius diœcesis.*
4 *Curati non sunt nisi adiutores ad participationē oneris episcopi.*

DECISIO CCCXL. seu. 2.

1 VIcariæ perpetuæ parochialis ecclesiæ, episcopus † habetur pro rectore, nullo alio apparente Rectore: qui episcopus est
2 curatus † totius diœcesis. *cap.* nullus. de paroch. *cap. primo, de rapt. & ca. licet. 17. quæst. pri-*
3 *ma. & tot.* † Diœcesis est sub cura eius. *cap. pro*
4 *pter hoc. 43. dist.* siquidem curati † non sint nisi adiutores ad participationem oneris episcopi. *cap. fin. de offic. Archipresbyt. Imol. in clem. fin. num. 14. de priuile. Abb. in cap. ex apostolicæ. de donat. in princip.* Et ita dicebatur in dicta causa Cæsaraugustana.

VICELEGATVS.

SVMMARIA.

1 *Vicelegatus habetur pro legato: & ideo potest subdelegare etiā non seruata forma auth. ad hæc. C. de iudic. num. 2.*
3 *Auth. ad hæc. C. de iud. non seruatur de iure canonico.*
4 *Vicelegatus est iudex ordinarius. 5.*
5 *Cardinales legati æquiparantur proconsulibus.*

DECISIO CCCXLI. seu. vn.

VIcelegatus habetur pro delegato, & ideo potest † subdelegare causas à Princi- 1
pe commissa iuxta. *capit. super quæstio. de offic. delegat* etiam non seruata † forma auctenticæ, ad hæc *C. de iud.* quæ de iure canonico † 2 3
non seruatur, vt notāt ibi omnes Doctores, & est ordinarius † *c. 2. de offi. legati. lib. 6.* nam 4
Vicelegatus habens eandem auctoritatem prout legatus, est ordinarius. *Bald. in l. à iudice. col. 2. vers. 2 limita, & ibi Ias. num. 4. C. de iudic.* dicit, quod Cardinales legati æquiparantur † proconsulibus qui in prouinciis sunt ordi- 5
narii, & ideo Vicelegati eorum sunt pariter ordinarii. *toto. titu. de offic. proconsul.* & ita fuit tentum die 16. Decembris. 1542. coram dom. August. in vna Vasionen. iurisdictionis.

VINEA.

SVMMARIA.

1 *Vineæ appellatione, an veniat arundinetum.*
2 *Domus appellatione, an veniat ortus?*

DECISIO CCCLXII. seu vni.

VIneæ appellatione non † venit arundi- 1
netum, si est separatum & distans à vinea, neque à vinea est aditus ad arundinetū. *Io. And. & Abb. in 3. not. in c. Raynuti. de testamen. Alex. cons. 204. nu. 4. vol. 6.* & legata domo, non venit apotheca separata à domo. *Corn. cons. 203. vol. 1.* secus est quando vinea est cōtigua, & per eam habetur aditus ad arundinetum, & fuit semel emptum, & possessum tanquā pars vineæ, quia tunc vnius appellatione vineæ, ꝑ vt venit ortus † appellatione domus 2
& procedit. *tex. in l. prædiis. ff. de l. 3.* §. *fi.* insulā quoq; iniunctam domi videri ligatā & intelligit illū tex. *Paul. de Cas. in l. Olympico. ff. de ser. vrb. præd.* Et ita tentū die. 5. Iunij. 1551. coram dom. Baren. in vna Romana legati vineæ.

VISI.

VISITATIO.

SVMMARIA.

1 *Visitandi ius qui non habeat.*
2 *Clausula, quatenus sit in vsu, inducit conditionē.*
3 *Conditione deficiente actus inualidatur.*

DECISIO CCCXLIII. seu. vni.

VIsitandi ius prætendens vigore Bullæ Eugenij. 4. quæ in vsu esse nō probatur,
1 ad visitandum admitti non † debet. etiam quod Bulla Eugenij fuerit innouata, nam clausula illa posita in innouatione vʒ quod esset in vsu, inducit conditionem. l. stichum
2 †cui mens erit. *ff. de l. 1. Bar. in l. 1. col. 6. vers. quæro de aduerbiis. ff. de conditio. & demonstratio.* Et sic deficiente † conditione, nihil operatur. & ita fuit tentum die 18. Maij. 1554. coram d. Oradino, in vna Militen. iuris visitandi.

VNIO.

SVMMARIA.

1 *Vnio quomodo probetur. & num. 4.*
2 *Famæ vim habent verba plurium instrumentorum antiquorum.*
3 *Fama in antiquis plene probat.*
5 *Matrimonium fuisse cōtractum probatur, si quis fatetur diuortium factum fuisse.*

DECISIO CCCXLIV. seu. 1.

1 VNio probatur † per testes ætatis 60. annorum ad minus, deponentes de visu, & auditu à maioribus, qui dicebant vidisse, & audiuisse à maioribus eorum, & quod nūquam audiuerint, nec viderunt cōtrarium, & quid est publica vox, & fama, quod beneficium est præceptoriæ sancti Antonii vnitum. *Oldrad. consil. 296. colum fin. num. 3. vers. sed fine, optime Ancharan. consilio 162. in fin. Rot. decisio. 9. & 10. de rebus eccles. non alien. in antiq.* & testes dum dicunt, quod pręceptores possidebāt perceptoriam vnitam cum membro dicti beneficii, probant, quod nō dicatur mēbrum alterius beneficii, nisi præceptoriæ, tanquam illi vnitum vel annexum. *Caccial. de vnio. artic. 8. qu 2.* & vltra testes aderant instrumenta aliqua antiqua in quibus enunciabatur, præceptoriam prædictam vnitam
2 cum dicto beneficio, & verba † plurium instrumentorum antiquorum habere vim famæ. *Bald. Salycet. & Castren. in leg. cum aliquis. C. de iure delib.* & *fama in antiq. plene* † *probat.*
3 *Dec. in c. 1. colum. 4. de appellat.* Accedebat confessio aduersarii literis, in quibus narratur vnio, & petebat dismembrationem vnionis, ergo vnio probatur, quia qui dicit † di-
4 uortium † fuisse factum probat matrimo-
5 nium fuisse contractum. *Oldrad. consil. 296.* *vers. 2.* per confessionem, & ita fuit tentum die 27. Nouembris. 1551. coram dom. Fabio, in vna Regien. præceptoriæ sancti Antonij.

SVMMARIA.

1 *Vnione dissoluta, beneficium vacat vt prius, & sic in curia.*
2 *Decretum irritans impedit restitutionem.*
3 *Prouiso ab ordinario, quando obstant reseruatio, & decretum, & an titulum, & possessionem inficiant. num. 4. & quid in reseruatione iuris communis. num. 5.*
6 *Ordinarius non potest se intromittere de beneficiis reseruatis.*

DECISIO CCCXLV. seu. 2.

VNione dissoluta, beneficium vacat † vt 1
prius, & sic in curia, & erat affectum. *per c. 2 de præben. in 6.* quod habet decretum irritans, quod decretum impedit † restitutio- 2
nem. *Cassador. decis. 3. de iudic. & decis. 8. de priuil. & latius super reg. decis. 2. de vnion. & de reseruat. decision. 7. nu. 3.* & prouiso † ab ordinario ob- 3
stant reseruatio, & decretum, quæ † titulum 4
ac omnes ipsius possessionem taliter inficiunt, & discolorant, vt faciant quod talis neque possit dici aliquam possessionem habuisse. *Rot. decis. 7. in antiq. Cassado. decis. 1. & 2. de restitut. spoliato.* Et tanto magis quando † 5
sumus in reseruatione iuris communis, respectu certi corporis beneficii. *Cassido. d. decisio. 2. de restit. spoliat.* & quia beneficium vacauit in mense reseruato, ita vt obstet regula de mensibus reseruatis, quæ pariter habet decretum irritans, & impedit restitutionē secundum Rotam. Quapropter cum vnio sit dissoluta, beneficium vacat vt prius, ita vt cum proprius fuerit reseruatum, ordinarius † non poterat se in eo intromittere, ta- 6
men Rota dixit, quod si frater secundus obtineret nouam prouisionem, dicetur in tuto. & ita fuit tentum in vna Alexandrina præpositurǽ, coram domin. Augustino die 4. Maij. 1552. prout in eius libro. Quæ causa ter fuit posita, & tandem die 23. Maij dicti anni Rota stare voluit in decisione.

SVMMARIA.

1 *Vnio facta de beneficio iurispatronatus laicorum, non accedente omnium consensu, est nulla.*

DECISIO CCCXLVI. seu. 3.

VNio facta de beneficio iurisd. patronatus laicorū, non accedente consensu omnium

mnium patronorum, est † nulla. Ita fuit cõclusum die 17. Iunij. 1551. coram dom. Capisucco, in vn. Spoletana Capellaniæ.

SVMMARIA.

1 *Vnio beneficii quo pacto probetur.*
2 *Præscriptio temporis immemorabilis quomodo probetur & nu. 3.*
4 *Fama in antiquis probat, etiam quod agatur de graui præiudicio.*
5 *Instrumenta plura antiqua habent vim famæ.*
6 *Vnio probatur ex præsumptione immemorabili.*

DECISIO CCCXLVII. seu. 4.

1 VNio beneficii probatur † per testes deponentes ab immemorabili tempore, & citra ecclesiam fuisse tẽtam, & possessam continue vti vnitam alteri ecclesiæ. *Rota decisio 274. & 375. in antiq. Felyn. in cap. si diligenti. de præscript. colum. 10. vers. nona, & vltima restri-*
2 *ctio.* quæ præscriptio † temporis immemorabilis potest probari per instrumenta antiqua quæ confecta erant ab anno 1375. citra, in quibus dicitur ecclesias prædictas vnitas,
3 vel per verba † demonstrantia vnionem, &
4 in antiquis fama † etiam quod agatur de graui præiudicio probat Innocẽ. in ca. veniens. de verborum signific. *Alex. cons. 4. colu. 5. vers. potest alius mod us. lib. 2. Decius in cap. causam. de probat. notat. & Iason in cons. 128. colum. 2. lib. 1. & dicit hanc communem Dec. in cap. 1. colum. 4. de appell.* verba autem plurium instrumentorum
5 antiquorum habent † vim famæ. *Bald. Salyc. & Paul. de Castr. in l. cum antiquis. C. de iur. delib. Aretin. cons. 42. consum. 1. Socyn. cons. 46. colum. 1. Aymo in tract. de antiq. temp. parte 1. num. 74.* Et
6 ex prædicta præscriptione † immemorabili vnio probatur. *Aymo in d. tract. de antiq. temp. part. 4. num. 184* Et ita fuit tentum die 13. Nouembris. 1551. coram domino Fabio, in vna Regien. Præceptoriæ.

SVMMARIA.

1 *Vnio facta per ordinarium cum onere legendi sacram scripturam, non dicitur symoniaca.*
2 *Collatio conditionalis quando vacabit, an sit symoniaca, & quid in electione. nu. 3.*

DECISIO CCCXLVIII. seu. 5.

VNio facta per ordinarium de beneficio capitulari, cum ordinatione per viam statuti, quod dictum beneficium assignaretur, & daretur alicui Theologo cum onere legendi sacram scripturam si vacare contin-
1 geret, nõ † est symoniaca, sed iuri canonum consona, vt est bona lex in cap. significasti. de elect. *vbi Belamer. num. 5. cap. significatum. de præbend. & gl. & Henri. Boich in cap. penu. de magistris. in verbo præbenda, in fi.* Nec obstat, quod
2 dicebant aliqui ex dominis, quod collatio † erat conditionalis, si vacabat, & sic symonia, vt notant omnes in cap. 2. *de elect. libro 6.* quia procedit † in electione, secus est in collatione. *Felyn. in cap cum contingat. col. 4. vers. 5. si dicitur, confero tibi beneficium si vacat. de offic. deleg.* Et ita tentum die 16. Nouembris. 1551. in vna Pampilonen. prioratus, coram do. Vestano.

SVMMARIA.

1 *Vnitum beneficium non comprehenditur sub regula de triennali.*
2 *Possidens beneficium vnitum, non dicitur illud possidere vti titulum, sed vti prædium tituli.*
3 *Regula de triennali requirit possessionem, & titulum.*

DECISIO CCXLIX. seu. 6.

VNitum beneficium non comprehenditur sub regula de triennali possessore, 1
ratio est, quia qui † possidet beneficium vnitum, non possidet vt titulum benficii, sed vt prædium tituli. & ideo contra talem pos- 2
sidentem non est locus regulæ de triennali quæ requirit † possessionem, & titulum. *Sarnen in reg. de trienn. q. 8. Paris. cons. 58. volum. 4. Rebuff. de pacifico possessore. num. 293. & Rota decisio. 233. in nou. ad fin. Cassad. super reg. decisio. 13. & decis. 2 de vnio. num. 8. & decis. 3. de iudic. num.* 3
2 Et ita fuit conclusum in vna Beneuentan. S Festi die 10. Februarii. 1552. coram dom. Chisianen.

SVMMARIA.

1 *Vnio facta per legatum de latere de beneficio iurispatronatus sine consensu patronorum, & non vocato ordinario, est nulla.*
2 *Legatus de latere non potest beneficium vnire in præiudicium ordinarii.*
3 *Paupertas, & tenuitas fructuum benef. de iure non præsumuntur, sed sunt probanda.*
4 *Conditione non adimpleta in vnione, vnio est nulla.*

DECISIO CCCL. seu. 7.

VNio facta de beneficio de iurepatronatus per Legatum de latere sine consensu patronorum, neque vocato ordinario, inualida † est, quia legatus de latere non potest 1
beneficium vnire in præiudicium ordinarii. 2
Egidius decision. 513. & quia in ea fuerunt narratæ paupertas, & tenuitas fructuum, quæ non fuerunt verificatæ, & de iure non præsumuntur, † sed verificari debent. *Egid. decis.* 3
377. & 618. fuit etiam vnio iam dicta conditionalis. vt accedente † consensu patrono- 4
rum, de quo consensu non constat prout requiritur, & sic vnio nulla est, & ita fuit tentum die 29. Maij 1551. coram dom. Capisucco in vna Spoletana Capellaniæ.

Vniuer-

Vniuersale.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersale iudicium facit silere particulare.*

Decisio CCCLI. seu vni.

1 VNiuersale iudicium facit † silere particulare. *text. est in l. si bonæ fidei. & ibi Bart. & alii, de peti. hære. l. quamdiu. de bonis libert.* Ita tentum in vna Romana fideicommissi, coram Decano Lunæ. 18. Martij. 1552.

Voluntas.

SVMMARIA.

1 *Voluntas contrarium quando dicatur extincta.*
2 *Mandati generalitas non dicitur sufficiens ad probandum voluntatem durare.*
3 *Prioritas an probetur si data mãdati est eiusdem diei cum data supplicationis.*
4 *Hora specifica est apponenda in confirmatione in isto casu.*
5 *Voluntatis perseueratio quando non colligatur.*

Decisio CCCLII. seu. vni.

VOluntas cõtrahentium acceptantium concordiam, etiam in parte cassata, extincta † est, nec durat dicta voluntas, si vnus 1
ex contrahentibus constituit procuratorẽ generalem, etiam quod haberet facultatem transferendi pensiones, de qua in mandato nulla mentio nec de concordiis fit, & generalitas mandati † sufficiens non dicitur ad 2
probandum voluntatem durare. *Curt. Iun. cons. 129. nu. 3.* & quamuis constaret quod dictum mandatum factum esset ante cassaturam, & quod data mandati sit eiusdem diei, cum data supplicationis concordiæ, non † 3
per hoc probaretur prioritas. *Dec. in l. fin. nu. 52. C. de edict. diui Adr.* & aduersarius fundans se in tempore, debet illud expresse probare. *Ias. in rubri. C.* qui admitti. Nec obstat si dicatur quod signatura sit de mane, & sic confirmatio habet horam: quia respondetur procedere † quãdo specifice hora fuisset appo- 4
sita in ipsa confirmatione. *Cassado. decis. 70. de prab. & in l. 1 ff. solut. matrim.* Et fuit tentum ꝙ non † colligatur duratio voluntatis, die 4. 5
Iulij. 1554. coram domino Oradino in vna Tolletan. prætensæ pensionis.

INDEX

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM ET MATERIARVM IN DECISIONIBVS ÆMYLII Veralli contentarum.

Actum

Articu-

B

Caput

Compro-

Conie-

Data li-

Dispo-

E

Intello-

Ee

Lo[illegible]

Mora

O

Ee 4

Perso-

Renun-

Sub-

FINIS.